



Prophetiae Veteris Testamenti de Christo

<https://hdl.handle.net/1874/402683>

PROPHETIAE

VETERIS TESTAMENTI DE CHRI
STO, COLLECTAE ET EXPLICATAE
PER D. URBANVM RHE
GIVM.

Cum Prefatione **D. Martini Lutheri**

Ad Lectorem IOANN. Irmenius.

Ingenij preclara sui monumenta reliquit
Purima, lux sacri Reginus ampla chori,
Sed manus nullum, nullum magis utile scripsit
Tale tibi ante alias nec dedit autor opus.

FRANCOFVRTI ex officina
P. Brubachij, Anno
XLII.



PROPHETIAE

DEUTERO-PROPHETIAE
SUGGESTORIIS
EXODIABOLICIS
SACRA

ETIAM

DIVINIS

EXEGESIIS ET COMMENTARIIS

ADDITIONIBUS ET VARIIS

EXPLANATIONIBUS

ANALYSES ET CRITICIS

ILLVSTRISS[•] PRINCI

PIBUS AC DOMINIS D. OTTONI, D. ERNESTO, ET D. FRAN
CISCO FRATRIBVS, DVCIBVS BRVNNSVICENSIBVS
& Luneburgensibus, Dominis suis Clementiss.

Ioannes Frederus Gratiam & pacem
in Christo.



ELIQVIT nobis Urbanus Reginus multa
eximia sui ingenij amplissime rarissimæq; do
ctrinæ ac pietatis monumenta, unde ad Chri-
sti Ecclesiam rediit uberrimus et immensus fru-
ctus, sed Dialogus hic quo Prophetias ueteris
Testamenti de Christo & regno eius pie et bo-
na fide explicat, omnes quos scripsit libros ut
magnitudine sic & utilitate, meo quidem iudi-
cio, facile uincit. Sunt enim hæ de Christo Prophetiæ medulla & nucle-
us Scripturarum: nam hoc nomine D. Paulus Testamentum uetus cen-
set: & proprie etiam maximeq; ad Prophetarum de Christo uaticinia re-
spicit, ubi ait: omnia quæ præscripta sunt in nostram doctrinam præscri-
pta esse, ut per patientiam & cōsolationem scripturarum spem habeamus.
Etenim sole hæ de Christo Prophetiæ, & ante & post Christi in carnem
aduentum piorum animos affictos & anxios solidis consolationibus erex-
erunt & corroborauerunt: hæ solæ præsentissima & saluberrima ad le-
uandos ac depellendos omnes animi morbos remedia suppeditauerunt. He-
c etiam inuictum firmamentum cardoq; religionis Christianæ sunt: his fi-
des nostra ceu in concusso fundamento & solidissima basi nititur ac fulcit:
hæ sunt preciosissimæ & saluificæ suauissimæq; illæ promissiōes, in qui-
bus tota felicitatis & salutis nostræ ratio consistit: nam si fide eas appre-
hendimus iam filij Dei sumus, ac proinde etiam hæredes Dei, cohæredes
Christi, & uitæ æternæ consortes cœlestisq; gloriæ & gaudij sempiterni
participes cum Christo Domino & capite nostro in omne æuum regnabi-
mus. Has Prophetias cum hic liber docte, succincte, diligenterq; explica-
tas contineat, dignus profecto est qui in omnibus nationibus, in omnibus
omnium gentium linguis, in omnibus Ecclesijs legatur. Quare cum au-
tor ipse, sanctissimæ memorie, ante sesquiannum me rogasset ut eum Dia-
logum latinitati donarem, cumq; scirem multos pios, linguae germanicæ
ignaros, versionem eius summis uotis expetere, operam mē hac in re Ec-
clesiæ Christi, non grauatim dedi. Faxit Christus ut pari felicitate tātoq;
fructu Ecclesiæ in publicum prodeat, quanta alacritate & promptitudine
voluntatis, quantoq; bene merendi de omnibus p̄s Ecclesiæq; iuuandæ

1001
EPISTOLA DEDICATORIA.

studio, is labor a me est suscep^{tus}. Sed eam, quam quidem decebat, diligenter & curam perpetuam in uertendo adhibere propter alias occupationes non potui, nec propter prolixitatem libri, alijs functionis meæ laboribus distractus, omnia reuidere, & emaculare diligentius licuit: Sed spacio pium & candidum Lectorem, in tanto opere neuos aliquot condonaturum & boni consulturum, alacritatemq; uoluntatis & studij nostri pro officio interpretaturum, ubi uires uoluntatem & conatum nostrum destuerunt. Ut autem hi uersionis meæ labores pijs omnibus gratiosiores essem, auspicatusq; in manus hominum exirent, uisum est eos C. V. dedicare, Principes illustrissimi: Ac putauⁱ uobis eos potissimum esse dedicandos, cum Autor libri, in uestris ditionibus Superintendentem seu Episcopum egerit, non talem quales fuerunt multi multis iam annistitulat^{ur} tenus tantum episcopi, qui Sarrapas & reges imo tyrannos uerius egerunt quam episcopos, sed uere tales D. Paulus requirit & describit. Nec uestrarum tantum sed omnium uicinarum regionum imo tortus Germanie Episcopus non immerito dici posse uidetur, cum tot præclaris & diuinis scriptis puritatem & sinceritatem uere ac sanctæ doctrinæ tot iam annos constanter asseruerit, defenderit, conservauerit ac propagauerit, pestiferos que & exitiales uertiginosoru& seditiosorum Anabaptistarū aliorumq; fanaticorum & improborum hominum errores extirpauerit. Quā raris, quam eximis donis excelluerit, quanto quam ardenti uere pietatis studio atq; amore flagrari, quam multiplici, quam uaria, quam recondita & immensa doctrina instructus fuerit, quanto rerum usu, quāta prudētia poluerit, quanta eloquentia eminuerit, quanta diligentia Patrum omnium scripta excusserit, quantam multarum disciplinarum linguarumque Latine, Græce, Hebraice & Chaldaicæ cognitionem habuerit, breuiter quā omnibus numeris absolutus Theologus, quam uir longe maximus & incomparabilis, quam rarum quāpi eximium huius temporis opus fuerit, id tum hic Dialogus, tum reliqua illius præclara & sanctissima monumenta auctoris relicta, abunde & luculenter testatur. Quare merito tantopere amatus atq; obseruatus est a te, Ernesto princeps optime, & summa pietate omnibusq; summo principe dignis uirtutibus auetissime, ut eum non cōtemnendis nec penitendis sumptibus atq; impensis, amplissimoq; salario cōducere atq; alere uolueris. Et uel hinc non obscure perspici potest quā copias consultum Ecclesijs tuis & saluti subditorum tuorum, quam ardenti pietatis amore, quam excitato & indefesso iuuandæ ornandeq; ueræ religione studio flagres, quam uerus sis patriæ Pater, quam uerus sis Ecclesiæ nutricius: qua compellatione nullus titulus nullum elogium principibus esse potest honorificentius, illustrius, dignius & congruentius. Hoc pietatis opus uere hoc laudabile factum. Hæc facta decent Reges ac Principes: hæc facta maiorem laudem amitorum praconia merentur, quam si max

EPISTOLA DEDICATORIA

Si maxima multorum regna subegisses multaque glorioissima trophyæ a fœlici Marte statuisses: nullus triumphus clarior, nullū decus magnificentius, nullus labor sanctior nullum opus Deo gratius, quam Ecclesiæ Christi nutriciū agere. Et fructum etiam hinc una cum fratribus percepisti amplissimum & inæstimabilem. Nam Ecclesias habetis nunc optime & prædare constitutas, uera pietate & religione imbutas, nec imp̄is seditiosisq; Anabaptistarum furiosorum opinionibus dementatas, alijsue erroribus infectas, & subditos ad præstandam debitam magistratui obedientiam luentes & expeditos. Ob quæ tanta tam inæstimabilia beneficia, quantas quam ardentes & indefessas gratias Deo patri & Christo Domino debeatis & uos & subditū uestrī, facile pro pietate uestra æstimatis & agnoscitis. Sed ut finem faciam, cum & ex ipso Vrbano Rhegio, beatæ memorie, & ex uxoris meæ fratre Clemente Falken, uiro integro & multis uirtutibus generis nobilitate dignis ornato, intellexerim, uos, Principes Illustrissimi, præter pietatis, iustitiae atq; æquitatis eximium studium, præter sollicitam & assiduam tuendæ & conseruandæ pacis & tranquillitatis curam uigilantiamq; præter insignem munificentiam aliasq; multas heroicas & præclaras uirtutes, etiam incredibili & mira quadam clementia atq; humanaitate præditos esse, fretus illa clementia uestra hos labores meos uobis offero & dedico, utq; pro eximia illa uestra clementia & hunc librum & me in patrocinium ac tutelam uestram suscipiatis, hocq; meum studium & pri-
mum hoc meæ erga uos obseruantiae monumentum ac pignus boni consulatis, etiam atq; etiam rogo, Christus Iesus dona sua in C. V. conseruare & augere, imperiumq; uobis tranquillum & securum, doctores uerbi sanos & doctos, consiliarios prudētes, fidos & pios, populum obedientem, & morigerum donare, uosq; uestris & Ecclesiæ Christi quam diutissime incolumes & florentes seruare dignetur, Amen Amen.

Ex Hamburgo Anno 1542 Mense Aprili.

LECTORI PIO ET CANDIDO.

Præmia magna meo sunt reddita & ampla labori
Estq; opere merces larga futura meæ
Hinc si quem fructum tua fert Ecclesia Christe
Hoc uotum nostri summa laboris habet
Satq; ate ampla mihi referetur gratia Lector
Candidus atq; æquus si mihi censor eris,
Vnica qui nostra est spes, uia, uita, salus.

PRAEFATIO D·MAR TINI LVTHERI.



VLTIS de causis magnum accipio dolorem, quoties iam auctio funera piorum, præsertim eorum, quorum uirtus in gubernatione seu publica, seu domestica, fuit insignis. Primum enim doleo Ecclesiæ, Reipub. aut etiam familiarum iacturas, quæ fidelibus orbatæ sunt custodibus. Nam ut nunc de Ecclesijs dicam, quāto dāno affecte sunt Ecclesiæ Saxonice amissio Urbano Rhegio, que re fuit Episcopus uicinariū regionum; in quibus Euangeliū Christi pure sparsit, correxit cultus & mores populi, oppressit fanaticorum deliria, multos pios ministros, & alios gubernatores, doctrina, consilijs, & autoritate rexit. Horū magna pars nūc agnoscit, se uelut gregē sine pastore vagari.

Cogitanti autem de interitu talium uirorum, accedit alius longe maior & acrior dolor. Cum enim animo circumspicio omnium regionum Ecclesiæ, quas & in p̄cibus meis complector, non sine magno mcerore, cogito, quam pauci nunc s̄int idonei ministri, & in illis ipsis, qui existimantur antecellere, quanta sit infirmitas, in nonnullis etiam peruersitas. Deinde deploro & fastidia Euangeliū in populo, qui non adficitur cura Religio-nis, non studet conseruare ministerium, nō metuit horrendam iram Dei, non emendat mores. Iam cum schoias considero, in quibus seminaria excolli debent, ad regendam Ecclesiam & Rempub. ad posteros, quāto adficior mcerore, cum uideo petulantiam, inscitiam, & arrogantiam eius iuuentis, quæ nobis successura est. Postremo, cum circumfero oculos ad principes & aulas, ibi uero mixta dolori indignatio acceditur. Nā cum ille sumus gradus præcipue deberet souere Ecclesiæ, tueri disciplinam, excitare studia literarum & uirtutis, ornare Euangeliū bonis exemplis, offendere Dei timorem in domestica uita, diligentiam in iudicijs, Zelum in seueritate poenarum, fortitudinem & fidem in defensione ciuium & sociorum. Quid horum facit? Si principes officium suum diligenter facerent, uicissim a Deo ingenti gloria ornarentur, sicut scriptum est, glorificantes me, glorificabo. Quantum decus esset, si Deus excitaret eos ad defendendā patriam aduersus Turcicum furem, ac doceret manus eorum ad prælīum, ut Psalmus loquitur. Sed, ut redeam ad institutum, magno dolore adficior singulorum ordinum uicia considerans. Et cum insignia Christi membra euocantur ex hac uita, etiam significatione moueor. Cum enim impendent publicæ poenæ, prius a reliqua multitudine abducit Deus ceteros, ut Esaias inquit, lucti colliguntur ne uideant malum, fruuntur pace, & quiescent in cubili suo. Ut ante diluuium p̄ij patres & eorum auditores placide

PRAEFATIO. D. MART. LVTH.

placide extinti sunt, ne essent spectatores tanta iræ Dei, qua toto genere humanum, præter unam familiam Nohæ, deletum est. Et ante exodus Hierosolymæ prius inde sancti expulsi fuerunt. Ita solet Deus, ut ait Joannes, prius colligeret triticum in horreum suum, postea uero paleas ab ijs cere in æternum ignem. Sunt autem crebra hoc tempore piorum sacerdotium. Et deterior multitudo manet superstes, contemptrix Dei, secura, certans ambitione, auaricia, dedita luxui, leuis, astuta, instructa nouis & inusitatibus fraudibus, mendax, perfidiosa. Hoc ipso signo uehementissime mouetur, ut iudicem impendere magnas calamitates, & rerum humanarum mutationes, quæ audaciam humanam castigabunt, & ferociensi mundo rursus frenum iniijcent.

Quanquam igitur dolendum est, interitu doctorum & piorum, nudi Ecclesiam præsidij, tamen ipsis quidem gratulanda est hæc quasi emeritatio. Beati mortui, inquit scriptura, qui in Domino moriuntur. Quare & Vrbatum nostrum, qui in uera inuocatiōe Dei, & fide Christi assidue uixit, & fideliter seruuit Ecclesiæ, & Euangelium castitate & pietate moralum ornauit, sciamus beatum esse & habere uitam & læticiam æternam, in societate Christi & Ecclesiæ coelestis, in qua nunc ea coram discit, certe audit, de quibus hic in Ecclesia iuxta uerbum Dei differuit. Ut antea cum coniuge, cum liberis suis, deniq; etiam cum omnibus Lectoribus colloquebatur de dictis patrum & Prophetarum, quæ in hoc Dialogo pie, erudite, & adposite recitat: Ita nunc ipsos primos doctores et Christum hæc interpretantem audit, gaudet suam fidem congruere cum ipsa Christi & patrum uoce, agit gratias Deo, pro donata Luce antequam hinc discesserit, qua in ipso peccatum deletum est, & inchoata uita æterna. Nihilquidem arbitror casu accidisse, quod paulo ante mortem hunc Dialogum de resurrectione plurimum legit, quasi iam animo hunc discessum præsa- giens, in quo gloriosam Christi resurrectionem intuens, sciebat mortem abolitam esse, & sibi hanc Christi uocem inculcabat, quæ dicit: Ero mors tua, om̄n̄s, & morsus tuus inferne.

Vt autem erat in Vrbano pietas erga coniugem & Liberos eximia, & coniuncti omnibus piæ matronæ uirtutibus excellit, & familia honeste instituta est: Ica credibile est eum non sine moerore discessisse a suis, qui ipsius officijs indigebant. Sed tamen illud norat, Deum esse patrem orphorum & defensorem uiduarum. Deo nunc familiam commendat, qui certe piorum Sacerdotum familias, & texit hactenus, & teget ac alet postea, uel inuito mundo, sicut scriptum est, Non uidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Spero etiam futurum, ut harum piarum mulierum, filiarum, & filiorum militia, hoc est, pietate & precibus, nostræ Ecclesiæ & Republicæ tegantur contra Turcam crudelitatem.

PRAEFATIO. D. MART. LVTH.

Ac de Urbano hactenus, cuius memoriam retinere debemus, ut ipsius scripta audiūs legantur. Continent enim piam & salutarem doctrinam. De morte uero eius cum cogitamus, gratulemur ipsi dulcissimam consuetudinem cum Christo, Ecclesiarum uero orbitate moueamur, & Deum oremus, ut similes ministros in Euangelij messem extrudat. Oremus etiam ut impendentes calamitates orbi terrarum mitiget, & mores nostros emendemus.

Peculiariter autem hunc Dialogum studiosis commendō, qui consolationem utilissimam pīs continet, & multa testima contraxit in unū factum: eaq̄ erudite enarrat. Mundus etiam inuitus fateri cogitur, hanc doctrinam promissionum Euangeli traditam in dictis patrum, multis seculis non habuisse tantum lucis, quantum Dei beneficio, nunc habet. Ideo hæc scripta conseruanda sunt. Sed tanta est securitas hominum in maximis uicijs, ut metuendum sit, securitas esse rursus densissimas tenebras, & harum poenas, calamitates multiplices, regnorum mutationes, & uastitates. Est & exemplum honestum & dignum laude, q̄ cum pia coniuge de patrum & prophetar̄ dictis colloquitur. Nam hęc societas coniugalis est in dictum & seminarium Ecclesiæ: quare de nulla re magis decet coniuges colloqui, quam de Deo, & eius beneficijs, & admirandis operibus, quorum exempla quotidie uident pīj coniuges, in generatione, & educatione sibi. Deinde nihil dulcius est, quam in coniugio consentiens fides, mariti & uxoris, una uoce Deum inuocans, Magnum alteri præsidium est, alterius fides pro altero sollicita, & apud Deum pro eo laborans. Deniq̄ sit coniugium, talis societas, de qua Christus inquit, Vbicunq̄ duo conuenerint in nomine meo, in medio eorū sum. Vera fide pariter inuocent Deum coniuges, colloquantur inter se de Euangilio, tradant Euangeliū liberis. Taliū coniugum conuersationi & periculis haud dubie adest Iesus Christus filius Dei, & destruit opera Diaboli, qui ut toti Ecclesiæ molitur exitium, ita sequissime irruit in coniuges pios, & pias familias. Sed inter hec pericula lucet sanctorum fides, & triumphat Christus. Derident talia piorū coniugū colloquia Papistę impuri, & inquinati coelibatus defensores. Sed nihil dubium est, Papistas daturas esse poenas obsecenitatis, qua pollunt totam rerum naturam, & Deum horribiliter offendunt. O duras & ferocias mentes hominum. Manifesta sunt peccata Papatus, Idolatria & foodili me libidines, Et poena, scilicet Turcicarabies, est in conspectu. Et tamen adhuc laudantur & defenduntur tam obominanda scelerā. Ideo oremus Deum, ut quam primum illucescat ille dies Ecclesiæ lētissimus, quo Christus palam se ostender mundo, & resuscitatis mortuis diabolum & impios in æternas poenas abiject, & glorificabit coetum qui in magnis ærumnis in hac uita, Euangilio obtemperauit.

ILLVSTRISS. ET SVB

LIMI STEMMAE NATAE PRINCIPI A POLONIAE. ILLVSTRISS.
PRINCIPIS HENRICI BRVNSVICEN. LVNEBURGEN. QVE
DVCIS FILIUS &c.


RATIAM & pacē a Deo patrem ostro & Iesu Christo Dño nostro. Tādem aliquando, cum dignam non possim, aliquā tamen rependam gratiā pro maximis & plurimis Tuā clemētię in me beneficijs. Scio nihil esse quod maiore uoluptate ani- mū Clemētij Tuę afficiat q̄ uerbū dei: & merito sane, cū id summū & uni- cū sit, cimelion unicus & preciosissimus thesaurus noster in terris, cū deus in eo nobiscum tam blande ac benigne loquatur, tā magna & immensa bo- na nobis promittat ac offerat, & mysterium propensissime & paternae sue voluntatis erga nos nobis tam luculenter aperiat. Quare ut spiritualem illam & sanctissimam animi tui uoluptatem renouarem & cumularem, col- legi ex animaे nostrę paradise, hoc est, e diuinis literis seu propheticis scri- ptis flosculos aliquos suauissime fragrantes & odorem gratissimum atque saluberrimum spirantes, uidelicet preciosas & inæstimabiles illas Dei in Christo Iesu promissiones, ueluti Petrus eas uocat, per quas fide apprehē- sas, diuine naturae participes facti, cum Domino & Deo nostro Christo, in regno gloriæ ipsius, finem non habituro, eternae uitæ gaudij fruemur. Ad colligēdos autem hos odoratos & saluificos flosculos inuitauit me cō- uergente, ad duos illos discipulos ab Hierosolymis Emaū proficiscentes. Hanc Christi concionem non dubium est eximiam & præclarā suisse, cum teste Luca omnes de se scripturas e Mose & Prophetis omnibus, ita explicuerit, ut duorum illorum discipulorū corda inflammata extra se quo- dammodo raperentur. Et si aut ea concio per Lucam conscripta non est, sa- cile tamen diuinari potest, qualis fuerit, & quid concionatus sit, cū tā mul- ta extent de Messia in omnibus Prophetis testimonia, q̄ eum pati & mori- atq̄ ita in regnum aeternū gloriæ suæ ingredi oportuerit. Ea testimonia seu uaticinia de Christo in Propheterarū libris extantia in hunc libellū com- portata ac collecta, succincte & à quacumque explicare conatus sum, & ut ma- gis perspicua essent omnia, per Dialogū in quo cū uxore a Deo mihi data colloquor, pertractare & ediscerere ea uolui. Nā & domi sic inter nos hęc sumus collocuti. Beda Anglosaxoir pius & illis temporibus quibus uixit magnius & presignis, in hoc xxiiij. caput Lucæ commentās, uerba quædā scripsit quæ pios animos non possunt non mouere & ad maiorem uersan- di tractandisq; sacra diligentiam excitare, que huc adscribam. Qua, inquit, ratione gloriantur se esse Christianos, qui iuxta virium suarū modulum, neq; scripturas, qualiter ad Christū pertineat, inuestigare, neq; ad gloriā quam cum Christo habere cupiunt per passiones tribulationum deside- rant attingere. Hæc Beda.

EPISTOLA DEDICATORIA.

Sed fortassis offendet incredibilem illam & angelicam (si Deo placet) Papistarum Castitatem, q̄ maritus cum legitima coniuge sua de rebus divinis & sacris domi suae commentatur ac differit: Iste hominum generi in praesentia hoc sit responsum. Si puderet me colloqui uel priuatim uel publice cum legitima uxore mea de Euangelio salutis nostrae, tum prorsus periret & frustra mihi collatus esset Baptismus & inestimabilis ille thesaurus Libertatis Christianae, in qua me fidelis ille Dominus meus Christus, e Babylonica horribilium errorum ac tenebrarum, & foedissimae inquinatissime castitatis Papistice captiuitate, insigni conuersionis meæ miraculo eruptum & liberatum asseruit, uocauit & collocauit.

Hanc infinitam in me Dei gratiam & immensam misericordiam, quam consecutus sum illo ipso tempore, quo mea spurcissima uita Papistica in mentem reprobata Deo tradi commerueram, hanc, inquam, misericordiam agnosco, profiteor et praedico, nec unquam predicare desinam. Proinde non pudet me cum uxore mea conferre & colloqui de tam opulenta Dei per Christum gratia & misericordia mihi collata, & facio id cum gaudio & singulari animi uoluptate, eaq; ipsa quæ domi cum uxore mea de his rebus sum commentatus, nunc patior publice in lucem prodire, in eorum gratiam qui iam per totum ferme quinquennium ea a me efflagitauerunt. Evidem nihil tam decet, nihil tam frugiferum, nihil tam necessarium, q; ut pius paterfamilias sæpenumero & diligenter cum sua familia, uxore & liberis de salvifico Christi Iesu Euangelio conferat & colloquatur, cur igitur puderet nos cum uxoribus quæ cohaeredes gratiae uitæ futuræ sunt, i. Petri. ij. de diuinæ misericordiæ mysterijs commentari & colloqui?

Non permittit quidem Paulus ut mulier in Ecclesia aut congregacione publica sibi docendi munus sumat, sed præcipit tamen ut in silentio diligat cum omni subiectione, i. Timo. ij. Vult etiam ut domi maritos suos interrogent. Ac profecto si paterfamilias liberos suos in eruditione & correptione Domini educare debet, sicut Paulus præcipit, certe necessarium est ut cum uxore & liberis sæpiissime ex uerbo Dei colloquatur, ac domi suæ Episcopus ac Doctor sit, ueluti & D. Augustinus docet, tract. quinquagesimo primo in caput Ioannis xij. Missos itaq; facio Papistas meos, imo mitt eos ad xij. caput Danielis, in quo inuenient elogium & titulum suum, bonaq; & læta conscientia cum ea loquor, quam mihi Deus non minus q; meum proprium corpus commendauit.

Annon & Dominus & Deus noster Christus cum Samaritide illa settmonem miscet bene longum, & quidem de rebus maximis ac grauissimis, depotu & aqua illa uera quæ nos æterna refocillatione recreat, decq; uero Dei cultu, quomodo & ubi uerus Deus adorandus sit, aperteque & clare apud eam profitetur se esse uerum illum Messiam, de quo Prophetæ uaticinati essent. Concionatur etiam Magdalenæ, ad pedes ipsius sedentis, in domo,

EPISTOLA DEDICATORIA.

debet, eamque laudatque meliorem partem elegerit. Ioan. xx, ex Maria Euā gelistam facit, iubens ut ad Apostolos se conferat īsc̄ resurrectionem ipsius annunciet, atque ita Apostolorum Apostola fiat. Et Matt. xxvij, An gelus Dei ualde consolatoria cum Magdalena alijsque mulieribus, de resurrectione Christi & mortuorum loquitur. Nec dignatur Christus salvare eas iam glorificandus, & cum eis de sua resurrectione conferre. Paulus item & Timotheus multa loquebantur cum mulieribus in Macedonia ante portas urbis Philipporum, apud flumen, predicantes īs Euangeliū, ubi Lydia purpurarum uenitrix conuertitur, nec illa sit ibi mentio uiorum quod tum adfuerint docentesque Apostolos audierint, Act. xvi.

S. Hilarius scribit suae filiae Aphræ, ac longum cum ea sermonem habet de Christo, præcipitque si Hymnum, quem ei composuerat, literasque, non satis intelligeret, ut ex matre sciscitetur ea quæ nesciret, ac probe omnina disceret. S. Ambrosium non pudet de rebus diuinis, de corporibus defunctorum, sanctorumque resurrectione, publice ad Sororem scribere. Hieronymum quoque nihil pudet mysteria scripturæ cum mulieribus publice tractare, ut uidemus in eo scripto in quo loquitur cum spirituali sua filia Principia. Et quam longos sermones facit per integrum librum cum docta illa foemina Hedibia, duodecim ei quæstiones in nouo testamento soluens & explicans. Item cum Algasia, cui ad undecim quæstiōes ex scripturis per literas respōdet, e Bethleem, ubi agebat, in Galliam usque missas. Quam pie quam prolixe confabulatur cum foemina Eustachio in octodecim præfationibus in totum Prophetam Esaiam, & in quatuordecim præfationibus in Ezechielem, item cum Paula & Eustachio in Prophetas Micheam, Nahum, Sophoniam & Haggeum.

Maximum quoque illum & incomparabilem Doctorem Ecclesiæ D. Augustinum non pudet cum matre sua Monica multa & prolixe de scripturis & rebus diuinis colloqui, nam proprium ei psalteriolum collegit, Et li. i. de ordine cap. xi. scribit decere hoc ut cum matre philosophetur. Itē lib. ix. confess. cap. x. scribit quomodo cum ea ante mortem ipsius dulce & amabile colloquium habuerit de æterna uita Sanctorum. Sed quid opus multis? Paulus Gala. ij. docet inter Christianos in hoc casu discrimē hoc tempore personarum non obseruari. Quotquot baptizati sumus Christum induimus, hic neque seruus neque liber, hic neque mas est neque foemina, sed omnes unum sumus in Christo Iesu. Vtinam ego & mei adeoque omnes ante omnia summo impigerrimoque studio de dei uerbo priuatum & publice loqueremur, cōferremus, meditaremurque semper. O quam beata esset quam antiqua augustac̄ domus atque familia illa, in qua nullus sermo putris & spurcus, nulla futilia, nulla inepta, nulla insulsa, nugacia, stulta atque obscena colloquia, sed uerbum Dei duntaxat & psalmi hymnus, & Dei laudes semper audirentur. Ea domus profecto Domus Dei

EPISTOLA DEDICATORIA

uocanda esset, eamq; singulari cura atq; sollicitudine Angeli Dei respice
rent custodirent atq; tuerentur, ut maxime a nullo Episcopo Suffraganeo
fuerit consecrata. Sed quid multa uerba hac de refacio, cu uere pius ea de
re non ambigat, nec impio ullis argumentis & rationibus satisfacere pos-
sis, cunq; indigni sint quibus cum uerba facias. Redeo itaq; ad T. C. Do-
mina pñssima, ac T. C. rogo ut hunc libellum quo significacione duntas
at aliquam grati animi mei dare uolui, clementer suscipere dignet, & per-
legere non grauetur. Mea obsequentissima & deditissima officia, studia, o-
peram, atq; animi expositissimam et alacerrimam promptitudinē ad quid
uis Tuæ clementię offero & dedico. Precor Christū unicam nostram iu-
sticiam, ut dignetur Tuam Clementiam & Tuæ Clementiæ Fratres, D.
Ernestum, D. Ottonem & D. Franciscum Dominos meos clementissi-
mos, in suo Euangelio, sicuti pro immensa sua misericordia ac bonitate ce-
pit, ad finem usq; confirmare, stabilire, & conseruare, ad haereditatē æter-
ni regni sui, in omni perfectione & abundantia sapientiæ & cognitionis
suæ Amen.

Zellæ.

T. C.

Deditis.

D. Virbanus
Rhegius

DE CONCIONE

CHRISTI, AD DVOS ILLOS

discipulos Emaum euntes, mox a resurrectione, ex Mose &

Prophetis habita, Dialogus D. VRB. RHEGII, quo

prophetae ueteris Testamenti de CHRI-

STO pie & luculenter expli-
cantur.

VRBANVS.



VID solito tristior es Anna, hoc Paschatis
die, quo uniuersæ creaturæ cum Christo redi-
uiuo gaudijs infinitis exultarent ac triumpha-
rent? Quid angit animum tuum? cur tot suspi-
ria ducis? Scin' Iesum Syrach nos monere, ut
congregemus cor nostrum in sanctitate, & tri-
sticam longe expellamus a nobis: Multos, in-
quit, occidit tristitia, & non est utilitas in illa.
Scin' & Paulum iubere ut gaudeamus in Domino semper?

Capitulo 30

ANNA.

Scio, sed dolor & tristitia nō unius sunt generis, nec ob unam & ean-
dem causam semper animis mœstis sumus. Nōne idem Paulus dicit, es-
sedolorum siue tristiciam secundum Deum, quæ poenitentiam haud pœ-
nitendam ad salutem pariat? Et contra esse mundi doarem qui mortem
adferat?

2 Corin. 7

VRBANVS.

Recte tu quidem. Sed quid tandem est, q̄ mœsticia animum tuum di-
scrutiat? quid quæsto te adeo habet sollicitam?

ANNA.

Ob quid anxi⁹ & tristes erant duo illi discipuli, Cleophas eiusq; co-
mes, Emaum se conferentes?

VRBANVS.

Grauissimis illi de causis tristabantur. Densis enim ignorantiae tene-
bris illorum animi tum obcæcati erant, ac fide tenui & per exigua prædi-
ti, nondum Christum satis & exacte cognouerant, cuius tamen longo
tempore sese præbuerant discipulos.

ANNA!

Eadem est & meæ tristiciæ causa. Nam cum in Christi mortem simba-
ptizata, cumq; augustissimo & sacrosancto Christi nomine insignita,
Christianæ uocer, doleo q̄ Christi Domini mei non tam plena tamq; so-
lida cognitione, q̄ quidē debebat, animus meus imbutus ac prædictus est,

a

VRBANVS.

Non sola hic imbecillitatem tuam deploras, nec sola laboras hac infmitate: cum multis hoc est commune tibi, idem hoc saxum uoluentibus. Crebra quidem & multa fit Christi mentio, docetur diligenter pro cionibus, multa de illo predicanter magnifice & uere, sed longe plurimi sunt, qui nondum tam perfecte ac plene eum cognouerunt, q̄ debebant.

ANNA.

Sed cum tam graues meæ moestitudinis causas habeam, nō potero ante finem morendi facere, q̄ & oculimei aperiantur, itidem uti duobus illis discipulis, Emaunta euntibus, ut uere & plene Christum cognoscam. Memini enim te sæpen numero dicere, nullam esse excellētiorem, nullam præstantiorem, nullam magis necessariam, nec ullam diuiniorem artem, scientiam atq; sapientiam, q̄ Christum cognouisse, q̄ ea cognitione adferret secum æternam iusticiam ac salutem.

VRBANVS.

Sic semper me docuisse profiteor, & idem nunc dico, & id ipsum dicam doceboq; dum uixero. Et ratio meæ professionis requirit, ut sic doceam, nec aliter. Sunt spirituosi & uertiginosi homines quidam, qui posthabita C H R I S T I humanitate, in altum & in ipsos cœlos ascendere, quidque in æterna, infinita, immensa & incomprehensibili diuinitate fiat, indagare & explorare conantur, mireque & anxie torquent se, ut rationis acumine assequantur ea, quæ in Scripturis sunt de Essentia seu Hypostasi, de personis, de intelligentia atq; Scientia Dei, de prædestinatione alijsq;. Sed magis necesse est in hoc nos esse totos, huc cōtendere, ut sciamus & inquiramus quid & quis Christus sit. Nam cum summa illa & infinita Maiestas se ipsam extreme humiliatam sic demiserit, ut ad infima ad nos dignata sit descendere, carne q̄ humana sumpta, homo fieri, ut naturam humanam morti æternæ obnoxiam atq; uitæ liberaret, liberatamq; in cœlos ad gloriam immortalis & æternæ uitæ perduceret: cum hæc, inquam, ita sint, certe non proprias sibi quicq; scalas struat paret ue oportet, qua ad Deum in Maiestatis ipsius gloriam ascendar: sed ea nos scala, hjsq; nos gradibus uti par est, quos ipse Deus pater ad eum ascensum parauit atq; applicauit, eaq; uia semitaue ingredienda, quam ipse pater monstrauit, quaq; aditum in cœlos patere uoluit. Profecto non temere, non ob nullas causas dixit Christus Ioan. xiiij. Eggo sum uia, ueritas, & uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Si alia accompendiosior uia, aut facilior expeditior ue ascensus in cœlos ad Deum esset, nunq; & nequicq; Deus misisset filium suū unicum in mundū, nec passus fuisset eum humanam naturam longe miserrimam & calamitosissimam induere, ut homo factus & a morte rediuiuus cœlos ascendens homines nos secum subiectos ad patrē perduceret. Sacrae literæ Chri-

stum

sum uocant reconciliatorem, mediatorem, sacerdotem, aduocatum, pa
 storem, uiam, lumen, lucernam, lucem, magistrum, regem, caput, re
 demptorem, iustificatorem, salutem: his nominibus atque epithetis or
 nant eum sacræ literæ. Cur quæso: ob id nimirum, quia nulla alia rati
 one, nulla alia uia, quam per solum Christum, Deum uerum, & homi
 nem uerum, ad Deum patrem peruenire, Deo reconciliari, & cum Deo
 agere possumus. Breuiter, Deus non patitur, nec uult, nec potest citra
 medium aliquod apprehendi aut inueniri. Si ad Deum peruenire uis,
 si illius diuinæ maiestatis faciem aliquando contemplari concupiscis, si
 Deū proprius atq; uere penitusq; cognoscere gestis, necesse est ut ante
 probe exacteq; Christum mediatorem cognoscas. Hunc si cognoscere
 neglexeris, nunquam Deum inuenies. Esaias testatur, Deum Christi
 humanitatem proposuisse nobis, & tanquam expandisse in signum seu
 uexillum certum & insigne, quo filios suos e mundo ad se uocatos ac cō
 gregatos colligeret. Et Paulus ait, in Christo inhabitare omnem pleni
 tudinem deitatis corporaliter. Et Christus ipse: Omnia, inquit, mihi a
 patre meo tradita sunt, & nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis
 quam nouit nisi filius, & cuicūq; uoluerit filius reuelare. Ac statim post
 haec uerba nos ad se inuitans inquit: Venite ad me omnes, qui laboratis
 & onerati estis, & ego refocillabo uos. Quapropter semper dixi & do
 cui Christum esse discendum & cognoscendum: atq; utinam tam claram
 & sonoram stentore amq; uocem, tot linguas, & tot ora haberem, ut to
 tum orbem his uocibus completere & personare possem. Item Esaiæ quin
 quagesimo tercio ait Deus: Iustificabit ipse iustus seruus meus multos
 in scientia sua, seu cognitione sui, id est, cum cognoscetur: Cognoscere
 & scire Christum admiranda & summa est cognitio & scientia: Ea enim
 sola iustos nos, & a peccato immunes, mundosq; facit. Eam ob causam
 ubiq; imprecantur Apostoli hanc de Christo cognitionem siue scienti
 am Ecclesijs, eiusq; faciunt mentionem creberrimam, subinde eam incul
 cantes ac iterantes, ut quæ totius scripturæ caput summusq; sit articulus.
 Ac Paulus libenter ac multum ea uoce utitur in omnibus Epistolis, ut
 Colossem. secundo: Volo uos scire quantam sollicitudinem habeam de
 uobis, & his qui Laodiceæ sunt, & quotquot non uiderunt faciem me
 am in carne, ut consolationem accipient corda illorum, cum fuerint cō
 pacti in charitate, & in omnem opulentiam certæ persuasionis intelligen
 tie in agnitionem mysterij Dei & patris & Christi, in quo sunt omnes
 thesauri sapientiæ ac scientiæ reconditi. Idem Paulus apud Corinthios
 huius seculi ac rationis sapientia tumentes, gloriatur de nulla alia sapien
 tia ac scientia, q; Christum crucifixum sciret et cognosceret. Qui itaq;
 hunc Christum probe nouit, is abunde satis & excellenter doctus est, is

DE CONC. CHR I. AD DISC. EMAVM EVNT.

maximarum summarumque rerum cognitione præditus est. Qui hunc non nouit, is eius scientia (quæ quidem scientia dici meretur) omnino rudis est. Qui Christum nouit, is nouit & Deum patrem, idemque ab horribili Tyrannide, immaniq; potentia ac uiolentia Sathanæ, a peccato, a morte, æternaque damnatione liberatur. Qui Christum non nouit, is neq; se, neq; Deum nouit, is dementatus atq; excæcatus, is Echoicus & Turca est, is Sathanæ uinculis captus, & illius Tyrannidi subiectus, in peccatis suis, in morte & æterna damnatione est & manet. Quæ potest autem horribilior calamitas, quæ iactura grauior, quæ ærumne esse aut cogitari maiores, quam in ære & potestate Sathanæ esse, illiciç corpore, tum & anima totum addictum, seruum subiacere in æternum. Quocirca non sine geuvi causa tristantur ac moerent, qui Christum non nouerunt, quia omnibus calamitatibus ac malis immersi atq; obroti, non habent, quis subsidium auxiliumq; ipsis ferat, deestq; illis summa præstauitissimaq; illa scientia ac sapientia, quæ cœlum ac terras uera læticia replcit, adeoq; quæ sola est salus, ueluti Christus ait Ioan. decimo septimo: Hec est uita æterna, ut te solum esse uerum Deum, & quæ misisti Iesum Christum, cognoscant. Est quidem Christus crucifixus, Iudeis offendiculum, gentibus stulticia, sed uocatis, id est, uere p̄ijs & credentibus, Dei potencia ac Dei sapientia est.

ANNA.

Credo quæ dicis, Dei gratia & beneficio, sed fides mea etiamnum per exigua & imbecilla est, cognitioneq; mirabilium maximorumque mysteriorum Dei non tanta est, quanta esse debebat, & magnæ ad huc tenebris offusæ sunt oculis animi mei, ut uix ea per transennam ac densam quandam caliginem, perq; longissima interualla mihi uidere uidear: eamq; ob causam merito tristitia afficiar, ardētibusq; uotis a Deo peto, ut meum cor in ea cognitione illuminetur, utq; uera lux exoriatur animo meo, & ut me quoq; cibet Christus, quo in Domino ex animo læter, ut duo illi discipuli proficiscentes Emmaum, cum eos Christus eruditisset & docuisset, panemq; ihs porrexisset.

VRBANVS.

Si ex animo ardenterq; id petis, nō deseret nec preces tuas rejicit Christus, lussit ut peteremus omnia ab ipso bona ac salutaria, seq; exauditorū nos, sancte promisit. In primis autem docet, ut ante omnia queramus regnum Dei, & iusticiam eius: & Ioannis septimo clamat dicens: Si quis sit, ueniat ad me & bibat.

ANNA.

Non mirum q; gauisi sunt duo illi discipuli, cum ipse Christus, uitafons, fuerit tum apud eos, & admirandam excellentemq; concionē apud eos ha-

DIALOGVS VRBAN. RHEG.

eos habuerit, unde ipsum cognouerunt, solidoque inde gaudio perfusi sunt, alij sc̄p̄ discipulis suum gaudium non inuiderunt, & candide cōmu- nicauerunt dicentes: Vere Dominus resurrexit. Utinam & mihi continua gattalem audire concionem. Nihil est profecto in terris quod audirema- lit. Eam enim concionem, quam tum ex prophetis oībus habuit, quaç se discipulis sacrarum literarum penuario referato manifestauit, ut ipsum plene cognoscerent, & solida ueraçq̄ leticia afficerentur: eam, inquam, cō- cionem citra omnem controversiam excellentissimam, suauissimam, potē tissimamq̄ fuisse necesse est. Si sciremus, aut si monumentis ad posterita- tem transmissa essent ea, quae tunc Christus est locutus, nullū cimelium, nullus thesaurus eo scripto maior nec preciosior esset, & ad extremos or- bus terrarū fines, aut si ulterius etiam is thesaurus lateret, festinatis & con- tinuatis itineribus contendendum esset, ut inde erutus ad nos deportaret.

VRBANVS.

Salua res est. Videō te summa teneri cupiditate discendi Christum, ac cognoscendi quid Spiritus sanctus in literis diuinis de Christo p̄dixe- rit. Et fortasse opinaris non sciri posse quid Christus tūc sit locutus, eaç concide uberrimis presentissimisq̄ consolationibus plenissima, Ecclesiā catholicam priuari & carere, nec quenquam præter duos istos discipulos Emaūm eentes eius concionis factos participes arbitraris.

ANNA.

Sic putabam, & quomodo secus cogitarem, cū non sit ab ijs, qui eam concionē audierūt monumētis credita, nec nobis tanq̄ per manus tradita.

VRBANVS.

Non ita se res habet uti tu opinaris. Christus Ecclesie suæ multo ma- iorem curam egit, sollicitiusq̄ de eius salute cogitauit, q̄ ut tam preclara et præcellenti concione eam fraudasset spoliassetq̄. Ob eam causam uel ma- xime missus est a patre in has terras, ut hanc cōcione doceret oēs Dei fi- lios. Non coram præsens præsentē nunc Christum uides, sed audis uer- ba & uocē illius per Euāgelistas, audisq̄ in ijs ipsis Euangeliographis cō- cionem illam, quam apud duos istos discipulos habuit. Quid: annō ha- bemus incomparabilē & immensum illū sacraꝝ literaꝝ thesaurum & pro- phetas? Superhēc in Actis Apostolorꝝ uidemus, quomodo testimonia et dicta prophetarꝝ de Christo intellexerint discipuli, quomodo interpretati- finit ex afflato atq̄ instinctu Spiritus ueritatis, qui Apostolis ante mortē Christi missus, & Pentecostes die missus, eos docebat & commone- faciebat om̄i que scriptura de Christo habebat, queç Christus coram uo- ce uiua ante mortē docuerat. Quicquid aut̄ eos docebat Spiritus sanctus, id eo tantum pertinebat & tendebat, ut Christum, & per Christū patrem cognosceret, utq̄ per eam cognitionē aut scientiam iusti facti saluarent.

ANNA.

DE CONC. CHR. AD DISC. EM AVM EVNT.

Sciri itaq; potest, quantum nuncaudio, quid tum Christus ab Hiero-
solymis ad Emaunta usq; in itinere sit locutus, unde illorum corda in iplis
ardebant. Quod si & mihi posset eius concionis audiend; contingere fa-
cultas, nihil est quod tam mihi sit in uotis, mallemq; eam audire concio-
nem, quam totius huius mundi exquisitissimis uoluptatibus & gaudis
affluere.

VRBANVS.

Cuma Mose facto initio omnium prophetarum uaticinia de se expo-
suerit, facile æstimare potes, quid docuerit. An non Lucas disertis ac
apertis uerbis testatur, quod interpretatus sit illis in omnibus Scrip-
turis quæ de ipso erant. Ergo omnes de C H R I S T O prophecias,
in literis sacris extantes, est interpretatus. Estq; hoc nihil aliud, quam ip-
fissimum Euangelium, quod mandauit discipulis ut docerent & spar-
gerent ad fines usq; orbis terrarum. Quippe id Euangelium, est doctrina
de C H R I S T O D E I filio, cur sit factus homo, docerque nos
consilium æternum Dei patris, eiusque in nos uoluntatem propensi-
mam, quod patrem nostrum se futurum promittit, quodq; plusq; pater
no affectu nos complectitur, proq; filii uelit agnoscere charissimis, sed
per Christum Iesum unigenitum filium suum: & q; ita pater ordinari,
ut cum ueniret plenitudo temporis, nascetur uerus homo ex stirpe Da-
uid, & in cruce moreretur, & a mortuis resurgeret, ut peccata hominū ex-
piaret, ac pro ihs dependeret, mortem iugularet & deleret, uitam reduce-
ret, patrem nobis reconciliaret, coelos ascenderet, sederetq; ad dexterā pa-
tris, regnum uerum & æternum auspicaturus, in quo cum ipso regne-
mus & lætemur in æterna secula. In hanc gloriam per suum opus, passio-
nem & probrofissimam mortem crucis ipsum ingredi uoluit pater, ut ea
ipsam gloriam hac uia nobis promereretur. Hoc accidit imperante Cæsa-
re Tiberio, sub Herode, Pontio Pilato, & Caiapha Hierosolymis: & sic
impletæ sunt propheciae quæ de ipso extant. Nunc sedet ad dexterā Ma-
iestatis diuinæ, Dominus omnium, defendit & gubernat Ecclesiam suā,
hoc est, omnes pios & uere credentes per spiritum sanctum: uenientq; no-
uissimo die in sua Maiestate iudicaturus uiuos & mortuos, & uitam et-
ernam credentibus daturus: eos uero qui Euangeliō non crediderunt, ad
inferos in Gehennam cum tota caterua diabolica præcipitaturus. Ac quo
tidie nobis hæc sua merita & opera, suam passionem, resurrectionem, &
ascensionem in coelos per suos ministros annunciat, ut qui ad eum mo-
dum Christo, Dei filio, credit, quemadmodum Scriptura de eo dicit, is
per eam fidem a peccatis liberatus, Deo patri reconcilietur, & perpetuo in
gloria Christi apud Deum uiuat. Ob eam causam Euangeliū primum
omnium nos invitat & uocat ad poenitentiam, ut ex animo doleamus nos
peccalle,

DIALOGVS V R B A N. R H E G.

peccasse, peccata abhorreamus & execremur, omnesque occasiones peccandi
di summo studio fugiamus, cum nulla alia hostia peccata auferre potuerit
quam Christus preciosissimo suo sanguine, quem profudit pro nobis, ut
nos mundaret & liberaret a peccatis, morte, & inferis. Deinde annunciat
Euangelium remissionem peccatorum & uitam eternam omnibus in Chri-
stum credentibus, & hoc Euangelium non repudiantibus, sed toto et gra-
to pectori recipientibus, & summa religione ac reuerentia tractantibus.
Atque ita ex mera gratia, citra ulla nostra merita, duntaxat propter opera
& merita Christi, si in eum credimus, a peccatis abluiimur, Spiritu san-
cto donariur, iusti, sancti, salvi, hæredes Dei, cohæredes in regno ip-
sius simus, & in æternum uiuimus. Et cum pio animo Euangelium au-
dimus, & Christo fidimus, eumque unicum mundi salvatorem esse cre-
dimus, tum peccatis irascimur, eaque execramur & detestamur, poenitenti-
am agimus, dolemus ex animo nos peccatis Deum offendisse, ad melio-
rem uitæ frugem resipiscimus, Deum amamus, qui inexhaustam & im-
mensam misericordiam suam, ineffabile & infinitum beneficium in Chri-
sto Iesu filio suo, citra ulla nostra merita in nos cōtulit: diligimus & pro-
ximum sicut nos dilexit Christus: damus & operam, ut sicut decet filios
pios, castam, sanctam, modestam, sobriam, innocentemque uitam exi-
gamus, ad exemplum Christi, atque ita omnibus bonis operibus stude-
mus ex amore iusticiæ pietatisque, nisi quod in hac carne cognitio nostræ
calamitatis & nostrorum peccatorum, item & fides cognitioque CHRI-
STI, (hoc est, summæ & incomprehensibilis immensæque misericor-
diae, dilectionis, studij, gratiæ ac beneficij, quæ in Christo & propter
Christum nobis offeruntur & donantur) non plena, perfecta, & exa-
cta est in hac uita, sed donec uiuimus crescit & augetur, estque hic nobis
pugnandum semper in uita cum carne, & uetus ille Adam mortifican-
dus, & subinde renouandus & reformandus, donec imago Dei iterum
in nobis renouetur, & Christi pulcherrimam diuinamque imaginem
in nobis gestare contingat, quemadmodum ante conceptam fidem & re-
uimus. Habes nunc quid Christus duos istos discipulos docuerit.
Quæ autem C H R I S T V S docuit, eadem citra dubium docue-
runt postea & Apostoli, atque ad eundem modum uaticinijs propheta-
tarum doctrinam suam de C H R I S T O probarunt. Nam San-
ctus Spiritus eos docuerat & formauerat, ut ex Actis Apostolorum
satis patet.

ANNA.

Quantum nūc accipio, nihil aliud Christus predicauit istis discipulis,
q̄ ipsam & purā Euangelij doctrinam ex prophetis, unde discerent quid

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMA. EVNT.

esset Christus, & ob quam causam in mundum missus esset, quid fecisse, quid passus esset, quid passioe sua promeruerisset, quomodo eius meritis & beneficijs uti possemus, quid ab eo expectandum & sperandum esset. Hinc ingenti & summa leticia animi haud dubie affecti sunt.

VRBANVS.

An non sunt hæ satis magnæ & graues cause, que summo animos gaudio perfunderēt, q̄ scimus q̄ in æstimabiles & incōprehensibiles diuitias gratiæ sue misericordis nobis peccatoribus Deus in prophetis promiserit, q̄q̄ nunc uidemus in Euangelio promissiones ab ipso impletas, & quotidie etiamnum impleri, q̄ & Christum ipsum habemus Dei filium, qui omnium promissionum pignus est certissimum.

ANNA.

Magna cupiditate teneor audiēdi ex te (si tantum tibi superesset uacuum temporis) ordinem cōcionis Christi ex Mose & reliquis prophetis, quid nam passim, & quomodo de Christo uaticinati sint, ut inde & ego mea si de confirmata in Domino gaudeam. Quod si etiam dies aliquot in explanatione & tractatione earum propheticarum consumeres, opera p̄cium nos tamen fecisse, & eas horas non male collocasse, imo pium, utile, & in primis necessarium id studium nostrum arbitror, cū D. Paulus Colos. iij. moneat ut sermo Dei inhabitet in nobis opulente.

VRBANVS.

Legimus Actoꝝ uigesimo octauo & Paulū Romæ prolixam orationē de Christo Iesu ex lege, Mose & prophetis a mane usq; ad uesperā habuisse. Cur itaq; non & nos sepe & multū libenter q̄ loqueremur de Dominio nostro Iesu Christo unico & incomparabili thesauro nostro, apud quem in perpetuum manebimus & uiuemus. Sed ante audi quid Lucas cap. ultimo scribat: cum fractum panem dicta benedictione porrexisset duobus istis discipulis, ait: Aperti sunt oculi eorum, & agnouerūt eum. Et paulo post dicit Christum aperuisse illorum mentem, ut intelligerent scripturas. Orandus est itaq; & nobis Christus, ut ipse suo nos pane, sui ipsius cognitione cibet & recreet, caliginem incredulitatis nostræ depellat, ignorantiam tarditatemq; cordium nostrorum emēdet & auferat, & lucem sui spiritus animis nostris immittat, ut & nos eum e Scripturis cognoscamus. Paulus ait Corin. ij. Non mūdi spiritum accepimus, sed spiritum qui est ex Deo, ut sciamus que a Christo donata sint nobis. Oremus itaq; humiliter & ardentī pectore. Omnipotens Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, idemq; pater noster, pater oīs misericordiæ, & Deus omnis consolationis, miserere nostri & exaudi nos. Oramus & rogamus te per dilectū filiuū tuū Iesum Christū, per oīa illius opera & beneficia nobis prestita, per passionē & mortē illius, quā propter nos redimēdos subiit, mitte Spūm tuū ueritatis in corda nostra, ut uerā & constante fidē in Christum

DIALOGVS VRBAN. RHEG.

stum der & inserat nobis, ut lux & sol Euangeli tui, gloriæ Christi, nobis illucescat, & mentes nostras illuminet, ut ineffabiles & inexhaustas mysteriorum diuitias de Christo discamus & cognoscamus. O pater glorie domini nobis Spiritum sapientiae, & duc nos in cognitionem filij tui dilecti Iesu Christi, & in cognitionem tui ipsius: aperi & illumina oculos mentis & intellectus nostri, ut cognoscamus quæ sit spes uocationis nostræ, & quæ sit opulenta gloria coelestis & æternæ hereditatis nostræ in Christo, & propter Christum donatæ, ut per ueram fidem, intelligentiam & cognitionem æternæ sapientie tuæ, quæ est Iesus Christus, uere in effigia mur, qui uocamur, hoc est, uere Christiani, tecum semper in spiritu & in ueritate adoremus, & gloriam tuæ gratiae in Christo nobis donatæ, prædicemus nunc & semper & in secula seculorum. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Amen.

Amen.

ANNA.

VRBANVS.

Nunc ad tractationem & explicationem suscepti negotijs accedemus, Christo auspice & bene fortunante. Tu uero, cum Christus dicat: Qui uos audit me audit, non minor religione, attentione atque auditate auctoritatem, nec minus uera & certa esse credito, quæ hic proferentur & adducentur, quam si Christus ipse corporaliter in forma uisibiliter hic ex prophetis se tibi offerret, tibique præfens uiua uoce exponeret, quomodo & ob quam causam se nasci, pati, mori, resurgere; atque ita in suam gloriam ingredi oportuerit.

ANNA.

A Moise itaque facto auspicio, quis de Christo scripsit?

VRBANVS.

Multa sane extant de Christo in Mose, id quod Christus ipse testatur Ioan. quinto, ubi ad Iudeos dicit: Si Moysi credidissetis, credidissetis uiticibus & mihi, nam is de me scripsit. Statim itaque initio scribit Moyses, quod condito iam cœlo, terra & homine) Serpens, hoc est, Sathan cōfestim Euam deceptam, atque in mendacium illectam seduxerit, & quod Eva deinde ipsum Adam decepit & persuasum in eandem calamitatem pertraxerit ac precipitarit: atque ita neglecto & posthabito uerbo Dei, mendacio cōdiderint, & per hoc horribiliter peccauerint, eo quod Dei mandatum transgressi, Deo Domino suo debitam obedientiam non præstiterunt, sed Disobolo, qui mendax & homicida est ab initio, obedientes fuerunt, in cuius etiam potestatem, & Tyrannidem, tam corpore quam anima, per hanc transgressionem & inobedientiam reciderunt, atque ita mors per peccatum Adæ, in ipsum Adam, & omnem ipsius posteritatem,

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMA. EVNT.

peruersit, ut omnibus, iuxta DEI iustum iudicium summamque iusticiam, per mortem huius corporis in æternam mortem transiendum esset. Atque ita mors per peccatum potenter regnauit in toto mundo. Quid autem hoc peccati regno, in æternam damnationem nos coniuncte, & hac extrema calamitate horribilis, quid hac mole grauius & durius? quid hoc malo potuisset esse atrocius? Sed Deus in media ira mea mor suæ misericordiæ (uti propheta de eo dicit) huic malo ac morbo remedium inuenit præsentissimum ac certissimum, uidelicet hoc. Offerebat nobis gratiam suam, & promittebat se peccata condonaturum, mortemq; aboliturum, per misericordia quoddam medium, nimirum per unigenitum filium suum, qui, cum ueniret plenitudo temporis, id est, cum tempus præsinitum ad esset, ipse in terras e cœlis demissus, huic calamiti mederetur, hoc est, hominem captum, e Tyrannide & potestate teneri, brarum & Sathanæ redimeret ac liberaret, idq; mirabiliter & latenter, forma serui sumpta, homo factus omnibus miseris, calamitatibus & æruminis huius uitæ, adeoq; ipsi morti obnoxius, sed ab omni tamen peccato immunis, omni labis expers, mortem oppeteret pro nobis, eacj sua morte nostra delicta expiatet, & resurget a mortuis, & Sathanam debellat ac uictum pessundaret, & spolium prædamq;, quam in regnum peccati, mortis & damnationis per mendacium abduxerat, ei auferret, hoc est, hominem in regnum Dei, quod regnum uitæ & æternæ salutis est, reduceret. Prima autem promissio gratiæ hæc est, Genesim tertio: Intimicietas ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius. ipsum (scilicet semen: sic enim Hebræus habet) conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. His uerbis Deus mundo filium suum promisit. Estq; hæc promissio ipsissimum Euangeliū, hoc est, nuncium legitissimum & iucundissimum de Christo. Adam iam immersus peccatis & iræ filius, corpore & anima maledictioni obnoxius, ad æternam damnationem destinatus erat, ideoque misere ipsius conscientia excarnificata ac discruciatæ angebatur, inque acerrimis agonibus iam ad desperationem uergebat: nihil enim aliud quam mortis æternæ horribiles cruciatus, & cordis dolores acerbissimos sentiebat. Quippe in Sathanæ Tyrannidem sua obedientia sese præcipitarat, illiusque iam captiuus ac seruus propter peccatum erat. Cum autem Deus illi semen mulieris promitteret, statim spem de uita concepit, q; ex gratia & misericordia ipsum seruat, rurus Deus, & ex Sathanæ Tyrannide per promissum illud semen libaturus esset. Est enim Euangeliū promissio uitæ, sed in hoc semine, siue per hoc semen mulieris, secundæ Corin. primo.

Promisit itaque Deus hic filium naturalem, qui ex muliere, sed sine peccato, nasceretur, ut caput Sathanæ conculcaret ac conteret, hoc est,

hocest, ut Sathanæ potentiam siue regnum, quod peccati ac mortis regnum est, subuerteret, ut peccatum, mortem & inferos uinceret, pessundaret, aboleretq;. Id semen promissum CHRISTVS est, uti & Paulus testatur Gal. tertio.

Mysteria pro
missionis de
semine Mulie
ris

Pauca sunt huius promissionis uerba, sed multa ac magna mysteria continent. Primo innuunt, quod DEVIS humanam carnem sumpturus sit. Nam si id semen nihil aliud quam homo futurum esset, neutiquam potuisset Sathanæ caput conterere, hoc est, peccatum & mortem abolere, ipsum Sathanam sibi subdere ac pessundare. Deinde innuunt hoc semen nullum Sathanam obnoxium, nec naturaliter, humano more, ex uirili semine, sed de Spiritu sancto concipiendum: nec id semen, uti cunctos omnium hominum filios ex maritata muliere, sed ex uirgine nascendum. Ideoq; hic non uiri semen, sed mulieris semen duntaxat appellatur. Item. Si peccato sublato humanum genus e Tyrannide Sathanæ eripere ac liberare uoluit, necesse fuit ut peccata ante expiarentur, utq; iusticiæ Dei severæ ac summæ satisficeret. Atq; ita hoc semen, aut hic huius mulieris filius in captiuo hominis locum constitutus est. Et cum humanum genus propter peccatum morti adiudicatum esset, eius mulieris semini moriens dum fuit, ut sua morte delecta ac peccata humani generis in se sublata deponderet, ut a Tyrannide ac potestate Sathanæ liberati, DOMINO nostro sufficienti expiatione ac satisfactione reconciliaremur. Quod si itaque caput Sathanæ conterere, hoc est, mortem abolere debuit, non potuit fieri ut in morte maneret, sed cum propter nostra peccata hanc temporalem & caducam uitam relinquens moreretur, necesse fuit eum statim a morte resurgere, aliamque & æternam uitam inchoare & possidere. Alioqui non posset hominum genus ex longe maxima & horribili ista calamitate, in qua erat, liberare. Nec enim homo seruari potest, nisi pro pecatis sui satisfactum, nisi mors sit deuicta, æternaque uita parta ac redditam, ita ut neq; peccatum, neq; mors, neq; Sathan nocere queant. Est & initia inter Christum atq; inter serpentem illum Diabolum, uti textus mirum semen illud Christus cum suis, is Sathanam serpentem illum uirtutum pedibus contritum superabit, & ut maxime serpens ille calceum Christi & ueræ Ecclesiæ mordicus arreptum pupugerit, hoc est, persecutus eos fuerit ac tentauerit, tamen longe & in infinitum maior, potenter ac fortior eo Christus, e prælio uictor discedit, palmam auferens, ac triumphans tandem cum tota Ecclesia, hoc est, uere prijs ac credentibus, uictoris atque regnaturis cum Christo in æterna secula. Atque ita in hac promissione, ut uides, de nativitate, passione, morte, & resurrectione Christi: item de uictoria, qua Christus uires Sathanæ, peccati, mortis & inferorum fregit, prædictum est, tectis quidem & figuratis

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMA. EVNT.

uerbis, sed nullum alium sensum recipientibus, & certe planeç id ipsum quod diximus significantibus. Bifariam enim Christus in literis sacris prædictetur & annuntiatur. Alias subobscuris & figuratis teatiscq; promissionibus & typis. Alias apertis promissionibus, expressis, dilatis, & claris uerbis. Omnes itaq; promissiones, quæ hanc sequuntur in Bibliis, significant hoc semen, & applicandæ sunt huic semini: ac subinde fiunt apertiores ac clariores, donec ipse carnem induens eas impleuerit.

Quædam Latina exemplaria habent: ipsa conteret caput serpentis, nō ipse, uel ipsum. Hinc promissio hec Mariæ tributa est, ac si ipsa serpentis caput contriuisset: sed nullo modo potest ad Mariam referri hec promissio. Hebræa enim lingua dicit, non ipsam, sed ipsum hoc fecisse & præstisse, intelligitq; semen Mulieris. Sicenim loquitur S. spiritus in sancta illa lingua, qua prophæcia conscriptæ sunt: Vben sarecha, uben sarach hu iefchupcha rosch, hoc est: Inter tuum semē & ipsius semen. Id ipsum scilicet mulieris semen, conteret tibi caput. certum est hu significare nō ipsam, sed ipsum, id ipsum, uel ipse. ac ea propria ac germana eius uocula significatio est. Thargum seu Chaldaica Biblia sic habent: Inter tuū filium & ipsius filium. Quæ uerba ueram sententiam & apertius etiam ac clarius exprimunt ac reddunt. De solo enim Christo id dicitur, per hunc solum, nec per ullum aliud semen, per nullum hominem alium Sathanam uincitur, peccatum aboletur, remissio peccatorum & salus paratur ac doceatur. Adam & Adæ filij omnes, hoc est, totum humanum genus Tyrannidi Sathanæ subiectum ac damnatum æterna morte perirebant, nisi id semen nobis promissum ac donatum fuisset. Qui hoc semen respuit, qui ei non toto pectore fudit, is perit, de eo actum est, is est ad damnationem destinatus, is Sathanæ est mancipium quantus quantus est & corpore & uirginia. Qui uero hoc semen in hac promissione, fide apprehendit, is Tyrannidem Sathanæ effugit, atq; a morte & eterna damnatione liberatur, cum eo præclare agitur in omnibus, quia erit Dei filius, æternæ salutis consors, & uitæ cœlestis heres. Observandum est enim hic, q; opem, liberatiōem atq; uictoriā certissimam de Sathanā, morte & peccatis prominuit Deus, sed non citra medium, nec propter aut per nostras uires, non per nostras uirtutes, non per nostram sapientiam, non per nostram intelligentiam, non propter nostra merita, non propter dignitatem nostram. Per uel propter quid igitur? Non per uel propter quicquam aliud, q; unicūm hoc semen mulieris, hoc est, Christum unicum μεστον nostrum. Huic uerbo uel promissio diuinæ credēdum est: q; si ei crediderimus, non est quod dubitemus, quin e regno Diaboli sit nos per Christum liberaturus. Id quod spiritus sanctus abunde in nouo Testamento scriptis testatur, ubi Christum dicit esse sacerdotem nostrum, summum pontificem, iusticiam nostram, mediatorem nostrum, redemptionem nostram, uitam

uitam, uiam, lucem, ueritatem, saluatorem, uictorem principis seculi hu-
ius, qui longe & in infinitum plenius absolutiusq; nobis reddidit ea quæ
in Adamo amisimus. Eac; Paulus admodum graphicè depingit Roma.
quinto, ubi Adæ & Christi, peccati & gratiæ antithesis faciens, inquit:
Nō ut peccatum ita & donum. Nam si unius delicto multi mortui sunt,
multo magis in multos exuberauit gratia Dei, & donum per gratiam que-
fuit unius hominis Iesu Christi.

Latinus textus habet: In sibi ab eis calcaneo eius, iuxta translationem
Septuaginta. Sed Hebreus habet: Veathath Teschu phennu a keb.
hoc est, conteres uel communues calcaneum eius. Spiritus sanctus enim
utitur in Hebreo in utroq; loco hac una duntaxat uoce Scoph. Sed Ra-
bi Salomon annotat hanc uoculam, quæ bis in hac promissione est, idem
esse quod sibilo impetere, uel sibilare in morem uiperæ sibilo impotentis
& afflantis hominem, cum nondum infixit aculeum. Ea uocabuli inter-
pretatio sententiam satis commodam habet, huic loco satis aptam & qua-
drantem. Nam quamuis uetus ille Serpens efferatissimo & exacerbatissi-
mo in nos sit animo, inq; nos odium inexhaustum & infinitum concepe-
rit, & nihil non contra nos moliatur ac tentet, non tamen pro sua libidine
nobis nocere potest quantum uult, sed tantum sibilo impetit Christum &
Christi Ecclesiam. Et inimicitia inter Serpentem spiritum illum teterri-
mum, & inter Christum Christianosq; exeruit & exerit sese minime ob-
scuris & multis significationibus & persecutionibus. Serpēs enim ille ue-
nenatissimus Christum hominem factum sibilo impetiuit hostilissimo
atq; acerbissimo, eiusq; calcaneum pupugit ac læsit grauissime, tum cum
Iudei ipsum Sathanico prorsus odio atq; inuidia accensi, amarulentiaq;
& acerbitate in ipsum extrema & infinita efferati, horribilibus & intole-
rabilibus cruciatibus, ac tandem cruci affigentes morte etiam probrofissi-
ma affecissent. Sed adeo Christum delere & uincere non potuit, ut hoc ip-
so quo eum lædere studuit, suum ipsius regnum turbarit ac uastarit. Nā
actionem contra homines in Christum credentes instituendi, eosq; reos
agendi aut accusandi ius omne amisit. Et quamuis sibilat & genuinū in-
figit omnibus Adæ filijs, eosq; misere diuexat, angit & discruciat tentatio-
nibus, mendacijs, haeresibus, persecutionibus, peccatis & morte, nihil tñ
aliud quam sibilus est omnis illius contra pios conatus quantumuis ho-
stilis & improbus, & adeo nō potest deirimēti aut calamitatis illis adferre
aliquid, ut etiam uel plurimum profit, cum plurimum lædere se existimās
eos & uita tollit. Nam illo suo sibilo, quo calcaneum seminis illius impeti-
uit, ex misera hac & calamitosa uita eos in æternam & fœlicissimam ad-
ducit. Ipsi autem totum caput minutatim & misere conteretur ac contun-
detur a semine mulieris promisso, hoe est, a Christo, qui & ipse exaltatus
est figura serpentis in deserto. Hunc Christum qui oculis prijs intuetur,

Numeri 22

b

DE CONC. CHRI. AD DISC. EM AVM EVNT.

qui in hunc omnem spem & fiduciam collocat, ei sibilo uenenatoq; suo morsu nihil nocere potuerit Sathan, quantum ad animæ salutem. Tentationibus uarijs nos agitare quidem, & sibilis uirulentissimis nos afflare, inq; peccatorum coenum coniçere potest, sed Christus statim adest nobis, uulneraç; morsu serpentis facta sanat, cōdonat peccata nobis, nosq; suo Spiritu confirmat, ne peccatum in nobis regnet. Roma . vi. uitæç; nos restituūit, ne per mortem temporalem perueniamus in mortem æternam, sed obdormimus in Christo, qui uita nostra est, in quo in æternum uiuemus et corpore & anima, ut & uere & pie dici possit ac debeat, Nullum Christi fidelem, sed gentes & incredulos dunt taxat mori. Hæc certa sunt & rata. Christus suo merito hoc nobis peperit, & attulit summum & immensum beneficium. Sathan nihil potest adferre nobis calamitatis, nullo potest animas nostras afflicere detrimento, sed subdetur pedibus nostris. Christus enim uicit hostem illum nostrum & spoliū illi detraxit, omnesq; illi uires fregit. Hanc Christi uictoriā de Sathan, quam per suam humanitatem ad salutem generis humani peperit, describit D. Paulus ubi inquit Hebre. ij. Posteaq; pueri commercium habent cum carne & sanguine (i. posteaq; homines ex Adam nati sunt) & ipse (s. Christus:) similiter particeps factus est eorundem ut per mortem aboleret eum, qui mortis habebat imperium, hoc est, Diabolum, & liberos redderet eos quicunq; metu mortis per omnem uitam obnoxij erant seruituti. Non enim uidelicet Angelos assumit sed semen Abraæ assumit. Atq; ita plena hæc consolationis promissio Adæ facta, Adæ & omnium patrum Euangelium & unica consolatio fuit ad Noah Abrahamum usq;. Huic promissioni patres crediderunt, perq; hanc iustificati ac salutis sunt. Omnem enim fiduciam salutis suæ in Christum uenturum fixam habuerunt, hunc expectauerunt, & crediderunt futurum esse unicum suum salvatorem & redemptorem, qui ex omnibus calamitatibus, ex uitæ & mortis periculis ipsos liberaturus esset. Ac propterea tam Christiani fuerunt illi q; nos, nisi quod nos iam non expectamus sed certoscimus semē illud promissum aduenisse, & caput serpentis contritum esse. Eaq; uictoria Christi de serpente parta, hoc est, promissio uitæ per Euangelium, palam in mundo predicatur ad iusticiæ ac salutis omnibus qui huic Euangeliō crediderūt.

Post annos aliquot temporibus Abrahæ promissio de Semine hoc mulieris renouata est, in qua etiā disertis uerbis exprimitur, quid utilitatis id semen orbis sit allaturum. Hæc promissio facta Abrag extat Ge. xij. xvij. xxij. Item & Isaaco facta est, Ge. xxvi. Tandem & ipsi Iacob Ge. xxvij.

Verba promissionis hæc sunt. PER MEMET IPSVM IVRAVI, DICIT DOMINVS, IN SEMINE TVO BB NEDICENT VR OMNES GENTES TERRÆ.

Iterum hic Christus promittitur, Estq; hæc in signis, memorabilis & exinia

eximia promissio, quæ a prophetis & Apostolis nō uno in loco, ut ipsissima
 ma & certissima clarissimaq; Euangeliū uox & uerissimum de Christo
 testimonium, rōdu citur, & magnificis elogījs celebratur, latissimeq; di-
 latatur, preciosissimi & summi thesauri loco habetur ac predicatur. Ex
 hac eī promissione tanq; fonte, promanant, quicquid prophetæ de ipso
 Christo uaticinantur: Siquidem omnium prophetarum præcipuum offi-
 cium hoc est, hoc unum maxime agunt, ut Christū per figurās & apertas
 promissio nes uenturum predicāt, utq; regnum ipsius aeternum de gratia,
 iusticia, innocentia, uita & salute aeterna celebrent ac diligenter inculcent,
 & ad eius expectationem omnes inflammat excitentq;. Idq; probe ac
 diligenter obseruandum est. Sic Paulus Ro. i. testatur Euangelium Dei
 de Christo ante prædictum esse per prophetas in scripturis sanctis. Et Pe-
 trus Acto. iij. Quin & omnes prophetæ, inquit, a Samuele ac deinceps,
 quotquot locuti sunt, etiam annunciauerunt dies istos, hoc est, tempus
 illud opreatissimum & salutiferum Noui & aeterni Testamenti de aeterna
 & infallibili dei misericordia Davidi promissa. Itē Esai. lv. ubi uerbis cla-
 ris p̄dicit propheta q; Christus uetus, & nos a malis & calamitatib. oī-
 bus liberaturus, q; etiā mō, q; libera tōis genere, ab ijs malis nos erupturus
 sit. Accusant quidem etiam prophetæ populum, legem urgentes, & Dei
 iram ultionemq; contra præfractos & peccatores nescios sedulo inculcan-
 tes. Multa etiam uaticinantur, quæ ad illa tempora proprie spectabant,
 miscentq; ijs terrena etiam regna & imperia: sed summa tamen illorum ua-
 ticiniorum, obiurgationum, minarum in unicum Christū spectat & dīri-
 gitur. Voluerunt enim ac studuerunt hac ratione populum in officio con-
 tinere, timētes Dei reddere, disciplinā cōseruare, ad Christi aduentum in-
 struere ac p̄parare, in peccatorū cognitionē eos adducere, cōscientias p̄ter-
 refacere, ut ex cognitione peccatorū, ac diuinę irā, corda hoīm p̄pararen-
 tur ad expetendū atq; suscipiendū Christū, ut uerū & unicū saluatorē mun-
 di. Actorū uetus Testamentū nihil est aliud q; precursus quidā, ut sic dicā,
 & talis parafœue seu p̄paratio ad nouū testamentū, ut Christo aduentantī
 via sternetur atq; cōplanare, aditusq; ad Christū expeditior redderet.
 Et quemadmodū pedagogus dñi sui filiū disciplinę suā ac fidei cōmissum
 instituit, asperitateq; minarū & flagris etiā durioribus, acribusq; castiga-
 tionibus ac monitis format & p̄parat, ut aliquādo & paterfamilias bonus
 & uir reip. nō inutilis reddat: sic & Testamentū uetus, nos Christo prepa-
 rat & ad Christū ducit. Et sic delege Paulus loquit Gal. iij. Lex, inquit, p̄e-
 dagogus noster fuit ad Christū. Et Hebre. x. Lex umbrā obtinet futuorū
 bonorū nō ipsam imaginē rerū. Et cap. viij. Abrogat quod p̄cessit p̄ceptū
 propter imbecillitatē & inutilitatē. Nā nihil ad perfectionē adduxit lex,
 uerū erat introductio ad spem potiore, per quam appropinquamus Deo.
 Est itaq; in prophetis querēdus nobis Christus, summus ille thesaurus &

DE CONC. CHR I. AD DISC. EM AV M EVNT.

preciosissimū *κοινωνίαν* nostrę, id qđ Thessalonic. factitasse legimus Act. xvij: nihil est em̄ extra oēm cōtrouersiam in prophetis, qđ nō uere & pro prie in Christū et ecclesiam ipsius respiciat eiq̄ cōpetat. Id qđ & Christus ipse testat̄ Lu. xxiiij. ubi ait: Hęc sunt uerba q̄ locutus sum ad uos cū ad huic essem uobiscū, q̄ necesse foret impleri oīa q̄ scripta sunt in lege Mosi & prophetis & psalmis de me. Et i. Pet. i. disertis uerbis significat̄, q̄ prophetę nō tam spectarint t̄ palerē regnū Israel, & mortale caducamq̄ hanc & inanē uitę huius et habitus mūdi scenam, sed q̄ uaticinia ipsorę maxie in æternū Christi regnū & uitam coelestē respexerint. Verba Petri sunt: De salute aīarę exquisierū & scrutati sunt prophetę, q̄ de uētura in uos gratia uaticinati sunt, scrutantes ad quę & cuiusmodi t̄pis articulū significaret q̄ in illis erat sp̄s Christi, qui priusq̄ acciderēt testabat̄ uenturas in Christū afflīctiōes, & q̄ essent cōsecuturę glorias, q̄bus & illud reuelatū est q̄ nō sibi n̄ plis imo nobis ministrarēt, hęc q̄ nūc annūciata sunt uobis p̄ eos qui uobis p̄dicauerunt euangeliū p̄ sp̄m sanctum emissum eccl̄o, in q̄ dēside rāt angeli p̄spicere &c. hęc Pet. Ita & ante 1400 annos Ignatius, nō tū lotū sed reipla uerus et eximius ep̄us, ad Magnesianos scribēs: prophetę, inquit, serui Christi fuerunt, eū spiritu p̄uidentes, & tanq̄ magistrū expēcta bant & sperabant ut dñm & saluatorē dicētes: IPSE ueniet et saluabit uos. Et Tertul. ante annos 1300 in eandem sententiam cōmentatus: Christus de eo prophetæ nūciauerunt. ANNA.

Rogo mihi sententiam promissiōis Abrae factę exphanes. VRBA.

In hac promissione totius Euangeliū summa, adeps & cardo, adeoq̄ oīa Christi mysteria cōprehendunt̄, si attentius inspecta et penitulata excuti at̄. Primiū reperies ei inclusam & annexam esse poenitentiā, q̄ prima pars est uitę Christianę, sicut Christus ipse docet Lu. xxiiij. Nā si oēs gentes in hoc semine bñdicende sunt, necessario sequit̄, q̄ oēs gentes, hoc est, oēs qui ex Adam propagati sunt, maledictae & abominabiles corā Deo sint. Id uero fit nō aliam ob causam q̄ propter pētū. Necesse est itaq̄ ut primū ad sit̄ poenitētia. In peccatis cōcipimur & nascimur: Psal. li. & Ro. v. Per unū hoīem pētū in mundū introiit, & per pētū mors, & sic in oēs hoīes mors peruersit, q̄n̄ quidemo oēs peccauerūt. Et paulopost: Per unius delictū propagatum est malū in oēs hoīes ad cōdemnationē. Malum hoc, pētū originale est, qđ nobis Adæ filijs & posteris hæreditario qđam morbo dest et in hæret oīibus, qđq̄ in priore ista carnali nativitate adferimus nobis scum, per qđ tota natura corrupta, cōtaminata ac deformata est, cōscelera taq̄ et peccatrix facta, ita ut natura a prima ista sua nativitate impia sit, nec deum nec seipsum cognoscat, deo nō fidat, deum nō requirat, nihil u' mi nas uel mandata dei moretur, non timeat nō diligit deum: per peccatū nim tota excēcata, depravata atq̄ corrupta est.

Psychicus ho mo Eade causa sacræ literæ psychicum hoīem, hoc est, nōdum regeneratū

DIALOGVS VRBAN. RHEG.

carnē uocat Ge. vi. viij. testāt q̄ sensum et cogitationē cordis humani in carnū prona esse ab adolescētia sua oī tpe. Idem significat Ap̄lus i. Co. xv malū prona esse ab adolescētia sua oī tpe. Idem significat Ap̄lus i. Co. xv oēs hoies in Adā mori. Et Eph. ij. dicit nos esse natura filios iræ. Et Ro. vij. psychicos hoies carnales esse, et q̄ carnis sunt curare: & affectū carnis mortē esse & inimicitā aduersus deū. Eph. ij. dicit nos mortuos fuisse pec catis: eadēq̄ ep̄la psychici hois calamitatē, maledictiōem miseriāq̄ multis uerbis describēs ait: nos natura ignorātes, spē nō habentes, deoq̄ carētes in mūdo uiuere. Item nos ambulare in uanitate mētis nostre, sensus & mē tem habere obtenebratā, abalienatos a uita dei &c. Eti. Thes. iiiij. ait gētes nō nosse deū. Et psal. cxv: Ois hō mendax. Iere. xvij: Prauū cor hois et in scrutabile. Et i. Cor. ij. Psychicus homo nō p̄cipit ea q̄ sunt spūs dei: stulta illi sunt nec potest cognoscere. Ita humana natura tota infecta, cōta minata, corrupta & deprauata est p̄ primū p̄ctū inobedientię Adæ: eac̄ prima natiuitas cōtaminata est. Porro ubi adultus factus homo sensuū iudicatio uti incipit, annoz progressu, ex peccati illius originalis ui inclinatio PECCA TYM nec p̄ in oē genus uoluptatū & scelerē sentinam, flagitiorē ac libidinū oīm tūtū, periculorē ac morborē gñs, deniq̄ & mors ipsa, Ge. ij. Puluis es & uero p̄ctū est, ibi statim insequit et adest maledictio, et oē malorē, calamitatiū, periculorē ac morborē gñs, deniq̄ & mors ipsa, Ge. ij. Puluis es & in puluerē reuerteris. & ij. In qcuncq̄ die comedēris ex ligno sciētiē boni et mali, morte morieris. Item Ro. vi. Mors peccati autoramētum. Atcq̄ ita discimus primū ex hac p̄missiōe agnoscere miseriā, calamitatē & maledictiō nostrā, & dei iram atcq̄ iudiciū: id qd alij locis scripture fusius doceat. Lege diuina exigit a nobis p̄fecta obediētia, summa integritas, uera pietas, eximiū religiōis studiū, ut uere timeamus, uere cognoscamus deum, summe diligamus, oēm fiduciā in ipsum collocemus, laudemus et glo rificemus: itē ut p̄ximū diligamus, bñuolentia et officijs prosequamur, nifil nō studij, operē, curāe ac diligentię in eū cōferamus, breuiter, ut nos ipsos diligamus. Tales esse debebamus, tales cōditi eramus; sed imaginē terreni nostri patris Adami referimus, & ex horribili illius lapsu, p̄ctō originali infecti, natura sumus impij & p̄ctōres, sine cognitiōe, sine timore de i: nō fidimus deo, nō diligimus deū. Adhuc auerlamur proximū, nec eo q̄ debemus amore cōplectimur, sed uel leviter offensi acerbissimo odio p̄ sequimur, mademus inuidia, adeoq̄ oīs gñs uitij laboramus. Cū aut ha uirtutūq̄ lex dei requirit utpote ut deū timeamus, ei credamus, eū diligamus & glorificemus, itē ut sumā fide & amore proximū cōplectamur) natura plane uacui simus, eac̄q̄ obediētiam legi nō p̄stemus, ideo horrendā sententiā cōtrans fert lex diuina dicēs: maledictus oīs qui nō permā scrit &c. Et Ps. cxix: maledicti q̄ declināt a mandatis tuis. Item: si uis in uitam in gredi, serua mādata. Sed quis seruat aut unq̄ seruauit mādata, ac p̄stirit ea q̄ lex regrit: Vel unū mihi ex Ade filijs profer, qui unq̄ primū sal tē p̄ceptum uiribus suis naturalibus seruauerit: Nullū mihi ex ijs unq̄ pro

DE CONC. THRI. AD DISC. EM AVM EVNT.

duces: nemo em id p̄stitit unq̄, imo plane contrariū facimus oēs: nā qua
lis est arbor, tales sunt & fructus. Fructus autē carnis .i. psychici seu carna
lis hoīs, q̄ sint scilicet suaues, q̄ belli, uidere est ex Paulo, q̄ nō quidē oēs,
sed paucos obiter Gal. iij. recēsunt: adulteriū, scortationē, immūditiam, la
sciuiam, simulachrorū cultū, ueneficiū, inimicitias, litem, emulatiōes &c.
Et addit: qui talia agūt, regni dei heredes nō erūt. Vrget itaq̄ et manifeste
deprehensor tenet oēs Adē filios lex diuina, grauissimeq̄ nos premit, ac
p̄cusat nos impietatis, & læsę maiestatis diuine crimē atrocissimū nobis im
pingit, ostēditq̄ nos cōsceleratos et profligate malitię prauitatisq̄ esse ho
mines, damnatiōi obnoxios, impios, adēs, pfidos, sacrilegos, dei & homi
cōtemptores & osores. Et requirit a nobis perfectā obedientiā, summā pi
etatē, integritatē, & illibate innocentię uitam, iuxta dei p̄cepta. Cū ad eum
modū lex dei uitā ac mores nostros examinat, tum quales simus, quā cul
pa, quātis criminibus obnoxij, quanti peccatores, patet. Et cū legi dei non
satissicerimus, cū nō manserimus in hs oībus q̄ in libro legis sunt scripta,
necessē est imminere nobis p̄sentissimā maledictionē, nosq̄ cōcludi sub
peſtō, Gal. iij. Hic nūc miser homo pſtratus & dānatus iacet, eterna mor
te obnoxius: est em maledictus. Maledictio autē legis est culpa & poena, tē
poralis & eterna indignatio, ira, anxietas, afflictio, mors, & eterna gehen
ne supplicia. Si ea rē nostrarē cōditio est, si credimus scripture testant
de calamitate & lapsu hoc Adē & posterorū eius horribili, tū oēm p̄sump
tionē ac fiduciā nostrarē uiriū, dignitatis, meritorū, facultatis naturalis, at
q̄ opere, cōcidere & euangelicere, uerāq̄ humilitatē, ac pœnitētiā nō ficiā
sequi necesse est. Quid em gloriaretur, quid p̄sumeret, qd uiribus suis tri
bueret, qd se ostētaret homo, hac maledictiōe p̄be cognita, p̄ adeo auer
sus, p̄fuga & perfidus factus, totus diaboli sit, in regno peccati, mortis &
maledictiōis captus: In peccatis em cōceptus & natus est, nec quicq̄ boni
ex se uel cogitare, uel uelle, uel facere potest, sed ad mala tñ & uitia, flagiti
a q̄ omnia pronus & procliuis, nunq̄ nō peccat. Qui hanc certā immu
tabilēq̄ ire diuine seueritatē serio agnoscit, huic & ipse mūdus angustissi
mus est, nec ullā requiē consolationēue admittit, donec his uinculis et ma
dictiōe fuerit exolutus. Nec sine graui causa sacre literē legē diligētis. &
hoīem per legē huc pertrahant, ut se, suam miseriam, maledictionēq̄ &
malitiā in natā, deiq̄ iudicium cognoscat, q̄ ex cognitione peccatorū &
rae diuine, humiliet ex aio, & spū cōtribulato, & corde cōtrito, paupēt an
xius factus ad dei gratiā cōfugiat, misericordiā & opē imploret, & unicū
saluatorē Christū bñdictū semen Abraq̄ toto pectore petat & suscipiat. Si
quidem hs qui sic cōtribulato spū, cōtrito & humiliato corde agnoscunt
& cōsentent p̄ctā sua, qui uere & ex aio pœnitentiā agentes dolore ob p̄ctā
grauiſſimo cruciant, & terroribus cōscientię acerrimis cōflictant, iſtū
bñdictum hoc semen missum est, ut eruat eos ex oībus periculis & calamī

tatibus, sublata omni maledictiōe, qua erāt obnoxij. Nā p̄ter hos paupe
res spū, nemo illū nec expetit nec suscipit. Hoc significat Paulus Ro. iij. u
bi ait: Per legē agnitiō peccati. Et Ga. iij. Lex pedagogus noster ad Chri
stum, ut ex fide iustificaremur. Ibidem dicit, legem Dei cœpisse & datam
esse annis 43° post promissionē diuinā Abraæ factam, idq̄ propter trans
gressiones, donec ueniret semen cui promissum fuerat &c.

Omnis naturę uires, oī sapientia, libere arbitriū, leges bonae, uniuers
itatem creature, imo & ipsa lex dei ex hac maledictiōe hominem liberare, iustifica
re, innocentēq̄ reddere nō potuerūt, sed necesse fuit hoc semē benedictū
Christūmitti, qui nos eriperet ex his malis, quiq̄ Spūm sanctū promere
ret & donaret, alioqui homo plane & oī manūt mansisset. Ideoq̄ Paulus eo
dem loco de lege & Christo egregie differens sic inquit: Etenim si data fuil
set lex q̄ possit uiuiscare, uere ex lege esset iustitia. Sed cōclusit scriptura o
mnia sub peccatū, ut promissio ex fide Iesu Christi daret credentib. Ceterę
anteq̄ uenisset fides, sub lege custodiebamur, cōclusi in eam fidē, q̄ erat re
uelanda &c. Lex quidem p̄ctā nobis ostēdere, nos conuincere, accusare,
dānare maledictiōi tradere potest, sed ex maledictiōe eripere nō potest.
Principue aut̄ ideo data est lex, ut per terrefaciēdo corda, exciter, q̄ ad Chri
stū bñdictum semen suspiremus & cōfugiamus, apud quē oīa inuenimus Lex cur
er accipimus, q̄ lex a nobis requirit, uidelicet, pfectam obedientiā, innocē data
tiam, iusticiam, impletionem omnium legum, Spiritum sanctum cum do
nis suis, fidem, dilectionē, timorem, charitatem in proximū, & similia.

Tota scriptura nihil aliud agit, q̄ ut nos doceat Christum cognoscere,
ad Christū suspirare, ab eo auxiliū & suppetias efflagitare, in eū credere,
eum diligere. At id fieri nō potest, nisi maledictionē, morbū, miseriā, &
p̄ctā nostra aī agnouerimus. Vbi earę rerę agnitiōe imbuti fuerimus, tū
summo animi desyderio semen illud bñdictū expetimus, qđ solū hāc ma
ledictionē & potest & uult in totū tollere. Hoc si sciuisserit & credidissent
Iudei, nunq̄ Christū tam extreme cōceptum cruci affixissent. Si et pharisei
hypocriteq̄ horę rpm, ac nos oēs sciremus hoc ipsum, desperaremus pr
fus de nobis, de cūctis uirib. humanis, in q̄bus nihil est auxiliū nec cōsiliū
utiuſticiā et salutē ijs cōsequi possimus, nihil in his oīb. spei fiducięq̄ col
locaremus, sed ad semen hoc cōfugeremus, ubi p̄sentiss. auxiliū et subsidi
um inueniē. Nisi ita p̄ legē agnita fuerint p̄ctā, stulta & cēca ratio sōniet
se posse huic malo mederi, seq̄ ipsam a peccatis liberare, & dei gratiā suis
operib. promererī tentat, nec semen hoc cognoscere uult, nec ullo eius de
siderio afficitur, nec moratur quicq̄ promissiones dei maximas, per quas
solas miserrimae nos creature ex malis his liberamur. Quēadmodū Abra
am corā deo iustificatus est, sic certe et nos iustificari oportet: at is iustifi
catus est p̄ hoc semē Christū, in hūc credidit, in hoc oīm salutis spem ac fi
dutiā repositā habuit, persuasus se p̄ id semen bñdictiōne cōsecutur. Idq̄

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

ipſi reputatū est ad iusticiam Ge. xv. Ro. iiiij. Cōcludens itaq; Paul. eolo-
co & afferēs fortiter hoc ſemen nobis expetendū, ait: Nō p legē pmissio
cōtigit Abrae aut ſemini eius, illū heredem fore mūdi, ſed per iusticiam fi-
dei. Etenī ſi ij qui ad legē pertinēt, heredes ſunt, inanis facta eft fides, & i-
rita facta eft promiſſio. Nā lex irā operač. ſiqdem ubi nō eft lex, ibi nec
trāgredio eft: idcirco ex fide dač hereditas, ut ſecundū gratiam, ut firma ſit
promiſſio uniueroſo ſemini, nō ei qd eft ex lege tm, uerū etiā ei qd eft ex fi-
de Abrae. Secūdo in hac promiſſiōe mera, ſumma, infinitaç grātia dei
uideā. Nam qd deus homo fieri ex ſemine Abrae dignatus eft, id nō meri-
tis aut dignitate noſtra factū eft, ſed ex mera gratia & misericordia dei. Ex
mera gratia Christū promiſit, ex mera gratia promiſſiōe impleuit miſſio
Christo: lex & legis opera nō promeruere. Audis em̄ hic qd deus patriar-
chę Abrae bñdictionē hāc promittat, annis 430 anteq; Moſi lex data eft.
idq; ideo factū eft, ne quis in negocio iusticie et ſalutis ſibi quippiā tribue-
ret, ac de meritis ſuis gloriareč; gratia eft em̄ mera, citra ullū noſtre meritū,
& aī oīa opera noſtra. Tertio. Cū deus bñdictionē & gratiā ſuā in hoc
ſemē Christū cōiecerit, & qd hūc ſolū bñdicturus ſit, ſequit̄ qd nuſq; bñdi-
ctio, iuſtitia, uita & ſalus extra Christū inueniač. et qd oīa que extra ipſum
ſunt, maledicta ſint, qd in peccatis, in morte & dānatione iaceāt. Nec em̄
leuē ob cauſam factū eſſe putabis, qd oīms, immortalis & ſummuſ ille de-
us, tam ſeriā, tam ſumma cōſolatione plenā ſentētiā profert, qua promi-
tit iureiurando bñdictionē & uitā per hoc ſemē ſe datur. An nō merito
angelorū tota cohors, & hoīm oē genus, oēs qd creature tam in ccelo qd in
terra, ſumma ueneratiōe, ſummo religionis ac pietatis ſtudio, indiſibilis
& infinito gaudio deū Dñm ſuū hec uerba ſonantē, & tam eximia promi-
tentem audirent? Paulus ait: Deus cū eximie uellet heredib. promiſſiōis
oſtendere firmitatē consiliū ſui, interpoſuit iuſiurandū &c. Audis hic qd
promittat et iuret etiam: Quod ſi igit̄ extra Christū qd qd bñdictionē in Christo tan-
eſt, iuſtitiam & ſalutē cōſequi poſſet, cur Deus bñdictionē in Christo tan-
ta ſeu eritate ipſoq; iuſramēto promiſit? Itaq; nihil eft qd quiſ putet ſe ce-
ditur deo extra fidem Christianā. Nequaq;. nulla fides uera eft niſi Chri-
ſtiana. reliquę opinioneſ ſunt errores. Deus pro ſuo agnoscet neminem
niſi ſit in hoc ſemine Christo, id ē, niſi ſit Christianus, niſi in Christū cre-
dat: neq; em̄ alibi uerā innocentia, dei gratia, iuſtitia, ſatisfactionē prope-
catis, auxiliū & cōſilium, uitā & ſalutē inueniemus qd in hoc Christo. In eo
ſperauerūt patres nōdum hoīe facto, & ſalui facti ſunt. In eodē ſperamus
nos qd, et ſaluamur. Eſt et in hac promiſſiōe probata humana Christiana
tiuitas, mors, resurrectio, & regnū eternū, qd oīa ptinent ad bñdictionem
hāc, in qua oīs felicitas promiſſa eft. Nā hec bñdictione in ſemine Abrae eft
libertas, abſolutio a peccatis, redēptio a morte & dānationē eterna: & eōra
mera eft inocētia, iuſtitia, impletio legis, renouatio imaginis dei in nobis,
ſecuritas, gaudiū, pax & uita eterna, qd plus optaueris. Summa beatitudo

Christianaf
des ſola uer
fides

DIALOGVS VRBAN. RHEG.

in hoc Christo est cōclusa etoē mali genus exclusum: eāq; ob causam apo
stoli promissionē hanc diligēter urgent subinde eā inculcantes et repetētes
Act. iij. Gal. iij. Ceterz liberatio a maledictiōe hac mirifico qdām mō fit, Gal. 2
uidelicet p̄ infamiā & ignominia crucis. Sic em̄ ait Pau. Christus redemit
nos ab execratiōe legis, dū p nobis et̄. Hoc factū est ipsa die Parasceues,
cū penderet in cruce corā Iudeis & gētib. ac si a deo & creaturis oībus fuīs
serrelictus. Peccata nostra ipse pertulit in corpore sup lignū criucis q pec
catis mortui iustitię uiueremus, ut Pet. ait: Scriptū est em̄ Deu. xxi in ling
ua sancta: Suspēsus maledictū est apud deū: sic em̄ de uerbo sonāt hebreā.
Lxx. reddiderūt: qui pēdet in cruce maledictus est, hoc est, Iudeis offen
diculū, gentibus stulticia est, sed uocatis Iudaeis pariter & gētibus crucifix
us ille Christus dei potētia & sapientia est, i. Cor. i. Nihil stultius ac stoli
dius ratiōi uidet, q̄ q̄ deus in humana natura hāc ignominia pati uoluisse
dicit̄ sed sic uisum fuit deo, teste Paulo, postq̄ in sapientia Dei nō cogno
uit mūdus p̄ sapientiā deū, per stultiā p̄ dīcatiōis saluos facere credentes.
Si diuina illa maiestas ppter in gratissimū p̄tōrem adeo demisit sese, ut in
infimas has partes descēderit, & summa ignominiam p̄tulerit, cogita et ex
pēde q̄ grauia, atrocia, ingētia & immania sint peccata nostra, & q̄ nō gra
uanter q̄q̄ patiēter ac moderate afflictionē et crucē nobis immissam ferre
debeamus, cū maledictio nobis in bñdictionē sit uerfa per Christum.

Hoc semen Christū, primū Adg, dein Abraq p̄missum deus sepe reno
uauit: postea alijs etiā patrib. post Abraamū promisit, Gen. xxvi Isaac:
Ge. xxvii Jacob. et Ge. xl ix iterz promissio de Christo renouat̄ per patri
archam Jacob, q paulo ante mortē suam sic de Christo uaticinat̄; NON
AVFERET VR SCEPTR DE IVDA, & DVX (siue magister)
DE FEMORE (siue pedib.) EIVS, DONEC VENIAT QVI mit

Promissio per
patriarcham
Jacob renoua
ta

TENDVS Est (siue Siloh) ET IPSE Erit EXPectatio GENTIum.
In hac promissiōe diserte & clare indicat̄ & describit̄ tempus, q̄ expectā
dus erat Messias: p̄terea q̄s illius status et cōditio, ul' quale eius regnū futu
r̄ esset. ANNA. Fac quoq; ut plane sententia huius promissionis
intelligam. VRBANVS. Sceptrū siue Schebet, uti nō ignoras, sig
nificat regiā seu principale potestate uel administrationē. Thargū habet
Schultan, hoc ē, imperiū, potentia. Erat aut̄ a deo sic ordinatū in populo
Iudaico ut Iudeor̄ reges et tribu Iuda essent. Preter hāc potestate mūdanā
seu politiciū magistratu habebāt Iudei alia etiā spūalem potestate, siue po
litia Ecclesiastica et tribu Leui. Hi erant sacerdotes in lege, atq; etiā docto
res ac prophete, &, ut quidā opinantur, Sanhedrim, septuaginta illi Senio
res in Israel, quos Moses Num. xi. ordinat. His duobus magistratibus Iu
daicus populus regebat: sed administratio hēc Regū & Sacerdotū seu Seni
or̄ non duratura erat diutius, q̄ donec uerus Iudeor̄ rex, sacerdos & Do
ctor Christus ipse ueniret. De hoc tempore prioris aduentus Domini
nostrī Iesu Christi uaticinans hic patriarcha Jacob, dicit: Iudah seu popu-

Sceptrum
quid

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMA. EVNT.

Iū Iudaicū habitur Reges seu Dños a quibus regant̄, tribū Iuda, atq; etiā doctores, donec Christus ipse, uerus rex & Doctor ueniat. Sic iudei ha- buerunt Reges, iudices seu principes & doctores e tribu Iuda, ad ea usq; tēpora fere, quibus nascebatur Christus. Illo nato regiā istam dignitatem & sacerdotiū tribus Iudah, iuxta prophetiā hanc, sinē habere necesse fuit.

ANNA.

An non longe ante Christi nativitatē Regia illa potestas a Iudeis abla ta est, cū lxx. annos in Babylone capti sub ethnico Rege essent, nec dum in eo ipso Christus uenerat. Et nisi fallor, hac obiectiōe iudei hāc propheciāe Iudūt cū Christianis disputantes.

VRBANVS.

Hallucinantur hic ut in multis iudei. Siquidem Regia tribus nihil se cius mansit tempore captiuitatis in Iechania, qui e captiuitate liberatus, magis honoribus uti Rex cultus est. Post captiuitatē uero Babylonīcā rege bant & imperabāt Principes e tribu Iuda hi,

Zerubabel.

Resa.

Misciola.

Ioanna filius Resa.

Iudas Hircanus.

Iosephus primus.

Abner Semei.

Eli Mattathias.

Afar Maath.

Nagid Artaxat.

Agai Hesli.

Masloth Naum.

Amos Scyrath.

Mattathias Siloa.

Iosephus minor.

Arses.

Ianus secundus Hircanus.

Hinc uero regebant, sed non diu, Asmonai seu Macchabæi, Iudas, Io nathas frater eius, Simon, Ioannes Hircanus, Priscus, Aristobulus, Ioan nes Alexander, Alexandra uxor eius, Hircanus, quē occidit Herodes, & ui regnum occupauit: nec erat hic Herodes Iudeus natus, sed cratalieni gena uidelicet Edomita, filius Antipatri Ascalonite. Is Romæ apud Octa uium & Antoniu hoc impetravit, ut Romani Senatus autoritate acuo luntate, iudeorū rex factus sit. Sed magno negotio uix tandem Iudeos sibi potuit subigere, ut ipsum regē agnoscerent, non semel rebellionē & ins dias molitos, ut ethnici regis iugū excuterent. Ac uix tandem cum xxx. plus minus annos probe eos exercuisse, grauiterq; reluctātes oppresſiſſer post conflictiones uarias, tandem coepit rite imperare, atq; administrationē re giam ac plenam exercere, citra rebellionē iudeorū, qui magna ui tandē hu compulsi, ut ipsum Regem suum agnoscerēt. Bodem ipso tempore cum sceptrum a Iudeis per Herodem plane ablatū, & omnis illorū potestas op pressa esſet, uenit hic Siloh uel Christus, natus in Bethleem, uti Matthaeus Euangeliſta cap. iij. indicat, adducto prophetæ Michei testimonio. Aderat uerus Dominus & Rex, ideoq; & Iudæorum regni finis aderat.

Sed diligenter obſeruandum, quale Christi regnū, quanta eius poten tia futura esſet: Nam & id patriarcha describit hoc ipso, q; magnificum & augustum insigneq; nomen illi indit, & Siloh uocat. Significat autem Silo, diuitem, felicem, fortunatum, qui prospero uitetur successu in oī nibus ihs que tentat, cui omnia ex uoto & sententia animi cedunt.

Herodes.

Silo

ANNA.

Vnum etiam est quod me torquet, unde me explicare non possum.
 Non dubito quicq; quin promissio hæc Gen. xlix. sit impleta ad literam,
 ita ut ne unaliterula quidem aut apiculus sit omislus. Quicquid enim
 Deus promittit id non potest non fieri. Quis impediret? Verum cum
 prophetia dicat qd regia potestas duratura sit apud tribum Iuda, ad id usq;
 tempus quo Siloh uenturus erat: cumq; tu paulo ante dixeris potestatem
 hanc post Iani Hircani mortem, ad Macchabæos ac poste a tandem ad He-
 rodem deuenisse, scire peruelim, cur Scepturnon apud posteros ac ne-
 potes Nathan manserit usq; ad Heli. Nonne Asmonaie tribu Leui sunt
 non Iuda? Quomodo igitur Schebet in illorum manus peruenit, quo iure
 illi regiam potestatem occuparunt & exercuerunt?

Asmonai, id
est, Maccha-
bai.

VRBANVS.

Cum certo sciamus accredamus prophetiam hanc quam patriarcha af-
 flatu Spiritus sancti protulit, impletam esse, ita ut ne apiculus quidem sit in-
 termislus, quemadmodum & tempora nativitatis Christi & regni Hero-
 dis conueniunt & quadrant, spero sine periculo futurum nobis, qd citra te
 meritatem in fide hac & timore Dei ea de re differimus.

Hanc prophetiam certe sic impleri oportuit, ut huic Siloh Christo, iu-
 xta priore ipsius in mundum hunc aduentum, conueniebat, & sic, ne alii
 prophetijs de Christo & conditione regnoue eius, repugnet. At propheta Christus cur
 Zacharias dicit, priorem aduentum Christi futurum Eni, hoc est, pau- pauper prie-
 perem, egenum, humilem, contemptibilem ac despicabilem. Iam si Chri- ri aduentu
 stus natus fuisset tum cū adhuc stirps Davidis regie maiestatis fastigium
 obtinuit, atq; ita Ioachim, Maria & Ioseph potentia clarí regiocq; sceptro
 potiti fuissent coram mundo, ubi tū esset humile illud & pauperrimum
 prelepe in Bethleem? ubi fuga in Aegyptum? ubi aliæ notæ ac signa humili-
 tatis Christi & misere eruminoſeq; conditionis in tempore dispensationis
 ipsius de qua prophetæ sunt uaticinati? Quapropter breuis illa Macchabe
 orum in regno Iudaico Potestas aut Regimen impletioni huius proph-
 etie non repugnat. Hoc fortassis sic fieri uoluit diuina prouidentia, ob suas
 causas, primum, ut Christus pauper, sine strepitu & pompa mundani
 regni, uti spiritualis rex e tribu Iuda & Davidis nasceretur, ideo tribum il-
 lam annos aliquot ante, dignitatis multum amittere, uilem ac humilē de-
 spectamq; fieri, ac fere concidere, nullocq; in honore corā mundo haberet
 esse, & flo s (siue ramus) de radice eius ascendet (siue fructificabit) Hebre-
 us textus utitur uocula Gesa, eam uocē Aquila, Symmachus & Theodo-
 rius reddiderunt græce κόρυν. i. truncū, stipitem, baculum, ut significant
 qd longo tempore post captiuitatrm Babylonicam, cum iam nemo ex stir-
 pe Davidis regiam sedem occuparet, qd tū Maria ueluti e truncō quodam
 arido, & Christus e Maria exilierit, quemadmodū & Hieronymus scribit,

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMA. EV NT.

Hanc propheciam quoq; impleri necesse fuit, ideoq; tribū Dauidis, eo tempore quo Christus nasci debebat, ante omni regia gloria uacante & contemptibilem iacere, & ueluti infrugiferū, annosum aridumq; truncum & stipitem reputari oportuit: id quod & factum est ijs centum & uiginti nouem annis, quibus post Ianum Hircanum, Asmonai, hoc est, Iudas cum suis cognatis & nepotibus posterisue, Sacerdotium & secularem etiam potestatem una administrauerūt. Ibi tum prosapia Dauidica in eam paupertatem ac contemptum deuenit, ut uideretur fieri non posse unq; ut tantus Rex ex arido hoc & uetus state quasi plane corrupto & emortuo truncō proueniret. Cum autem tribus lesse extremo contemptu laboraret, tū Silo Christus, in forma humili, uili abiecta q; in Bethleem ciuitate Davidis nascebatur. Ideoq; Iudei tum cum grauis ijs immineret Antiochus, cumq; Asmonai sacerdotalem & regiam dignitatem in se suscepisset, tum facile diuinare & non obscuris his signis admoniti intelligere potuissent, instare tempus illud quo Silo uenturus esset.

Ad hæc, non est q; nos ualde moueat, (necq; enim multum adrem facit,) breue illud Machabaicē administrationis tempus. Nam ut maxime non fuerint e tribu Iuda, tamen loco tribus Dauidicē administrationem eam obibant, consuentes hic tribui Iuda, atq; ita defendentes ac conseruantes tribum eam & Benlamin & sacerdotium, una cum suo cultu, ad illud usq; tempus quo Silo aderat, & tribus Iuda nec ex se, ex sanguine siue stirpe sua, nec ex cognatis, uel reges uel principes ullos administratione aliqua fungentes habebat, sed prorsus sub alterius & alieni potestatem redacta erat. Iuda et Benlamin e Babylone redierāt. Tribus Leui his tribus, ut ministra Dei, admixta erat. Atq; ita Iuda obtinuit & obiuit administrationem politicā potestatis.

ANNA.

Satis fecisti mihi, & scrupulum de Machabeis exemisti.

VRBANVS.

Parentes Christi, ex Dauidis stirpe ab administratione submoti sunt, non ita multo tempore ante q; Christus natus est. Et fortassis sic uoluit Deus, ut sub id tempus utracc; illa in populo Iudaico potestas, spiritualis siue Ecclesiastica, & secularis siue politica, hoc est, Sacerdotium & Regnum in unam tribum seu personam deueniret ac coniiceretur, posteaq; Silo ille aderat, qui a Deo unctus in Israel & sacerdotij & regis functionem obiit, benedictionem omnibus allaturus, & in æternum regnaturus esset.

ANNA.

An non Iudei hic dicerent, Silo esse & significare non promissionem illum Messiam, atq; ita promissionem hanc e manibus sic extortam eluderent: quia alium fortassis principem, magno successu usum, hic significa-
tum ac predictum esse adducent, ut sunt refractarij praefracti, & ordo Apo-
stoli

VRBANVS.

Nihil hic cōtra adferre possunt quod ullam speciem habeat, tam aper-
ta, tam perspicua, tam firma & inuita est prophēcia hæc cum euentu seu
implectione sua: nec in ullum alium quadrat, ad nullum alium regem accō-
modari & adaptari potest, quam ad Christum. Christus enim obiuit ad-
ministrationem regni sui per omnia ad eam formam atq; rationem, quæ
admodū prophetæ de eo uaticinati sunt, sub illud ipsum tempus, quo Sce-
ptrum a luda ablatum erat. Ab eo tempore iam per mille & quingentos
annos ac plures neq; regem neq; prophetam habuerunt, & tam seculare
quam Ecclesiasticum regnum eorum finem habet. Præter hæc, proprius
illorum magister ac doctor Schlomo, cui refragari non possunt, affirmat
Siloh hic esse & significare Messiam. Etsi scilicet Thargum in locum uo-
catis Siloh ponat Messiam. Quicquid itaq; hic opponunt Iudæi, omnis
tergiuersatio illorum stulta obstinatio quædam & insignis impudentia,
calumnia atq; petulantia est.

ANNA.

Sed quomodo ex hac uoce Siloh, regni CHRISTI conditio atque
ratio intelligi potest?

VRBANVS.

Optime: maxime, si sequentia uerba: AD EVM ERIT EXPEC-
TATIO GENTIVM, uel, HVIC GENTES ADHAEREBŪT,
uel, ad eum Gentes confluent (sic enim propius Hebræa redduntur) di-
ligenter & attente consyderata expenderis. Discimus enim ex his uerbis,
Christi regnum, regnum spūiale esse. Multe em̄ ḡtes ad illum descendent,
uel ad illum se conferent ac confluent, illi obedient, nulla ui, non armis,
non gladio coacti, sed ultro ac lubenti animo. Alij Iudæorum reges ge-
stauerunt secularem gladium, eocq; homines subegerūt ac compescuerūt, CHRISTVS
qualis REX
idq; in suis tantum regnis atq; regionibus, & nonnunquam etiam in cō-
finijs, nec ullus eorum regum superstes est, sed diem suum ordine obie-
runt omnes. At hic SILOH, non ad tempus, sicut illi reges, sed in eter-
num usque, sceptrum acceptum manu gestat & tenet, hoc est, in eternum
regnat, suumq; regnum non in unam aliquam mundi partem, non in Iu-
dæam tantum, sed in totum orbem extendit & dilatat. Idq; facit nō armis
non exercitu copioso, sed solo uerbo. Siquidem regnum eius mirabile &
spirituale regnum est, in quo subditi sunt πρόσωποι, lubentes, alacres, prom-
ptissimi, ultro, summa alacritate, huic regi se se subdentes: proinde nec gla-
dio nec armis in ijs sibi subiiciendis opus habet. Vbi uel uocem suam (q;
longe suauissima & blandissima est) edit, statim illi, qui ipsius sunt, uocē
eius audiunt ac sequuntur ultro ac lubentes. Tractat enim suos blandis-
sime & humanissime: nec imperiose, nec tyrannice regnat, sed clementissi-

DE CONC. CHR I. AD DISC. EM AV M EVNT.

mum atq; officiosissimum se omnibus & ad omnes iuuandos , subleuan-
dos ac liberandos expositissimum offert. Idq; regnum eius spirituale egre-
gie Moses describit figuratis & picturatis uerbis , uidelicet qualis sit futu-
ra eius regni ratio , quomodo administrandum sit , & ait : LIGABIT
AD VINEAM PVLLVM SVVM, ET IPSIVS ASINAE
FILIVM AD NOBILEM VITEM. LAVABIT IN VINO
STOLAM suam , & in sanguine uiuæ pallium suum. PVLCRIO:
res sunt OCVLI eius uino , & dentes eius LACTE candidiores.

Haec uerba omnia mysticum sensum habent de ministerio uerbi & Eu-
angelio , quia Messias noster gubernat regnum suum uerbo per spiritu-
sanctum , ubi nihil aliud q; auditu gratissima , iucundissima , suauissima q;
audiuntur , de dilectione Dei erganes , qui filium suum nobis donat , ut ex
omnibus malis & calamitatibus nos liberet , tam corporalibus quam spiri-
tualibus ; quibus auditis homo summo gaudio afficitur , & tanto huius re-
gis amore ac desyderio ardet , ut summa ad illum alacritate currat , ac quadā
etiam pia uiolentia ad illum irrumpat , & se illi ultro subdat , totumq; de-
dat ac consecret. Matt. undecimo.

Sed nunc audi quid SILOH in se complectatur , & quare hoc nomi-
ne Christum significare uoluerit. Tam opulentus , tam foelix est , tam o-
mnium rerum copia affuit hic Heros , ut nullus regum Iudaicorum , imo
nec uniuersi reges æquari aut conferri ipsi uni possint. Ac plane aliud lo-
CHRISTVS geq; diuersum regnum Christi est a regnis aliorum regum , longaque
quare Siloh alia ratione id administrabitur , quam terrena regna : adeoque omnia z/
uocetur alia regna huic regi cedent. Hoc certe fieri non potuit , si hic Siloh talis
rex futurus esset , quales fuerunt alij , Dauid , Salomon , & reliqui , ut ex a/
cto breui temporis spacio cum uita amissa & regnum amitteret , & regia di-
gnitate priuatus : uel si regnum eius alium regē successorem expectaret ,
sicut Sceptrum Iude hunc Siloh expectauit. Necesse est hic fieri lōge ma-
xi m mutationem regnum , longe q; alium regem ac principem esse ,
qui uenturus prædictitur , alioqui Scriptura non uocaret eum SILOH ,
hoc est , εἰς νῦν τὸν οὐρανόν , beatissimum , foelicissimum & fortunatissimum He-
roa , qui in omnibus quæ aggreditur optatissimo successu , & prosperi-
ma fortuna uititur.

Ex hoc itaq; uerbo penitus & diligentius inspecto , mortalitas & im-
mortalitas æternitatisq; Christi elicitor .

Primo. necesse est eum uerum & naturalem hominem esse , atque ob-
id mortalem , sc̄quidem e tribu Iuda oriundus , secundum carnem Abrag
& Dauidis filius erit.

Secundo. Necesse est eum etiam immortalem esse , & a morte iterum
resurgere , & in æternum uiuere , quia Scriptura describenseum , testatur
ipsum eximium quendam regem futurum , longe & in infinitum alium ,
celsiorem ,

celsiorem, ac potentiores maioremque, quam reliqui reges omnes fuerunt, qui sceptrum Iuda usque ad ipsius tempora gestauerunt, atque ordine sibi succendentibus locum dederunt. Hic autem rex nulli alijs suum regnum administrandum committit, nec successorem habet ullum, nec quicquam concedit ulli, sed ipse sub Herode id Sceptrum seu regnum semel occupatum obtinet & gubernat in aeterna usque secula. Hoc sane aliter fieri non potuit, quam ut ante moreretur, haccalamitosa & fugitiua uitaper mortem relictus, iterum a morte resuscitatus in immortalem & aeternam uitam resurgeret, ut Scriptura impleretur, ut Christus talis rex & SILOH esset, cui non tantum Iudei adhaerent, sed quem totus etiam mundus ut Dominum & regem suum agnosceret, susciperet & adoraret, utque ita sit uerus homo & rex ex stirpe Davidis, atque etiam nihilo secundus immortalis, inuisibilis, & aeternus. atque ita in fide spiritualiter regnet.

ANNA.

Si Cleophas & comes eius propheciam hanc, sui Patriarchae testamen tum, probe intellexissent, non offensi fuissent Christi morte.

VRBANVS.

Equidem prophecia haec satis admonuisset & docuisset eos, ut intelligere posuerint, sic Deum uoluisse & constituisse, ut Messias seu Siloh etiam mortem obiret, non tamen in morte maneret, uerum a morte resurgeret, Israelem liberaret, & in aeternum regnaret. Sed nondum credebat propheta, id quod satis restantur & arguunt haec incredulitatis eorum uerba: Sperabamus eum esse illum qui redempturus esset Israel. Vacillabat itaque adhuc & nutabat cor illorum, putabantque cum CHRISTO prorsus auctum, eumque omnino mortuum, secus sua spe frustratos esse. Si quidem cum mortuus esset Christus, somniabant ipsum alios iuuare, & e morte liberare non posse. Ideoque dixit Christus adeos: O stulti & tardii corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae. Nonne haec oportuit pati Christum & intrare in gloriam suam?

ANNA.

Plura ne scripsit Moses de Christo in Genesi?

VRBANVS.

Ego præcipuas tantum & maxime claras apertasque de Christo prophecias explicare constituui. Quod si omnia mysteria typosque interpretari atque euoluere uellem, multa adhuc de Christo & Ecclesia eius in Genesi reperiiri possent.

ANNA.

In capite decimo quarto describit Moses Melchizedecum paucis verbis. Sæpe autem audiui a te, Christum Melchizedeck uocatum esse. Huius nomenclaturæ causam quæso temihi reddas atque explanes:

VRBANVS.

Mysterium insigne, & summa plenū consolatiōe de Christo in Melchizedek est, Gene. decimoquarto, idq; Paulus Hebræorū septimo pulchre & dextre explanat, nempe, q; Malchizedek sacerdos altissimi, typus fuerit DOMINI nostri Iesu Christi, quem DEVS pater Psalmo centesimodecimo, his uerbis compellat: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Malchizedek.

ANNA.

Quis est ordo Malchizedek in sacerdotio ipsius?

VRBANVS.

Malchizedek Mirifica est ratio & ordo sacerdotij ipsius, longeque & plane alius, q; is quem alijs sacerdotes in Lege habuere. In lege Mosi erat etiam sacerdotium e tribu Leui. Id sacerdotium sacrificia offerebat, & orabat pro alijs, & pro se quoq; docebatq; legem Dei, in qua quisq; sua peccata & maledictionem discere posset. Sed id sacerdotium neminem a peccatis & maledictione liberare potuit: præterea multi sacerdotes sibi succedebant. Moriabantur enim, & defunctis alijs sequebantur alijs, nec unus aliquis perpetuo Sacerdotis officio fungebatur. Melchizedek uero admirandus erat sacerdos, de quo Moses pauca tantum uerba facit, sed ea Spiritus sanctus explicat fuisus Hebræorum septimo, dicens: Melchizedek ex interpretatione dicitur rex iusticie, deinde uero etiam rex Salem, quod est rex pacis, ignoti patris ignotæ matris, ignoti generis, nec initium dierum neq; uitæ finem habens, sed assimilatus filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. Ad hæc benedixit patriarchæ Abrahæ, qui tamen promissiones benedictionis a Deo habebat.

Hæc omnia in Christo impleta sunt, quemadmodum David testat, dicens: Iurauit Dominus & non poenitebit eum, tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchizedek, hoc est, tu longe a liaratione Sacerdos es, q; Aaron & successores eius. Hi enim mortales homines erant, qui per Dei præceptum siue legem, omnes homines maledictioni poterant subiçere & adiudicare, sed neminem liberare aut iustificare. Omnipotens redimere posset, sed tu Christe uerus es Melchizedek, æternus & benedictus Rex & Sacerdos. Hoc sic intelliges. Christus in terris patrem non habet, in cœlis nullam matrem. Est æternus, quia est æternus Deus, & immortalis etiam homo. Nec ante se nec post se quenquam habet in hoc ordine. Non est factus sacerdos secundum legem carnalis natus, sed secundum potentiam indissolubilis uitæ, quinos re ipsa benedit, a peccatis & morte nos liberans, & æternam salutem donans. Malchizedek est & Melchis cholam, hoc est, rex iusticie, qui nostra iusticia est, & nos coram Deo iustificat. Est & rex pacis, quia per ipsum solum pacem habemus.

Ium pacem habemus cum Deo. Romanoꝝ quinto, Ephe. secundo.

ANNA.

In hoc mysterio haud dubie intelligendum, ut supra, q̄ Christus prius mortalis esse debuerit, cū Paulus Hebraeorum septimo dicat, q̄ hic uerus Malchizedek Christus e tribu Iuda uerus homo natus sit, & tamē etiam immortalis sit, qui in æternum uiuat, ut semper & in perpetuum iuare possit. Id quod Cleophas & comes eius nesciebant nec credebant, alioqui tam tristes non fuissent, nec tantopere morte CHRISTI fuissent offensi.

VRBANVS.

Satis testimoniorum Scripturæ, propheciarum & figurarum habuete, unde discere potuissent, quod Christo ante moriendum fuerit. Ante triduum etiam agnum Paschalem comederant, quem mactare ex mandato Dei, & sine fermento absumere oportebat. Exodi duodecimo. Summe batur etiam sanguis agni, eoque uterque postis & super liminaria domorum in unum gebantur ac aspergebantur. Idque signum gratiae erat. Nam cum Deus per totam Agyptum noctu omne primogenitum interficeret, Iudei in suis ædibus tuti erant: in quibus enim ædibus Angelus percutientis agni sanguinem aspersum videbat, eas transibat. Is agnus cum suo sanguine figura erat immaculati agni Christi, qui mortuus & oblatus est pro nobis, per cuius sanguinem nos liberati sumus a morte, quamfiguram D. Paulus primæ Corin. quinto, dextre & belle applicans ait: Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. Itaq; festum celebremus non in fermento ueteri, nec in fermento malicie & uerluti, sed in panibus fermento parentibus, hoc est, sinceritate & ueritate.

Agnus Paschalis

ANNA.

Ex figura hac facile & non obscure intelligi potuisset, quod Pascha siue Paschalis agnus noster Christus occidendus, eiusq; sanguis profundendus esset.

VRBANVS.

Ex Capite quinquagesimotertio Esaiae prophetæ facillime quoque dicissent, quis uerus ille agnus esset, sed oculi eorum clausi erant, nec Scripturas intelligere poterant, donec ipsis cor Christus ipse aperiret.

ANNA.

Habet ne Moses plures de Christo typos in suis libris?

VRBANVS.

Habet, eosq; multos. Nos præcipuos tantum ordine explicabimus. Exodi capite uicesimo quinto, gratissima ac pulcherrima figura de Christo est in Caporeth. Præcepit Deus Mosi, ut Arcam fieri curaret, intus & foris deauratam, eamq; aurea Caporeth in suprema parte clauderet.

DE CON C. CHRI. AD DISC. EMA VM EVNT

Scis autem Caporeth uocem, a Ciper deductam, significare propitiatio-
nem, reconciliationem, seu propiciatorium. Insigne hoc mysterium est:
Caporeth Promiserat enim Deus filijs Israel, se ipsum habitaturū in hoc Propicia-
propiciatori torio, ex eoq; responsurum & sentētiā suam expositurum populo suo.
um *iλασθεον* Hoc ipsum propiciatorium & est & significabat Christum IESVM Do-
minum nostrum.

ANNA.

Qui potest sciri, Christum per Caporeth significatum esse?

VRBANVS.

Spiritus sanctus sic figuram hanc ipse per D. Paulum interpretat Ro-
manorum capite tertio, ubi ait: Omnes peccauerunt & destituuntur glo-
ria Dei: iustificantur autem gratis per illius gratiam, per redemptionem,
quae est in Christo Iesu, quem proposuit Deus reconciliatorem, siue pro-
piciatorium *iλασθεον*, per fidem interueniente ipsius sanguine. Et ad He-
braeos capite quarto, ubi de summo sacerdote, Christo, qui sensu infirmi-
tatum nostrarum affici possit, uerba faciens: Accedamus, inquit, cum fi-
ducia ad Thronum gratiæ, ut consequamur misericordiam, & gratiam
inueniamus ad opportunum auxilium.

Sic Moses in suo propiciatorio Christum in humanitate sua belle & af-
fabre depinxit, in quo solo nos omnes gratiam & Deum ipsum inueni-
mus, ueluti Paulus ait Colossem. secudo: In Christo inhabitat omnis ple-
nitudo Deitatis corporaliter. De hoc Caporeth Christo, Deus ipse no-
biscum loquitur, uti Christus Ioannis viij. ait: Mea doctrina non est
mea, sed eius qui misit me. Christus est uerbum æternum patris, eiusque
unigenitus filius uerus Deus. Si uidemus & audimus Christum, audi-
mus & patrem: Ioannis xiiij. Philippe qui uidet me, uidet & patrem me-
um: Non credis quod ego in patre sum, & pater in me?

De hoc Caporeth magna nobis dicendi copia ac campus suppeteret,
sed nō immorandū nobis est in figuris, q; ad apertas & claras de Christo
prophecias perueniamus, & maxime ad eas quæ de morte & resurrectione
eius extant. Satis sit itaq; hec dixisse de Caporeth, uidelicet q; nostrū
Caporeth sit Christus: Per Christum enim reconciliamur & in gratiam
redimus cum Deo, perque eum remissionem peccatorū accipimus. Bre-
uiter in Christo Deum ipsum inuenimus & habemus, ut passim in libris
Testamenti Noui legimus: Non est enim aliud Deus quam IESVS
CHRISTVS.

ANNA.

Quid est de Christo in tertio Mpsi libro?

VRBANVS.

Quicquid in Leuitico est de externo Sacerdotio Aaronico, de omnis
generis

generis sacrificijs, de sanguinis profusione, de peccatorum remissione, hæc omnia nihil aliud fuerunt, quam figura Christi, ueri sacerdotis nostri, qui nos uero Sacrificio suo in cruce oblato redemit, & peccata expiavit.

ANNA.

Vnde id sciri potest?

VRBANVS.

Testamentū nouum explicat & interpretatur nobis has figuræ, & applicat eas omnes Christo, & maxime id facit epistola ad Hebræos, in qua diserte docet atq; clare ostendit, quod sacerdos Aaron, totumq; sacerdotium in lege cum functionis suæ officijs, cum sacrificijs, oblatiōibus, munitionib; deprecationib; doctrinis, reconciliationib; propiciatio- nibus, sanguinis sparsionibus, alijsq; figuris appositissimis Christum delineatū adumbratumq; nobis uenuste & eleganter significarit. Quæcumque enim fere tum siebant, umbræ tantum & typi erant noui Testamenti, & Christi, quia tum in illo externo Sacerdotio & sacrificijs illis non erat uera reconciliatio, & peccatorum remissio siue iusticia. Offerebantur mutae & irrationales pecudes, quarum sanguis, ut Paulus ait, peccata auferre non potest. Typus tantum & memoria uel commemoratio erant peccatorum & remissionis, quæ per preciosum duntaxat Christi sanguinem contingit. Hebræorum nono & decimo.

Multæ erant hostiæ, multæ effusiones sanguinis, ablutiones & purgationes in Lege, quæ omnia typi tantum erant & umbrae resq; inefficaces, quæ neminem perfectum reddere poterant iuxta conscientiam. Hebræorum nono. Exercitia tantum erant externæ disciplinæ & sanctitatis, & iustificationis carnis, quæ usque ad tempus correctionis imposita, finem habitura essent, mox ubi id adesset, quod per has figuræ & typos tum temporis significabatur.

ANNA.

Gestio audire, quomodo Aaron & Sacerdotium eius cum suis sacrificijs nobis C H R I S T U M præfiguratum significauerint. Rogo ordine singulas mihi partes explicare non graueris.

VRBANVS.

Faciam. Ut autem tanquam in tabula ob oculos uideas & res melius intelligi ac percipi possit, figuræ ueteris Testamenti, & e regione prelitem impletionem atq; ueritatem noui Testamenti, in hac figura

sequenti depictam ac propositam
habes.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EM AVM EVNT.

FIGVRA

1. Aaron cum suo tempora/
li sacerdotio, in Leuitico.
2. Aaron summus sacerdos
in Lege.
3. Aaron docet Legem per
Mosen datam, quæ nos ac-
cusat, & iram operatur, Ioan-
nis v. Romano. iij.
4. Aaronis doctrina erat li-
tera in tabulis lapideis, scri-
pta digito Dei.
5. Aaron orat pro populo.
6. Aaron portat peccata po-
puli. Lib. iiij. Mosi.
7. Aaron offerebat pecudes
cū sanguine alieno pro pec-
catis populi.
Sacrificiorum quinqꝫ erat
genera in Lege.
1. Holocaustum, totum ig-
ne consumebatur. Le. i:
2. Oblatio sacrificij: Leui-
tici secundo
3. Hostia pacificorum: Leui-
tici tertio.
4. Hostia pro peccato: Leui-
tici quarto.
5. Hostia pro delicto: Leui-
tici vi. & viij.

VERITAS.

1. Christus cum æterno suo sacer-
dotio, in epistola ad Hebr. tota.
2. Christus summus Sacerdos in e-
ternum. epistola Hebre. tota.
3. Christus docet Euangelium, excu-
sat & patrocinatur Christianis ad
ferens meram gratiam. Ioann. i.
4. Doctrina Christi est Spus &
uita, Fides Christiana, in tabulis
carni eis cordis scripta per S. San-
ctum. Ioan. vi. Iere. xxxi. ij. Cor. iij.
5. Christus est mediator noster &
aduocatus, intercedit pro nobis.
Roma. viij. i. Timo. ij.
6. Christus est agnus Dei, qui por-
tat peccata mundi, eaqꝫ dependit
Ioann. i.
7. Christus obtulit se ipsum pro
peccatis mundi, proprio sangui-
ne profuso. Hebreorum nono.
Omnes hostie in Christo imple-
tae sunt.
- Christus est uera holocausto
ma nostrum. Ardet igne amoris
erga nos ardētissimi, donas se no-
bis totū, ut hoīem totum libertē.
- Isychius intelligit per oblationē
Sacrificij humanitatem Christi.
Hieronymus qꝫ Chr̄stum in-
telligit, qui panis uite est. Ioa. vi.
- Christus est uera nostra hostia
pacificorū: Ro. v. ij. Cor. v. Per
filii mortē deo reconciliati sumus.
Col. i. Pacificatis per sanguinem
crucis eius, per eundem dicitur.
- Christus est uera nostra hostia
ppctō et delicto. ij. Cor. v. Ro. 5
- Propctō posuit aīam suā: Polu-
it Dñs in eo iniquitatē oīm no-
stroꝫ. Esaiæ lij.

FIGVRA

Pecudum sanguis effunde
batur in lege ad purificationē,
Hebræorum nono, Leuitici
nono.

Summus sacerdos semel sin
gulis annis ingrediebatur dun
taxat in sanctum sanctorum si
ue secundum Tabernaculum.
Levi. decimo sexto. Exo. xxx.
per alienum sanguinem, quo
tamē neminem corde purum
aciustum reddebat.

Aaronis hostias purissi
mas, exquisitas & perfectas es
se oportebat, sine macula & ui
tio ullo.

Huiusmodi hostiae, uictimæ, ac profusiones sanguinis pecunii in Le
galibus sacrificijs significabant preciosissimam & incomparabilem mor victimarum
tem Messiae, quod in forma, natura & conditione humana, ad expianda ratio
peccata nostra, semel uoluerit occidi & offerri.

Hic diligenter & probe obseruandum erit. Primo, quia legis hostiae
ac sacrificia cum suo sanguine, nullum peccatum uere potuerint expiare,
aut auferre, nec Deo quenquam reconciliare. Figuræ duntaxat erant a
Deo ad hoc ordinatae & institutæ, ut significarent unicum illud & uerū
Sacrificium siue hostiam & reconciliationem noui Testamenti, uidelicet
Christum in Cruce, per cuius solius hostiam peccatum uere & plene expi
atum, mundatum, ablutum, & uera & τωλυτικωσ parta.

Secundo. Quod si per solam Christi mortem dūtaxat peccata uere ex
piantur & delentur, Ergo mors uere per eam tota uincetur & extinguet,
quia mors est autoramentum peccati. Vbi autem peccatum nullum est, i
bi nec mors dominari potest.

Tertio. Sequitur & hoc firma & illabefactabilis consequentia, quod
Christiani credentes, pro quibus haec hostia efficax est, certo a peccatis
liberentur, & quod hinc etiam, ut maxime moriantur corpore, tamen
ad uitam reddituri sint. Sacerdotes Legis defungebantur uita omnes

VERITAS.

Solus sanguis Christi Iesu filij
Dei, quem effudit in cruce, emundat
nos ab omni peccato. i. Ioannis i.
Hebræorum nono.

At Christus pontifex futurorum
bonorum semel ingressus est non in
tabernaculum manufactum, sed in i
psum coelum in conspectum dei per
propriū sanguinem, quo nos reconci
liauit, mundauit, & æternam redē
ptionem reperit, Hebræ. ix.

Christus inter filios hominum so
lus nullam maculam, uictum aut ne
uum habuit, conceptus a S. Sancto,
natus ex uirgine illibata Maria, Isa
iae quinquagesimotertio.

DE CONC. CHR I. AD DISC. EM AVM EVNT.

ordine sese consequentes, nec se ipsos neque alios a peccatis & a mortali berare poterant. Christus uero nullum successorem habet, quia ipse u dem perpetuo & in æternum manet sacerdos æterni & ἀπόγεντος sacerdoti, per quod & uult & potest æternum saluare, & peperit nobis gernam redemptions, Hebræ. vii. & ix. Quocirca omnes etiam æternæ uitæ consortes fieri oportet, qui eius sunt, hoc est, qui in eum credunt. Non est Deus mortuorum sed uiuorum, Matthæi xxiiij. Ergo necesse est eos certo resurgere a morte per Christum. Si uero nos per eum a morte resu scitari debemus, & uita æterna potiri, necesse fuit ipsum ante a morte resurgere, & DOMINVM uitæ esse. Sicut & Esaias ait: Si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semen & longum æuum. Hic docet pro pheta, quod Christus post impletionem sacrificij sui in cruce factam, in æ ternum cum Ecclesia sit uicturus & regnaturus, nec moriturus ut alij sa cerdotes, reges & domini.

An non summa uoluptate animum pium affici necesse est, cum uidet & consyderat quam luculenter, quam euidenter, quam apposite sub umbra figurarum mors & resurrectio Christi & Christifidelium hic signifi centur & proponantur, & per quod medium Deo uisum fuerit capum mundum redimere, & eum sibi ipsi per filium suum unigenitum Meliss am reconciliare. ij. Corin. v.

In Numeris, hoc est, quarto libro Mosi, legimus qd Moses in uasto de ferto æneum serpentem ex mandato Dei erexerit, quem aspicientes filii Is rael, lætali uulnere ab ignitis serpentibus percussi, pristinæ sanitati restitu ebantur, nec ex ueneno aut uulnere fixi moriebantur. Sic filium hominis (Ioannis tertio, teste ipso Christo) exaltari oportuit, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed uitam æternam habeat. In hoc typico Serpentis Crux & salutifera mors Christi una cum fructu & usu mortis eius, uidelicet, redemptio a morte per pulchre & significanter præfigurata est.

ANNA.

Per hanc quoque figuram Cleophas & comes eius facile intellexi sent & coniecissent Melissam ante moriturum, dein resurrectum in uitâ æternam.

VRBANVS.

Si consilium hoc DEI, & prædestinatum ministerium atq; officium hoc Christi sciuisserint, tanto moerore affecti non fuissent, nec de Meliss dubitantes atque offensi uacillasset. Multo uero apertiores atque luculentiores prophecias & promissiones de CHRISTO in prophetis habuerunt, e quibus apertius atque certius mortem & resurrectionem Christi cognoscere potuerunt.

ANNA.

Rogo

Rogo reliquias in Mose de CHRISTO propheta recenseras atq^z
enares.

VRBANVS.

D. Petrus in Actis capite tertio adducit memorabilem & insignem de Christo propheciam, ex cap. xviiij Deuteron. ubi sic loquitur Moses ad populum: PROPHETAM DE GENTE TVA & DE FRATRI BVS TVIS, SICVT ME, SVSCITABIT TIBI DOMINVS Deus tuus, IPSVM audies. QVI AVTEM VERBA eius, quæ loqueretur in NOMINE MEO audire noluerit, EGO VLTOR EX ISTAM.

In hac prophecia Christum prophetam illum esse, cuius hic Moses minister, perspicuum & certum est, cum spiritus sanctus ipse per os D. Petri eam Christo accommodarit. Et Ioann. vi. turba cibo refecta dicit de hoc eximio & excellenti propheta. In quo loco Graece sic legitur: ὁ τός οὐρανὸς ἀπεφύγει ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον. quæ uerba hunc sensum redunt: Hic uere & extra omnem controversiam ille ipse propheta est, qui in mundum uenturus erat, iuxta uaticinia prophetarum. Item Luce vij. Magnus ille propheta inter nos surrexit, & deus uisitauit plebem suam. Estq^z notandum hic, Primo, q^z Christus uerus homo futurus, atq^z ideo etiam moriturus esset. Hinc dicit: Prophetam sicut me, ex fratribus uestris. Secundo, q^z Christus etiam futurus Doctor, & Deipatris uerbū, uerbum illud salutis, sacrosanctum & saluificum Euangelium mundo alaturus esset. Hic audis spiritualem regni Christi mentionem fieri.

Tertio. Quod qui id uerbum salutis audire deditur, nec ei crede refusinet, q^z is sit iudicium & iram Dei in se deriuatus, quodq^z eum Deus propter in credulitatem cum indignatione uisitatur, horrendo, que supplicio affecturus sit. Testatur hoc & Paulus secundæ Thessalonicenſium primo, his uerbis: Cum reuelabitur DOMINVS IESVS de celo cum angelis potentiae suæ, cum incendio flammæ, qui infligit ultionem his qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu Christi, qui poenam luent interitum æternum a facie Domini, & a gloria fortitudinis illius cum uenerit, ut glorificetur etorum tercio, ubi hanc propheciam adducit, post recitata uerba prophecie, annexit & adjicit hæc uerba: FVTVRM EST VT OMNIS ANIMA, QVAB NON AVDIERIT PROPHETAM ILLVM, EXTERMINET VR E POPVLO DEI. Latina uerbio in Deuteronomio dicit, Deum ultorem futurum, si quis eius prophetæ uerba audire recusauerit. Ex quibus uerbis futurum iudicium intelligimus. Ex quibus omnibus sequitur, q^z Christus non in morte manere, sed ad uitam redire debuerit,

DE CONC. CHRI. AD. DISC. EMA. EVNT.

ANNA.

Quid extat de Christo in alijs Prophetis in Samuele, Davide, Iesaiâ,
Ieremia, Ezechiele &c?

VRBANVS.

Quantum de Christo nos scire opus est, de eo satis multa uaticinantur,
uidelicet,

De genealogia seu stirpe Christi secundum Carnem;

De Ciuitate in qua nasci debebat.

De illibata uirgine, benedicta matre eius, Maria.

De modo atq; circumstantijs conceptionis & nativitatis eius.

Denomine quod ei indi debebat.

De priore eius & paupere in mundum aduentu, deq; conditione atq;
uita humili, atq; ab omni ostentationis specie alienissima, & quo
tempore is aduentus futurus esset.

De duplice eius nativitate, Altera æterna a patre, deq; uera eius diuini

Defuga eius in Aegyptum.

Rex

Sacerdos & Doctor.

Reconciliator & Mediator.

Pastor.

Redemptor & liberator.

Judex mundi.

De miraculis ipsius

De probrofa & contumeliosa, nobis uero salutari morte ipsius

De descensu ipsius ad inferos.

De gloriola eius resurrectione, deque causis & in numeris indicibili
busq; & infinitis fructibus passionis & resurrectionis eius, uidelicet

Demirabilis uictoria qua superauit prostravitq; peccatum, mortem & inferos.

De gloria, ascensu in caelos, & eterno regno ipsius, quale id sit, quo

De altero posteriore & glorio aduentu ipsius in extremo die. (regnet

ANNA.

Multi sane sunt articuli, ut audio, de Christo in prophetis. Sed quoque
te omnesne existimas Christum explicasse discipulis istis, in eo itinere, ab
Hierosolymis ad Emaum usq;: quod oppidum stadijs sexaginta tantu

VRBANVS.

Ego existimo præcipue ea uaticinia Christum adduxisse, quæ extant
in prophetis, de sua passione, morte, resurrectione & gloria, quia in his
maxime offendebatur, uidelicet in passione eius, putabantq; nihil ampli
us necq; consilij necq; auxilij, nullam spem superesse Israeli in illo, aut per

sona illius, cum cruci affixus mortem obijsset. Eamque ob rem tantopere
angebantur animo. Causa moesticiæ atq; anxietatis erat, q; nesciebat nec
credebant Messiam prius ignominiosam et contumeliosam mortem pa-
surum, ac deinde resurrectum, perq; eam uiam in gloriam ingressurum,
mundicq; redemptorem & Dominum futurum, id quod & ante dixi.

Mox autem ubi uaticinia de passione & resurrectione ipsius audierūt,
atq; ubi eam fuisse uoluntatem ordinationemq; Dei, per prophetas mul-
to ante tempore prædictam, ut Messias per mortem mortis & uitæ Domi-
nus fieret, intellexerunt, nullam iam tristitia animum discriudi causam
habebant, atq; ideo corda eorum repleta sunt gaudio & spe, ita ut idip-
sum gaudium non in sinu fouere potuerint, sed alijs etiam discipulis, qui
Hierosolymis erant, communicauerunt.

ANNA.

Deo sit in æternum gloria. Certe nullum potest aliud, nullum solidū
uerumq; esse gaudium, nisi mors & resurrection Christi nobis probe cog-
nita & perspecta fuerit. Quæ si creduntur, si animo penitus insiguntur
per fidem, omnes nebulas ac caliginem tristiciæ euangelice atq; dispelli,
& in Domino cor immensa & infinita læticia exundare necesse est.

Etsi autem fortassis Christus eas duntaxat prophecias explicauit, quæ
passionis & resurrectionis meminere, tamen admodum gestit animus au-
dire, quæ præterea Scriptura de eo prædixit, paulo ante a te breuiter in ca-
logium & certos articulos redacta, ut eo certiore ac firmiore Christi co-
gnitione imbuar.

VRBANVS.

Non grauabor cōmemorare & breuiter explicare oīa, eo minus desy-
derare quippiam de Christi tum habita concione poterimus. Idq; facio eo
etiam libentius & studiosius, q; Lucas dicit Christum initio factō a Mo-
se & prophetis in omnibus Scripturis interpretatum esse quæ de ipso scri-
pta erant. Si omnem Scripturam est interpretatus, necesse est eam conci-
onem bene longam fuisse. Ideoque & nobis in ijs explicandis plusculum
temporis insumendum est.

DE STIRPE VEL GENEALOGIA
CHRISTI.

ANNA.

Quidigitur est in Scripturis de stirpe Christi?

VRBANVS.

Supra audisti uenturum eum ex semine Abraæ, & prophecia ex xvij.
capite Deuteronomij significat eum e Iudæis oriturum, quibus hæc pro-
missio facta est. Nec contemnenda, imo summa & eximia prærogatiua
hæc fuit, attestante Paulo Romanorum nono: Israelitarum est adoptio &
d

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT:

gloria & testamenta & legis constitutio & cultus & promissiones & patres, & hi ex quibus est Christus, quantum attinet ad carnem, qui est in omnibus Deus laudandus in secula.

Post aliquot tempora iterum Deus per prophetam Nathan Dauid promisit, e semine Dauidico Messiam uenturum, ij. Regum viij. ubi sic ait, CVM COMPLETI FVERINT dies tui, & DORMIE RIS CVMPATRIBUS TVIS, SVS Ctabo SEMEN TVUM POST TE, QVODEGR Edietur DE VTERO TVO, & FIRMabo REGnum EIVS. IPSE AEDIFICabit DOMUM NOMIni MEO, & STAbilam THRONum REGNI Elias VSq; IN SEMPITERnum. EGO ERO EI IN PATrem, & IPSE ERIT MIHI INFILIVM. ITEM psal. cxxxi. IVRAVIT DOMInus DAVID VERItatem, ET NON FRVSTR ABItur EVM, DE FRVctu VENTris TVI PONAM SVPER SEDEM TVAM. Eadem promissio extat & Psal. lxxxix. Ideoq; Matthæus cap. i. Christum uocat filium David filij Abraam. Hic uides Christum e tribu Iuda fuisse. Ac Matthæus recenset aliquot patres seu maiores Iesu Christi, ab Abraā ad Iosephusq; maritū Marię, qui de domo & familia Dauidis erat, Luce ij. ut uideamus q; promissis suis steterit Deus, quantacq; fide præstiterit Abrae & Dauidi id quod promiserat, misso scilicet semine hoc Christo.

ANNA,

Non me fugit Matthæum Christi maiorum catalogum facere ad Iosephum usq; uerum cum Christus non Iosephi filius sit, sed Marie interrete ac perpetue uirginis, citra ullius uiri semen, per operationem & uitrum solius Spiritus sancti, non naturali & uulgari alijscq; hominib. communi conceptionis more, uti claris & disertis uerbis textus docet, EX QVA GENITVS FVIT IESVS. Ex qua dicit non ex quo, ideoq; nondum capio quomodo Christus e stirpe aut familia Abrae & Dauidis propageſ. Quid enim genus aut familia Iosephi ad Christum? cū Ioseph Christi pater non sit. Quod si S. Matthæus patres aut maiores Mariæ ab Abraam, usq; ad Mariam produxisset, tum liquidum & aperatum uideretur, promissionem hanc impletam esse. Pro infirmitate mei iudicij existimo nihil dubitatiois, nihil perplexitatis nec obscuritatis relictū fuisse, si S. Matthæus probasset et indicasset, Mariam Dauidis filiam fuisse, aut e familia Dauidis ortam. Hec nō eo a me dicta accipi uelim, q; de Euangelij ueritate quicq; ambigam ac hec item, sed cum credam uerisima esse omnia quæ sacris literis continentur, cumq; mihi Deo is honos tribuendus sit, ut illius uerbum credam esse, (uti et est) ipſissimam ueritatem & certitudinem solidissimam, ac firmissimum fundamentum, quod subuerti nunq; possit, non temeritate aliqua, sed pio discendi studio ad corroboran-

corroborandam fidem meam certi aliquid & solidi firmamenti ac probationis e diuinis literis audire de hacre admodum cupio.

VRBANVS.

Cum Matthæus dicat Iosepho virginem & matrem Christi Mariam desponsam esse, non opus fuit catalogum foeminarum, aut genealogiam Mariæ recensere, sed sat habuit genealogiam Iosephi cōmemorasse, quia tum per se manifestum & certum est, Mariā e tribu Dauid, atq; ita Christum filium Davidis esse. Nam, teste Hieronymo, genealogias foemina texere scriptura non solet. Sic autem se res habet, Ioseph & Maria ex eadem sunt tribu Iuda. Duxit autem Ioseph Mariam cognatam in uxorem iuxta legem Domini quæ extat Num. xxxvi. Verba legis hęc sunt. Nubant quibus uolunt, tantum ut suę tribus hominibus, ne commisceatur possessor filiorum Israel, de tribu in tribum. Omnes uiri ducent uxorem de tribu & cognitione sua, & cunctæ foeminae de eadem tribu maritos accipient, ut hæreditas permaneat in familijs, nec sibi permisceantur in tribus, sed ita maneat ut a Domino separatae sunt.

Cum itaq; Maria Iosepho despensa fuerit, liquet ex hac lege, Iosephū & Mariam ex eadem tribu & cognitione fuisse. Necq; enim alteri cuiquam tib; cognato aut eiusdem tribus ac cognitionis uiro nubere potuit. Si itaq; Ioseph e tribu Iuda ac Davidis est, est & Maria ex eadem tribu. Ideoq; S. Matthæus genealogiam Christi sic texit ut a Zorubabel & Abiud deueniat usq; ad Iosephum Mariæ maritum, & iuxta legem Mosi mox citatam, recte & probe eam genealogiam recensuit. Lucas uero genealogiam hanc ducit a Zorobabel per Resa, Iohanna, Iuda, Ioseth, Semei, ad Heli usq; & Ioakim, qui pater erat benedictę Dei matris Mariæ. Estq; et hæc genealogia rite ac bene contexta.

Audisti paulo ante prophetiam ex Esaia cap. xi. Egressietur uirga de radice Iesse & flos de radice eius ascendet, & requiescat super eum spiritus Domini. Hic uaticinatur propheta Christum oriturum ex tribu Davidis. Iesse enī siue Ischai (ut Hebræis sonat) Davidis pater fuit. i. Regum xvi. Hæc omnia sunt impleta. Hinc archangelus Gabriel, Luce primo, post salutationem ad Mariam factam, dixit, Deus dabit illi (hoc est, Iesu Christo) sedem patris sui Davidis. Et Paulus Rom. primo, dicit Christum secundum carnem ex semine David genitum. Item ij. Timo. ij. Memento Iesum Christum resurrexisse ex mortuis, ex semine David, secundum Evangelium meum. Idem confitetur mulier illa Cananæa Matthæi xv. clausa. Domine fili David miserere mei. Item, Matthæi xx. duo illi cæcilientes iuxta viam, cum audissent quod Iesus transiret, clamauerunt dicentes, Domine miserere nostri filii David. Itidem cap. xxi, die Palmarum turbæ clamabant dicentes, Hosanna Filio David, benedictus qui uenit in nomine Dñi. Et cap. xxij, dicunt pharisei Christū esse Davidis filium.

DE CON C. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT

ANNA.

De articulo hoc satis factum mihi est, laus Deo, ut nihil desiderem am plius. Nunc quæso ut adducas loca quæ extant de ciuitate ea in qua in mu dum hunc nasci Dominus & Seruator noster uoluit,

DE CIVITATE IN QVA MESSIAS
NASCI DEBVIT.

VRBANVS.

Propheta Micheas nominat eam ciuitatem, in ea prophetia de Christo, que extat cap. quinto: Et tu Bethlehem Ephratha parvulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio adiebus æternitatis.

Hic audis primo q̄ Bethlehem in Iuda esse debuerit natalis locus Christi, quemadmodum & Scribæ Hierosolymis regi Herodi ex hoc citato cap. quinto eundem locum patriam Christi futurum indicant, Matt. ii.

Hæc prophetia impleta est xlj. anno Imperij Cæsaris Romani Augusti Octavianī, decreto edito in publicum, tempore Cyrenij Præsidis Syriae, ut censeretur totus orbis. Eo tempore, cum census ageretur, quisq; se conferebat in suam ciuitatem. Ioseph itaq;, cum esset de domo & familia Dauid & Iuda, ascendit a Galilea de ciuitate Nazareth in Iudæam in ciuitatem Dauid quæ uocatur Bethlehem, cum Maria desponsa sibi uxore, ut profiteretur, & obedientiam magistratui debitam præstaret. Accidit autem, ex ordinatione & prouidēria diuina, ut eo ipso tempore quo erant ibi, dies pariendi completerentur, & peperit filium suum primogenitum, uerum regem & Dominum Israëlis. Cuius nativitatis historiam prosequitur Lucas cap. iij.

ANNA.

Matthæus Michæ prophetiam inducit capite ij. Sed ubi Micheas habet: parvulus es in millibus Iuda: uel, minima es ut sis in millibus Iuda, Matthæus habet: Nequaq; es minima. &c. Quomodo hæ diuersæ lectiones conciliandæ sunt?

VRBANVS.

Propheta Micheas loquitur de Bethlehem qualis tum erat. Erat autē tum humilis & nulla specie, contempta, & per exigua, collata ad alias magnificas ac populosas urbes in Iuda, ut Hierosolymam. &c. Siquidem eo tempore Bethlehem comparata ad Hierusalem & Samariam, tantum inter se distabant, quantum hoc tempore Fridebergum ad Auspurgum, seu Augustam Vindelicorum, aut Vuinsen ad Luneburgum collata. Mattheus uero loquitur de Bethlehem qualis tum erat, iam prophætia impleta, & Christo nato iam & manifestato. Ideoq; eam nunc prædicat et alijs pre fert. Siquidem si mœnia tantum & pomœria atq; ambitū oppiduli huius Bethlehem

Bethlehē respexisses, uiculus humilis atq; contēptibilis fuisset ad alias magnas ac frequentes ciuitates eius regionis. Verū si respexeris & pro rei magnitudine estimaueris, quo eam honore dignatus sit deus, hoc ipso, quod Messias ille totius mundi unicus Saluator in ea nasci se uoluit, iam profecto non minima iudicanda et reputanda est, sed inter omnes totius huius uastissimi orbis ciuitates primam merito laudem ac nomen clarissimum obtinet, & summo inter alias & illustrissimo loco penenda, summoq; honore, summis preconijs & magnificentissimis elogijs celebranda & uehen da est, propter admirādā & stupendā atq; sanctissimā augustissimā cypriatiuitatem nobilissimi & generosissimi filij Dei Iesu Christi, unde id oppidulum summam & maximam nobilitatem, infinitam gloriam, immensum honorem, & nomen illustrissimum atq; clarissimum sortitum atq; adeptum est. Quid quoq; sunt mīcēnia quantumuis ardua ac turrīta, quid muri uel firmissimi, quid ambitus uel capacissimus & spacioſissimus, quid frequentia, quid magnificētia, quid splendor & ornatus aēdificiorum ac structurarum ullius ciuitatis, ad unam hanc gloriam, ad unum hoc priuilegium, ad unam hanc prærogatiuam Bethleemitici opidi, quod patria seu natalis locus maximi, summi, & omnipotentis DOMINI nostri Messiae secundum carnem seu humanitatem fuit? Atq; ob id Matthæus afflatu Spiritus sancti alij̄s eam præferens merito, ait: Tu Bethlehem in Iudæa, non minima es in principib; Iuda.

Sic, teste Hieronymo, & septuaginta hunc locum legunt, Et tu Bethlehē, domus Ephrathah, Nequaquam minima es ut inter millia Iuda sis! Chaldaicus textus sīchabet. Tu Bethlehē Ephratha aliquantulo & paulo minor fuisti, quam ut inter millia domus Iuda potueris recensi.

Fuit aurem Bethlehem paruulum oppidum in tribu Iuda, Quondam dicebatur Ephrathah, ut patet ex Gene. cap. xxxv. Sed si textum seu ueritatem Hebraicam diligenter & penitus expendere uoluerimus, meo iudicio, propheta Micheas cum Euangelista Matthæo in sensu plane & per omnia conueniet, nec uilla discordia aut pugnantia inter eos erit reliqua. Hieronymus hebræam uocem Zogir reddidit, paruulus es, sed prophetæ uerba hæc, Zogir liheioth, sic quoq; reddi possunt, paruuū, exiguum, minutum aut minimū est, ut sis inter millia Iuda. Estq; hic genuinus ac germanus horum uerborum sensus. Tu Bethlehem Ephratha longe & in infinitum maior, præstantior, excellentior, & dignior es quam ut recensi & connumerari debeas inter millia aut principes Iudah. Hic honor multo minor & uilior est quam ut eo affici debeas, aut ut dignitati tuae respondeat, dignitate & præstantia multo maior es quam ut hoc ipso satis prædicari ac celebrari possis, omnia elogia, omnia præconia & encomia inferiora sunt eximijs laudibus tuis. Si sic uerba prophetæ acceperis, videbis Euangelistam id ipsum dicere, quod propheta proprijs sensit ac uoluit!

DE CONC. CHR I. AD DISC. EM AVM EVNT.

Nam quod ad sensum attinet idem ualent hec duæ orationes, Nequaquam minima es inter principes Iuda, Et, Minimum est, uel perexiguum est q̄ inter uulgares principes aut millia Iuda es. Causa mox subsequitur. Exte enim proditurus est Messias & c. Hæc autem non contemnenda, sed longe omnium maxima gloria & summushonor eius oppiduli fuit, ut merito omnibus alijs longe anteponi possit.

Quod autē propheta dicit, in millibus Iuda, sic intelligi debet. Moses Exodi xvij. legem fert ac ordinat ut mille uiris præficiatur unus Tribus uel princeps: in centurias enim & chiliades distinctus erat populus. Est itaq̄ prophetæ sententia. Tu Bethlehem Ephratha quæ uix milie uros, quæ uix chiliadem unam habes (parua enim erat nec frequens aut populosa) nihilo secius tamen quantulacunq; sis, dabis & produces nobis principem aut Dominum, qui regat totum Israel. In te enim nascitur. &c.

Observandum præterea in hac prophetia, q̄ per hunc Moschel uel Principem, nullus aliis intelligi queat, quam Christus, uel Messias ille promissus, de quo etiam hic locus a Iudeis semper intellectus est. Nam Matthæi secundo, cum Herodes scribas serio percontaretur, quis futurus esset Christi natalis locus, ex hac prophetia responderunt illi, in Bethlehem Iudææ, eam q̄ prophetiam testimonij loco adiecerunt. Vbi uero Hebreæ lingua habet Moschel, hoc est, Dominus aut princeps, ibi Thar gum habet Meschiah, hoc est Christus. Et Rabbi Salomo sic interpretatur, Ex te prodibit mihi Messiah, filius Dauidis. Quanquam autem pio satis ac plus satis esse debet, q̄ Euangelista prophetiam hanc Christo tribuit & accommodat, ut amplius nihil desiderari possit, nec pluribus testimonij sit opus, tamen tanquam parergon, et tanquam congiarium, ne quicquam desiderari possit, addendum hoc duxi, q̄ ipsi etiam Iudei de uero Messia, quo alius præter Iesum Christum nullus est, hunc locum intellexerint.

Quod autem propheta dicit, quod hic Moschel uerus sit futurus gubernator Israëlis, eo significat hunc principem non Feudatarium aut Vasallum, ut uocant, sed uerum & summum Dominum ac principem Israëlis futurum, cuius uasalli imo ministri alijs principes omnes fuerint, Saul, Dauid, Salomon, Roboam & c. Moschel enim propriæ Hebreæ significat monarcham & summum ac potentissimum principem, cuius solius sunt omnia, qui Dominum supra se non agnoscit, sed alios omnes libi subiectos habet.

Postremo loco indicat quantus princeps & Dominus sit, eo quod dicit: Egressus eius ab initio a diebus æternitatis: Per quæ uerba Ecclesia semper intellexit incomprehensibilem, & imperscrutabilem Christi ab æterno nativitatem, e corde patris ipsius coelestis. Meminit enim Scriptura

Christi dup
plex Natiui
tas.

ptura duplicitis nativitatis Christi, cuius altera temporalis, uidelicet ea, cum iuxta humanam naturam, tempore praefinito, in civitate Bethlehem ex Maria uirgine uerus homo natus est. Altera æterna iuxta diuinam suam naturam, sine tempore, sine initio, ab æternitate. Vtrancq; autem nativitatem Christi propheta hic attingit, & ueram eius diuinitatem probat his postremis uerbis: Egressus eius &c. quasi diceret: Vide & audi o Bethlehem qualem Dominum sis editurus. In te quidem uerus homo nascetur, sed ea nativitas non est principium & primordium eius, quia ante etiam semper ab initio & a condito mundo fuit, imo antequam iacerentur fundamenta mundi ab æterno fuit. Hinc certe consequitur q; uerus & naturalis Deus sit. Nulla enim creatura æterna est, sed in tempore condita, suumq; initium habet, ante quod prius nihil fuit. Item, si egressus eius ab initio est, rectissime & uerissime hic etiam intelligitur id unde egreditur, uidelicet Deus Pater. Atq; ita luculentissime & pulchre time propheta indicat, q; hic princeps iuxta eam naturam in qua egreditur ab eterno, unicus uerus, naturalis Deus, Dei filius sit, qui non coepit esse una cum tempore, siue tum cum tempus in initium haberet, aut cum mūdo, cum mūdus conderetur, sed qui sit, (ueluti Paulus ait Colos. primo) image Dei in conspicui, primogenitus uniuersæ creature, q; per illum creatæ sint omnia quæ in coelis sunt & quæ in terra sunt uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes siue principatus siue potestates. Omnia per illum & in illum creatæ sunt, & ipse est ante omnia, & omnia per illum consistunt. Item Ioan, cap. i. inquit: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deū, & Deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt. Et uerbum caro factum est, hoc est, uerus homo natus est, Hebraea enim uox Basar in sacris literis significat totum fœtum hominem tum corpore tum anima.

Item Christus Ioannis octauo, ait ad Iudeos: Amen amen dico uobis, antequam Abraam nasceretur, ego sum. Hic nota quod non dixerit, Ego eram, sed ego sum, qua orationis forma æternam & diuinam naturam suam indicare uoluit. Siquidem conditio creaturæ cuiusvis sic se habet, ut in tempore aliquo condatur, ut initium habeat, ut temporis aliquo termino mensuretur & circumscribatur. Fuit tempus quo eo creatura non erat, aut quo condita nondum erat. Fuit tempus, quo condita fuit, ut Abraam non fuit temporibus Noë, sed fuit temporibus Melchizedek.

Longe aut̄ se res aliter habet cū Deo. Diuinitas immensurabilis, infinita & eterna est: non potest in & a tempore quod abit, preterit, profluit & nunq; consistit, comprehendi & contineri. Non habet prius aut posterius, nō præteritum aut futurum, uti creatura habet. Ob id CHRISTVS

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT:

loquitur de hac sua diuina æterna natura uno uerbo aut uocula præsen-
tis temporis, dicens: Ego sum, semper enim est Aeternitas, neq; prius no-
q; posterius, neq; initium neq; finem habet.

Eronei & increduli Iudæi putabant & iudicabant eum hominem
duntaxat esse talem, qualis Abraam aut Esaias fuit, nec sustinebant myste-
ria sermonis Christi audire, aut fidem ihs habere. Somniabant fieri non
posse ut uidisset Abraam, eo q; duo annorum millia ac longius etiam
inter uallum intercessisset inter Abraam & Christum in mundum na-
tum. Nec sciebant aut intelligebant scripturas docentes & prædicentes q;
Messias nō tantum ex Bethlehem proditurus esset in tempore, sed q; et e-
gressus eius esset ab initio & æternitate. Id quod & Paulus Heb. xiiij. testa-
tur, dicens: Iesus Christus heri & hodie, & idem est etiam in secula.

Si itaq; prophetiam hanc accurate inspexeris, inuenies in ea tum mor-
tem tum resurrectionem Christi, quam ideo fieri necesse est, ut in genū
& spiritualiter regnet: Nam cum in Bethlehem uerus & naturalis homo
nasci debuerit e tribu seu familia Dauid, non mirum erat si etiam mor-
tur ut Dauid & Salomon. Quid enim miri est si naturalis homo moritur?
Certe uita corporalis aut uitalis æterna esse aut perpetuo durare non po-
test. Verum cum etiam nihilo minus uerus & summus Dominus Israelis
esse debeat, non potest mortis iuri subdi, aut a morte uinci & detineri, sed
necesse est eum a morte rediuiuum in æternum uiuere. Ideoq; mortalem
uitam per temporalem mortem cogitur relinquere & deponere. Quomo-
do em potest mortalem naturam ad immortalitatem subuehere, nisi depo-
sita ante mortalitate, id quod fit per corporalem mortem? Atq; ita corpo-
ralem, corruptibilem & caducam hanc uitam in spiritualem, inuisibilem,
immortalem & incurruptibilem cōmitare eum oportuit, ut posset uetus
& eternus Dominus omnium Israelitarum esse, tam eorum qui iam fue-
rāt, quam qui tum fuerunt & in posterum unquam futuri erant, utq; ue-
rum & æternum spirituale regnum, quod non iuxta mundanum morem
administratur, nec temporalibus huius mundi rebus cōstat, auspicatur.
Ideoq; dicit Ioan. xiij. Amen amen dico uobis, nisi granum frumenti de-
iectum in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. Si uero mortuum
fuerit, fructum multum ad fert.

A N N A.

Bone Deus quam plena summe consolationis & suavitatis, quam ad
mirandis diuinæ maiestatis consilijs, quantis mysterijs referta est Scriptu-
ra, quanta quam inenarrabilis sapientia ac scientia in ea recondita iacet,
licet mundi oculis abscondita & ignota. Quam uere dixit Dauid Psalmo
centesimo xix. Quam dulcia saucibus meis eloquia tua super mel ori meo.
A mandatis tuis intellexi, propterea odiui omnem uiam iniquitatis.
Lucerna pedibus meis uerbum tuum & lumen semiq;is meis. Quantus q;
eniz

entiae ac sapientiae thesaurus, q̄ preciosa æternæ salutis κειμήλια in uerbo
Dei reconduntur, quanta q̄ inexhausta & omnem humanū captum supe
rante cognitione & intelligentia scatet, quantam q̄ solidā, q̄ præsentem, q̄
plena cōsolationē inde haurire mēs pia potest? Si duo isti discipuli perso-
nam Christi ad hunc modū ex hac prophetia Micheg cognouissent, nō of-
fensi fuissent cruce Christi, sed intellexissent & se hoc consolati fuissent, q̄
ex prouidentia & ordinatione diuina omnia hæc sic fieri oporteret, & q̄
Crux Christi Christianorum gloria & uictoria esset. Sed quia de Patria
audiui, perge, et de matre Christi testimonia profer.

DE VIRGINE MARIA MATER CHRISTI,
ET DE MODO CONCEPTIO-
NIS CHRISTI.

VRBANVS.

Spiritus sanctus de benedicta uirgine Maria, quomodo infantulum
Christū utero gestarit, per Prophetam Esiam cap. viij. uaticinatus est,
temporibus quinti decimi Regis Iuda Achas, aduersus quem duo reges,
Rezin rex Syriæ, & Pecah rex reliquarum decem tribuum in Israel, bella
gerentes, hoc animo & consilio ut Achas regem dignitate regia priuarēt,
& in locum eius alium substituerent, magna clade grauissimoq̄ damno
terram Iuda affecerunt. Quamuis autem infestissimi ipsi Achas immine-
rent, tamen Deus non passus est, ut Achas una cum tribu Iuda ab illis ho-
stibus quantumuis potentibus & crudelibus deleretur ob id, ut quæ rece-
pisset se Dauidi daturum, bona fide præstaret, uidelicet, ut ex cognitione
& familia ipsius, Messias nasceretur. Consolatur itaq̄ regem Achas in
hoc periculo, eiusq̄ fidem miraculo excitare & confirmare uolebat, ne sibi
ab hostibus suis metueret. Nam promiserat Deus se ipso opem laturum.
Sed Idololatra & Hypocrita erat Achas, nec signum auxilij diuini reci-
pere sustinuit. Ideoq̄ repudiat impium Regem Deus, sed nihilo secius ta-
men miraculum & signum edit domui Dauid, quod signum erat ueri
auxilij & redemptionis ab horribili eternaq̄ illa calamitate & miseria, qua
pressi sumus omnes, uidelicet æterna morte & damnatione Sathanq̄ ty-
rannide &c. Sic autem inquit. ECCE HA ALMAH uel VIR-
GO CONCIPIET & PARIET FILIVM & VOCA-
BIT VR NOMEN EIUS EMANVEL uel IMMANUEL.

In hac prophetia de Maria uirgine & filio eius Christo uaticinium est,
ut audis. Ac docet nos hic Spiritus sanctus, q̄ Messias non in more alio
& filiorum Adg, ex semine uiri, sed ex illibata & intemerata tñ uirgine na-
sci debuerit. Atcq̄ ideo natuitas eius non, uiri nostra, immunda, contami-
nata, peccatoq̄ infecta, sed sancta, munda & nulla peccati labe foedata est:
quia benedictum Abraæ illud Semen est, per quod solum, nec per ullum
aliud, nos miserrimi Adg filij in peccatis concepti & nati, ab omnibus pec-

DE CONC. CHRI. AD DISC. EM AVM EVNT.

catorum sordibus mundari, & benedici, sanctificari ac iustificari oportet.
Porro uerba prophetæ modum conceptionis plane luculenterque de-
pingunt, uidelicet, quod non ex semine virili conceptus sit, sed quod Maria per
solius Spiritus sancti uirtutem grauida facta sit. Nam partus hic uirginis
lis promittitur, ut insigne aliquod & eximium signum & miraculum, nec
ullius ibi patris fit mentio. Archangelus Gabriel, Luce primo, hanc pro-
phetiam dextre explicat. Is post salutationem ad Mariam dicit: Ecce conci-
pies in utero & paries filium & uocabis nomen eius Iesum. Is erit magnus
& filius altissimi uocabitur. Cum autem Maria haesitabunda interrogas-
set, Quomodo id fieri posset, quandoquidem uirum non cognoscet,
statim respondens Archangelus, aperiens ei singularem, nouum & su-
pernaturalem modum conceptionis eius, dixit ei: Spiritus sanctus superue-
niet in te & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod nascet
tur sanctum uocabitur filius Dei.

ANNA.

Hoc, Dei beneficio ac gratia, constanter credo, nec quicquam hesito, quin
ex pura & casta uirgine sit natus Christus, cum id ipse Spiritus sanctus
hic testetur. Et Matthæus cap. primo hunc locum Esaiæ ex cap. septimo
adducens, Hebraicam dictionem Haalmah, interpretatur uirginem.
Cui interpreti certe tuto credi potest ac debet. Verum cum perfidum &
obstinatum illud genus hominum Iudæi, Christi hostes, clamiterent Haal-
mah non significare uirginem sed adolescentulam aut puellam uiro iam
nuptam, cunctu uirginitatem Mariæ eleuent & commenticiam mentian-
tur, adeoque prophetam hanc alio torqueant quod ad Mariam, id quod refre-
rebat nobis Rabbi noster Antonius Margarita, cum etiamnum ageremus
Augustæ Vindelicorum, ideo uelim audire ex te quomodo Iudæi refu-
tandi & conuincendi sint ex ueteri Testamento. Nam noui Testamenti
autoritatem ac testimonia respuunt.

VRBANVS.

Iudæi utpote in imici ueritatis Euangelicæ, multa contra prophetiam
hanc obijciunt, sed nullo solido fundamento, nullis argumentis firmis nisi.
Vt autem sententiam prophetæ huius melius assequaris, ante tibi explic-
abo uoces aliquot & certis capitibus seu punctis, in quibus firmamen-
tum negoti pendet, rem expediam. Primo. Iudæis tria sunt uocabula
quæ puellas significant. Primum est Naerah, quæ uox significat pul-
lam siue illibata sit siue uiciata. Etymon enim huius uocule in genere signi-
ficit, adolescentiam, teste Rabbi Iizhak Nathan.

Alterum uocabulum est Bthulah, significatque uirginem intemeratam
pudicitiam, teste eodem Rabbi iam nominato. Tertium est Haalmah, eaque
uoce hoc loco propriissime & appositissime utitur de Maria Esaias.
Significat enim puellam uirginitatis illibatae, sed uiro maturam tamen &
nubilam.

nubilem ad pariendum aptam. Et dignum obseruatione est, q̄ hęc uox
nusq; in diuinis literis usurpetur pro puella quae virum cognouerit. Pre-
terea, quod æque et diligenter obseruandum est, Haalmah non simpliciter uirginem quamuis significat (quod D. Hieronymus annotauit) sed
absconditam & quasi conclusam uirginem, quam parentes diligentia & sol-
licita custodia obseruationeque domi continent & seruant. Id quod & e-
schore sch patet. Alam enim significat abscondere, tegere, ab oculis sub-
mouere. Atq; ita Maria Haalmah uocatur, non tantum ob id, quod uirgo
immaculata aut intemperate pudicitię fuit, sed q̄ uirgo parentum cura atq;
custodia diligenter asservata & optime pie et sancte educata & instituta
est. Nec propheta uocem aptiorem ac quadrantiorem hoc loco, usurpare
potuisset, q̄ hac Almah, quę propriissime in Mariam competit. Bihulah
enim uirginem significat indifferenter tam adolescentem q̄ adultam aut
proiectę iam ætatis, siue ad partum sit apta seu minus. Multę enim uirgi-
nes sexagenarię aut septuagenarię prouectiorisq; ætatis sunt, iamq; ad
partum ineptę. Sed Propheta talem uirginem describere & significare uo-
luit, que adolescentula, uiro iam matura, & secunda est.

Secundo. Iudei nullis rationib; nullis testimonij fulti sed mera rix-
andi libidine ac prefacta obstinatio, impudentia & malicia excæcati & ob-
durati nugantur ac mentiuntur, Haalmah adolescentulam significare iam
nuptiā uiro. Possunt em̄ conuinci & mendaciū argui ex ipsis ueteris Testa-
menti libris, in quibus Haalmah nusq; adolescentulā uiro usam sed uirginē
nondū Iacob desponsa esset, uocat Haalmah, quę certe tūnunq; uirg cog-
noverat & uirgo illibate pudicitię erat, id quod uerba textus & historiæ
manifestissime & irrefragabiliter probant & conuincunt. Eadem signifi-
catione usurpat haec uox Exodi cap. ij. de Miriam Mosis sorore. Item in
Psal. lxvij. Item in Canticis cap. i, alijsq; pluribus locis, quae prolixum sit
nec quicq; attinet hic recensere.

Sed obiectū aliud etiā, uidelicet q̄ hęc prophetia de filio Regis Achas
Hiskia scripta sit, eūq; in signū domui Dauid datum esse, quo scirent futu-
rum ut a regibus istis duobus Rezin & Pecah tandem liberarentur.

ANN.

Qui Euangelio credit, is obiectione hac nihil mouet. Sed cupio tamen
audire quomodo hęc eorum obiectio diluenda sit.

VRBANVS.

Textus quarti libri Regum cap. xvi, dilutionem huius obiectonis
nobis suppeditat. Ac uehementer demiror hic procacem impudentiam &
petulantiam Iudeorum, q̄ nihil uereantur, tanta tam palpabilia (ut sic di-
cam) tam manifesta mendacia proferre. Historiq; Scripturarę testantur cla-
ris & disertis uerbis regem Achas sedecim annos in Iudea regnasse, que-

DE CONC. CHRI. AD DISC. EM AVM EVNT.

Achias
Hiskia

tempore regni ipsius hæc prophæcia facta est Esaiæ septimo. Post regen-
tis Achias, regni gubernaculis est adnotus Hiskia regis Achas filius, qui co-
pit regnare anno ætatis suæ uigesimo quinto. Subducito nunc ipsarati-
onem, & inuenies hanc prophæciam non posse Hiskie applicari. Nam no-
uem iam annorum erat, cum Achas pater ipsius regnare coepit. Acq[ui]ta
manifeste deprehenditur, q[uod] Hiskia eo tempore, quo hæc prophæcia ædi-
ta est, ut minime nouem annorum fuerit. Quomodo igitur prophæta
de Hiskia dicere hic & sentire potuit? Quid multis opus est? Obsecrati
sunt & indurati Iudæi, nec scripturarum intelligentiam aut cognitionem
ullam habent. Misereatur illorum Deus. Amen.

Maria uera
& illibata
virgo

Habes igitur hic, q[uod] uera & illibata virgo fuerit Christi mater, & q[uod]
hæc conceptione non communi alijs hominibus modo per uiri congreßum,
sed novo, inaudito, & miraculoſo modo, uidelicet, per Spiritum sanctū,
manente et intemerata uirginitate matris. Sic prophæta Daniel capite ii.
oculis spiritus eam intuens in uisione de quatuor Monarchijs in terra, a-
it: Abscissum esse lapidem de monte sine manibus. Quæ uerba hacie-
nus in Ecclesia de Christo & benedicta matre eius uirgine Maria intellex-
ita sunt. Christus enim saxum illud est, qui sine manibus, hoc est, sine
semine & adminiculo uiri, ex uirginali corpore Mariæ sumptus est. Sichuc
locum accipiunt & interpretantur sancti & p[ro]p[ter]i ueteris Ecclesiæ Doctores,
ut Dydimus Ambrosius Romanorum decimo. Hieronymus in ij. cap.
Danielis. Augustinus in Ioan. Trac. nono cap. ij. Irenæus lib. tertio cō-
tra Valen. cap. viij. sicc[us] haud dubie consentiens p[ro]p[ter]is istis Doctoribus
ta Ecclesia intelligit.

Emanuel si
ue Immanu-
el quid

Quod autem filio uirginis huius inditur nomen Emanuel sive Immā-
nuel, maximam & infinitam consolationem piorum cordibus adferit. Nā
Immanu significat nobiscum, Et idem quod Deus: quia Deus nunc est
apud nos & nobiscum, non tantum per gratiam suam, & quemadmodū
semper ubique est, quemadmodum etiam olim apud patres erat, sed alio
& novo singulari[us] modo nobiscum est, uidelicet corporali presentia vel
præsenti corpore. Deus enim homo factus est, & uti Paulus ait Colos. ij
omnis plenitudo deitatis inhabitat corporaliter in Christo, hoc est, Deus
non tantū in Christo est uirtute aut gratia sua, sicut in omnibus sanctis et
p[ro]p[ter]is est, sed Deus ipse habitat in sanctissima humanitate Christi, ueluti
in templo suo, ita ut Deus & homo in Christo una sint persona, & quæ
admodum Athanasius in Symbolo suo dicit: sicut anima rationalis & ca-
ro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus, hoc est, sicut ait
Augustinus libro decimotertio capite decimonono de Trinitate, dicens:
In rebus per tempus creatis illa summa gratia est, q[uod] homo in unitate per-
sonæ coniunctus est Deo: in rebus uero æternis summa ueritas recte eri-
buitur Dei uerbo. Quis posset humanæ naturæ nostræ honor maior,
quæ

quæ dignitas excellentior contingere, quam q̄ se Deus ipse ecclis, e summa maiestate & gloria sua in has terras demittens, non angelicam naturam assumit in unitatem personæ, sed humanam, semen Abræ, Hebræorum secundo: atq; ita fit uerus homo, ut naturam nostram ea ratione ad gloriam beatæ & æternæ immortalitatis eueheret. Supra q̄ dici potest submissum, familiarem, comem, humanum, facilem & officiosum se erga nos exhibet, non aliter quam si ex ære emptum mancipium, & seruus noster esset, et suam æternâ diuinitatem, potentiam, & sapientiam depositisset. Nam ut Paulus ait Philippien. ij. Cum esset in forma Dei non rapinam arbitratus est ut esset æqualis Deo, sed semet ipsum inaniuit, forma serui sumpta, in similitudine hominum constitutus, & figura repertus ut homo, humilem præbuit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Et Tit. ij. ait bonitate et q̄lā dōtēs dei seruatoris nostri apparuisse. Vere maxima & infinita fuit illa q̄lā dōtēs dei. Quo facto ardentissimam flagrantissimi sui ergano nos amoris affectum declarare potuit magis, quam quod tam amanter, tam pie, tam effictim humariam naturam complexus, eiusque salutē ardens, homo fieri dignatus est: An non hęc argumenta maxima & certissima pietatis, benevolentiae, amoris & studij in genus humanum summi & infiniti? Quam autem aliam ob causam fieri homo uoluit, nisi ut immenses, incomprehensibiles, imperscrutabilesq; thesauros, ac infinitas diuinitias suæ bonitatis ac pietatis opulente & exundanter in nos indigent nos effunderet? Vere profecto nunc dicere possumus Immanuel Deus est nobiscum, cum nō tantum apud nos & nobiscum sit ut creator & gubernator apud creaturas suas cum gratia sua, agitans, uegetans, alens, & aliud nisi propter nos, ut salutis & gloriæ æternæ nos hoc modo particeps faceret, atque ita nouo & peculiari modo apud nos sit. Olim apud creaturas suas erat duntaxat ut Deus. Nunc est apud nos homines, ut homo, estque diuinus homo et humanus Deus. Quæ maior, quæ solidior, que uerior, quæ uberior consolatio esse potest in omnibus afflictionibus et calamitatibus, quam quod Deus ad eum modum nobiscum est? Quis nunc contra nos? uti Paulus magna fiducia ait Romanorum ostauro. Sinon esset nobiscum Deus hoc admirando, stupendo, & ineffabiliter comprehensibilique humanitatis suæ modo, tum humanæ naturæ salus desperanda esset, tum nihil homini spei, nihil remedij, nihil auxilij nec consilij in summo & horribili æternæ propter peccata mortis periculo restaret. At nunc semper nobis in Domino gaudēdum est, et deo Christo gratiæ maxime promaximo hoc mysterio sanctissimæ ipsius & saluifice incarnationis & leti agende sunt. Nunc enim mortalis natura nostra certam et firmam spem, adeoque preciosissimum et maximū

Incarratio
Christi qua
tum bonum.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMA. EVNT.

sufficientissimumque uitæ pignus habet, ut metuere & ambigeren nihil possit, quin una cum Christo in æternum sit uictura. Siquidem, unius de hoc negocio pius doctor Athanasius, autor peruetustus, in libello de passione DOMINI ait: mortale immortali erat conglutinatum, & corruptibile corpus cum incorruptibili uerbo sociatum erat. Per uerbum igit immortale quod accessit, etiam mors mirabiliter abolita est in eo, haud aliter quam ab igni culmus absurbitur.

ANNA.

Benedicta in secula beata hæc Haalmah inter mulieres, & benedictus fructus uentris eius, uerus Immanuel.

VRBANVS.

AMEN.

ANNA.

Recepisti te mihi nomen etiā Christi in Scripturis indicatur, & uaria prophetarū, in quibus lōge ante eius rei mentionē fecerūt, explicatur.

DE NOMINA CHRISTI.

VRBANVS.

Christus habet in Scripturis multa, eaqꝫ plena consolationis ac suauissima nomina, quale & hoc est, quod modo audisti ex cap. septimo Eliae, Immanuel. Sed duo sunt præcipua & peculiaria nomina quæ ei Scriptura tribuit, de quibus primum agemus. Prius duorum illorum nominum est IESVS, propriissimum & appositissimum illius nomen, nostræ summa cōsolatio. Estq; uox Hebreæ. Ieschuanus seu Iehoschuanus dicitur Hebrew idem esse quod salus, saluator uel seruator, a uerbo Iascha, id est, seruatus est, ereptus est, uela uerbo Hoschia .i. seruauit, liberavit, saluauit.

Hoc augustum & gloriosum nomen in neminem uerius & aptius cōpetit, quam in Christum. Is merito & summo iure hoc nomine insignit, & compellatur. Is enim solus est, qui nos ex omnibus calamitatibus temporalibus & æternis, liberat & saluat. Sic & angelus hoc nomen interpretatur Matt. i. ubi ait ad Ioseph: Ioseph fili David, ne metuas adiungere tibi Mariam uxorem tuam. Nam quod in illa conceptum est, a spiritu sancto profectum est. Pariet autem filium, & uocabis nomine eius IESVS. Is enim saluum faciet populum suum a peccatis suis. Item Petrus & Ioannes Actorum quarto, interrogati ab Hanna principe sacerdotio pontificio, qua uirtute aut quo nomine claudum sanarint, respondebat Petrus: per nomen IESV Christi Nazareni. Nec enim aliud nōmē est sub cœlo datum inter homines, in quo oporteat nos saluos fieri.

ANNA.

An non, Zachariæ tertio, summus sacerdos Iesus quoque nominatur?

tur? Qui sit hoc, aut quō cōpetit illi tam augustum et diuinū hoc nōmē?
VRB ANVS.

Summus sacerdos in eo loco figura tantum Christi est, ideoque illi nō
men hoc accommodatur, quēadmodum & Iosue, qui nunc sic uocatur,
filius Nun, propter typum Iehoschua uocatur, Iosue capite primo. Nā
quanquam Deus etiam per hos uiros iudaicum populum multis commo-
dis atq; beneficijs cumulauit & auxit, attamen corporalia tantum & terre-
na bona fuerunt, quæ per eos præstítit & auxilia perexigua, si conferan-
tur ad ea bona & beneficia, ad eam salutem & auxilium, quod Deus non
uni populo, sed toti mundo per Iesum Christum præstítit. Christus natu-
ræ liberat nos ex æternā calamitate, a peccatis, e morte, & ab æternā dā-
natione, & ad fert nobis innocentiam, uitam & æternam salutem. Implet
itaque hoc nomen cœlum et terram plena & infinita lęticia, propterea q
uerum et præsentissimum in omnibus malis et periculis auxilium, uera
et certissima ab omnibus calamitatibus salus per solum hoc nomen con-
tingit, ura & Petrus dicit, Actorum decimo. Huic omnes prophetæ testi-
monium ferunt, quod remissionem peccatorum accepturus sit per nōmē
eius, quisquis crediderit in eum. Hoc demum uerum auxilium, hæc ue-
ra salus & libertas est. Quid est totius mundi et omnium creaturarum au-
xilium aut præsidium? Num uel unum hominem ab uno et leuissimo
peccato liberare possunt? num uel unī homini uitæ perpetuitatem da-
re, aut uitam conseruare, aut a morte resuscitare, aut e Diaboli Tyrani-
nide liberare queunt? Nihil minus. At noster Dominus Christus, so-
lus is est, qui mundo auxilium ferre potest, nec potest tantum, sed &
uult, & præstat id quod potest. Quocirca is solus, nec quisquam aliis,
uerus ille Iesus est, qui & corpore & anima, in uita & morte iuuat, auxili-
um fert, liberat, seruat, & æterna uita donat omnes in ipsum credentes.
Hoc uerum auxilium, hæc uera salus, hoc plenum consolationis summa
nomen prædictum est a prophetis in multis locis, ut Hieremiæ tertio:
ubi Israel confitetur, nusquam alibi præsens auxilium esse, quam apud
Deum, ibi inter alia dicit: Vere in Domino Deo salus Israel. In sancta
Lingua est, Theschuath, id est, saluator, auxilium, salus. Modo autem
audisti, quod mundo salus in nullo alio, quam in Iesu Christo promissa
sit, teste Petro Actorum quarto. Facile itaq; diuinari potest, quod ubi
que Christus debeat intelligi, ubi in Scripturis ad eum modum de Dei
auxilio aut salute mentio fit. Item Esaiae sexagesimo capite, consolatur
Christus Ecclesiam suam, promittens illi gentium & regum prompta mi-
nisteria atq; officia. Inter alia utitur & his uerbis: SVGES LAC
GENTIVM, & MAMILLA REGVM LACTABERIS, &
SCles QVla ego DOMINVS SaLVaNS Te, & ReDem-
PTOR TVVS FORTIS Iacob. Quem hicalium intellige-

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

mus redemptorem, quam Iesum Christum & quem omnes p[ro]ficiunt & credunt solum a Deo promissum & datum esse, ut redimeret & liberaret mundum. Item Esaie quadragesimotertio: EGO DOMINVS DEVS SANCTVS ISRAEL, SALuator TVVS. In utroque loco ponitur hoc nomen Christi Melchiah, ex radice Iascha. Esaie quadragesimmoquinio: ISRAEL SALVATVS est IN DOMINO SALVTE æterna. Non CONFundemini, & non ERVBESCETIS VSC[us] in SECVLVM SECVLI. Et hic ponit uox Theschuach in Hebreo. Et quod hic dicit certe in uero & spirituali Israeli, hoc est, in Ecclesia Catholica Christi impletum est, quæ æternum auxilium & eternam salutem in Christo habet.

Quoties item legimus in Psalmis Ieschuathicha, hoc est, Saluator tuus, uel salus tua, ibi Augustinus semper unicum seruatorem nostrum Christum intelligit, ut psalmo centesimo decimonono, et alijs locis quamplurimi: neq[ue] enim possunt omnes annotari propter multitudinem, et ubiq[ue] occurruunt. Rabbi Iishak Nathan in suo Perusch Aleph Beth multa horum comportauit, quæ uide si uoles.

Nec te latere uolo quosdam esse qui putent Iehoschua & Iesus non idem esse nomen, sed Iesus deriuari a uoce Hebræa Iesch, id est, est, referente Capnione. uel a uero & proprio nomine Dei Iehauah, hoc est, qui talis est, ut essentiam suam a nullo mutuetur aut habeat, sed ex se est, quæ admodum Ioannis octauo Christus ad prefactos Iudeos ait: antequam Abraham nasceretur, Ego sum. Quo significatur q[uod] Christus uerum & proprium illud nomen habeat, quod nulli alteri q[uod] uni uero Deo cōpet. Deus enim ipsum uocat Sum, Exodi iij. ubi Mosi nomē suum indicatur, ait: Sum qui sum. Sic dices filijs Israel: Qui est, misit me ad uos. Hinc igitur quidam existimant hoc nomen Iesus esse ipsum nomen Dei Tetragrammaton, hoc est, quod in sancta lingua quatuor literis scribitur, uidelicet, Iod, hoe, uof, hoe. Pro quo nomine Iudei religionis ergo et reverentiae causa legunt Edonai. Cum autem litera Schin quatuor his literis interponitur, conflatur inde nomen Ieheschu uel Ihesu, quæ uox proprie significat Deum ipsum, aut diuinam essentiam. Promisit enim Deus noster in prophetis seipsum uenturum, & nos saluaturum. Nostra quoq[ue] Catholica uera & indubitata fides, credit Christum esse uerum & naturalem Deum, qui omnia condidit, & omnia conseruat & obid solle etiam hoc cellum & augustum nomen Iesus competit, quo nomine angelus Gabriele eum uocandum esse dicit, antequam a Spiritu Sancto conceptus erat, Lucæ secundo. Estque hoc longe omnium sanctissimum nomen illi in circumcisione publice inditum, quod nomen ipsum nullius aliis habuit, nec quisquam haberet, aut merito habere potest alius, quam uerus noster Messias. Testatur enim Scriptura eum esse ipsum dum in huma-

תְּהִשָּׁרָה

Nomen Iesu.

um in humana natura, & Paulus Philip. ij. ait Christum nomen habere quod est supra omne nomen. Quod potest id aliud nomen esse q̄ Dei? Hęc de priori nomine Iesus.

Porro alterum in Scripturis Christo saepius tributorum nominum est ^{Messiah} ^{XI. 5. 6. 7.} ^{Victus} Messias, quae uox significat unctum, estque regium nomen. Non tantū enim Sacerdotes in Lege ungebantur, sed & reges. Christus autem nō eo modo unctus est, ut alij, sed nouo quodam & peculiari, ita ut Messias sit longe alias quam alij. De qua sua peculiari unctione per prophetam Esaiam capite sexagesimo primo, & apud Lucam quarto capite ipse loquitur his uerbis: Spiritus Domini super me, propterea quod unxit me. Hic non loquitur de corporali unctione aut opobalsamo, quo solebant capita confingere & delibuta reddere, si quando frontem exporrigebant & conuiuabantur. Solebant eo & manus aut articulos illinire. Item & reges & sacerdotes inungere. De tali corporis inunctione hic non intelligi vult se delibutum esse Christus. Dicit enim: Spiritus Domini super me. Loquitur igitur de spiritu diuini unctione, qua in spiritualem æternūq; Sacerdotem et regem inunctus est. quod & quadragesimus quintus Psalmus significat, his uerbis: VNXIT TE DEVS TVVS OLEO LæTICIAE PRÆ CONSORTIBVS TVIS. Hoc est, Deus te in Messiam Sacerdotem & Regem consecravit & unxit non opobalsamo terreno (neç enim regnum tuum de hoc mundo est) sed interno quodam oleo leticie, uidelicet Spiritu sancto, quo itidem omnes in Christū credentes in reges spirituales & sacerdotes consecrantur et initiantur, huiusc olei leticie participes fiunt, sed certa quadam mensura. Christus autem longe & in infinitum magis, largius, copiosius, liberaliusque unctus est quam Christiani. Hi enim spirituum accipiunt iuxta mensuram, aliis alia dona, quisque sua peculiaria, nemo omnia. primæ Corin. duodecimo, Romanorum duodecimo. Sed Christo Spiritus Dei non iuxta mensuram datus est. Plenus is est gratia & ueritate, & de plenitudine eius omnes accepimus. Ea propter Iesus non est vulgaris aliquis ^{XII. 5. 6.} aut unctus, sed summus ille ^{XII. 5. 6.} siue Messias, qui in Scripturis promis sus erat, ut in mundum ueniret, eumque gratia sua perfunderet & replet. Quia propheta Daniel capite non sic uaticinat: SEPTVAGINTA HBDOMades ABBREVIAtæ SVNT SVPER POPVLVM TVVM, & Super VRBEM SANCTAM TVam, ut CONsumetur PRæuaricatio, & FINEM ACCIPlat PECCATVM, & DELetTVR INIQVITAS, & ADDVCatur IVSTICIA SEMPITERna, & IMPLeatTVR uisio & PROPHEtia, & VNGATVR SanCTus SanCTORum.

e ij

Suo etiam & proprio nomine competitat CHRISTVM dicens

paolo post: POST HEBDOMADES SEXAGINTA duas OC
CIDetur CHRISTVS. De hac prophecia alio loco, uolente Deo, su
sius differam. Sic legis & Ioannis primo, ubi cum Ioannes Baptista disci
pulo Andreo Christum ostendisset ac dixisset: Ecce agnus Dei, ait An
dreas ad fratrem suum Simonem: Inuenimus Messiam. Et mox eodem
loco ait Philippus ad Nathanael: Inuenimus Iesum de quo scripsit Mo
ses in lege, & prophetæ. Et dixit Nathanael ad Christum: Rabbi tu es fil
ius Dei: Tu es ille rex Israel.

Hic Messias in totius Israe lis maxima & anxia expectatione erat, eiusq
desiderio uehementi cruciabantur. Tantum enim de Messia e Scripturis
audierant, ut spem certam & optimam haberent, nihilq; dubitarent, om
nia meliorem statum habitura, futuramq; illorum & rerum omnium co
ditionem felicissimam & commodissimam, omnia ex uotis cessura, om
nium bonorum, omnis felicitatis quasi pelagus quoddam inundatur, om
foreq; ut ex omnibus periculis, incômoditatibus, calamitatibus, iniurijs,
et ui, qua premebantur, denique ab omnibus malis, quibus uel priuatim
uel publice urgebantur, liberarentur mox, ubi promissus ille Messias a
disset: id quod non obscure intelligi potest e uerbis Samaritanis illius, q
Ioannis quarto ad Christum dicit: Scio quod Messias uenturus sit, qui
dicitur Christus. Cum ergo uenerit ille nobis nunciabit omnia. Dicite i
Iesus: Ego sum qui loquor tibi.

Expende nunc apud te, quantum, quam uerè, quam solidæ & summæ
consolationis ex duobus his Christi nominibus haurire possimus. Iesus
salutem uel saluatorem significat, uel idem ualeat quod Deus ipse. Chri
stus uel Messias idem est quod unctus uel delibutus. Significatur autem
hoc nomine unicò gratiæ & misericordiæ, quam Deus nobis in filio suo
promisit. Quid requirimus amplius? Quid magis nobis in uotis esse po
test? Qua præterea re egemus? Quid deest nobis, si unicione hac deli
butis sumus? Vbi igitur hoc constanter credimus, persuasissimumq; ha
bemus, Christum nobis a Deo in Sacerdotem & Regem datum, ut is
nostra salus & consolatio, iusticia & redemptio sit, tum non potest non
id esse nobis quod credimus, quia sanctissime promisit se id facturum, si
modo crediderimus. Mentiri & fallere non potest, quia ueritas est. Qua
re si ea quæ promisit firma fide crediderimus, per eam fidem iustificamur
& saluamur.

ANNA:

Bone Deus quantam consolationem concipimus, quanta quam soli
da uoluptate & gaudio afficimur hæc audientes. Deus, optimus ille pa
ter dignetur nobis donare ueram & constantem fidem in Christum, ne
infinita hæc gratia nobis sine fructu offeratur.

Urbanus,

VRBANVS.

Amen.

ANNA.

ANNA.

Rogo ut & reliqua nomina, que Christo in scripturis tribuantur, e
numerare nō graueris. Nam ex duobus his sensi mirifica & incredibili
quadam consolatione ac suavitate animum meum refici, & noua quadam
& summa uoluptate perfundi, & non contemnenda de Christo cognitio
ne inde hausta fidem meam confirmari & augeri.

VRBANVS.

VRBANVS.
Longum esset omnia nomina singulatim explicare, & ultro se eorum
explicatio offeret suis locis in prophētis de CHRISTO. Non graua-
bor tamen breuissime ea recensere, nulla addita eorum explicacione: Vox
catur itaque Christus
Rex, Zad.

Rex, Zachariæ nono.
Aeternus sacerd.

Aeternus sacerdos, psalmo centesimodecimo.
Propiciatorium. B. M. U.

propiciatorium, iλαστειον, Romanorum iij. Hebræorum iiiij. reconciliatio.
iλαστειος propiciatio pro mundi peccatis, primæ Ioannis secundo.
Liberator & redemptor. Eccl. xiiij. 8/1u Matt. xv. i Corin. i. Lucei.
Red.

Redemptio & redemptor, Esaiæ xlviij. & Ix. Matt, xx. i. Corin. i. Lucei.
Precium redemptoris primæ Timothei secundo.
Vnus.

Vnus ^{μεσοτης} mediator primæ Timothei secundo.
Nostri ^{μεσοτης} mediator primæ Timothei secundo.

Noster aduocatus πάτερ, primæ Ioannis secundo
Sacrificium δικαιοσύνης, primæ Timothei secundo.

Sacrificium & hostia pro peccato & delicto, Esaiæ quinagesimotertio
Victima & oblatio pro nobis, deo in odorem bone fragrantiae, Ephe. v.
Agnus Dei et ali.

Lignum Dei tollens peccata mundi, Ioannis primo
Iusticia, sapientia, sanctificatio & redemptio nostra, i. Cor. i. Hie. xxij.
Lux mundi. I.

Lux mundi, Ioannis duodecimo.
Magister noster, Ioannis decimotertio.
Seruus Dei, h. s.

Seruus Dei, hoc est, ex Dei mandato nobis seruiens, Esaie xlij. & liij.
Via, ueritas, & uita nostra. Ioannis decimotertio.

Resurrectio nostra. Ioannis undecimo
Principi.

Principium, primogenitus ex mortuis, Colossemum i. apocalyp. i.

primogenitus ex mortuis, Colossemum.
primogenitus inter multos fratres, Romanorum octauo.
Spes nostra, primus Tiberius.
Frater.

**Frater noster, psalmo xxij. Hebræorum ij. Matthæi
Pastor noster, Ezechiel.**

*Ioannis decimo
princeps pastorum - prima Petri quinto.
Ostium qui:*

princeps pastorum, primæ Petri quinto.
Sitium ouium, Ioannis decimo.
Panis uitæ, Ioanni s.
Petra,

Pax nostra, Ephesio.

oltra, Ephesiorum secundo.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

- Lapis super quem septem oculi sunt, Zachariæ tertio.
Lapis abscissus de monte sine manibus, magius, & uniuersam terram
implens, Danielis secundo capite.
Legis τέλος, finis, perfectio siue impletio, Romanorum decimo.
Sponsus Ecclesiæ, Ephesiorum primo & quinto.
Vera uitis, Ioannis decimoquinto.
Lapis factus in caput anguli, Psalmo centesimo decimoctauo, Actorum
Germen iustum uel iusticiæ, Hieremiacæ uicesimotertio. (quarto)
Princeps uitæ, Actorum tertio.
Dominus omnium, Actorum decimo.
Rex gloriæ, Psalmo uicesimoquarto.
Iustus, Romanorum tertio & quinto. Esaiæ quinquagesimoprimo, &
quinquagesimotertio. Actorum tertio & septimo. i. Ioan. secundo.
Spes gloriæ, Colossensiūtu primo. (Matthæi xxv.)
Hæres omnium, Hebreorum primo.
Princeps Regum terræ. Apocaly. primo.
Verbum uitæ, primæ Ioannis primo.
Immanuel Deus nobiscum, Esaiæ septimo, Matthæi primo.
Aeternum Verbum Patris, Ioannis primo.
Dei sapientia, primæ Corinthiorum primo,
Dei uirtus, primæ Corinthiorum primo.
Imago Dei inconspicui, Colossensium primo.
Primogenitus uniuersæ creaturæ, Colossensium primo.
Απόγευμα splendor gloriæ Dei, Hebreorum primo.
Ἐργάτη expressa imago substantię Dei patris, Hebreorum primo.
Verus Deus & uita æterna, primæ Ioannis quinto.
Dominus Zebaoth, id est, exercituum. Septuaginta reddiderunt τῷ
κόπῳ, id est, omnipotens, annotante Hieronymo in Zachariam capi-
te secundo.
Angelus Testamenti, Malachiæ tertio.
Admirabilis
Consiliarius,
Fortis Deus.
Pater futuri seculi
Princeps pacis.
Sol iusticiæ, Malachiæ quarto.
Iudex uiuorum & mortuorum, Actorum decimo.
Sunt plura passim eius in Scripturis suauissima epitheta & picturata
figurataque nomina, quæ prolixum sit, nec multum attinet hic omnia
connumerare.

Esaiæ nono,

Incredible

ANNA.

Incredibile quantum lucis, quantum intelligentiae animis nostris infert, quantum consolatione & gaudio expletat nos uel nuda haec & breuis epithetorum & nominum Christi nomina clatura & catalogus. Quantu^m igitur copiae cornu, quam admirad^m sapientiam, quam uberem & plenam consolationem nobis suppeditatura essent, si diligenter expenderentur, & singula ordine fusius explicarentur.

VRBANVS,

Perspicue & clare indicant haec epitheta qualis & quantus sit Dominus Christus Iesus, & quanta consolatio ex illo, quid auxiliij nobis expectandum sit. Sed singula nomina pro dignitate fusius explicare hic problematum sit: alijs locis in explanatione propheticarum commodius & tempestiu^m una explicabuntur.

ANNA.

Recepisti te quoq^z dissertatum & allaturum aliquid de priore Christi in mundum aduentu. De quo nunc audire cupio, si uacat.

D E P RIORE ET HUMILI IN HVNC MVR
dum CHRISTI aduentu, deque humili illius in his terris conseruatione, & de tempore aduentus eius.

VRBANVS.

Hic articulus dignus est profecto qui diligenter explicitur & cognoscatur. Si hunc articulum Iudaei probe intellectum credidissent, nunquam tam horrende lapi si fuissent. Si & nunc eum inteligerent & crederent, non tantopere offendenterentur in Christo, nec tam diu in sua cæcitate perdurarent. Ante Christi aduentum, & Christi etiam temporibus, gloria bantur præ cunctis in toto orbe hominibus de eximia quadam sacrarum literarum intelligentia, sed de præcipuo & summo Scripturæ capite & articulo nihil prorsus sciebant, uidelicet, de Christo, quomodo, qua specie, & qua de causa uenturus esset. Somniabant iuxta carnalem sensum, Messiam cum validissimo & numerosissimo exercitu, ut potentissimum aliquem monarcham in mundum uenturum, mundana magnificencia, potentia, splendor, dignitateq^z omnes alios reges mundi obscuraturum: Goym, hoc est, gentes, ui oppressas, Iudæorum pedibus subiecturum, Iudeosq^z opibus, omnium rerum affluentia, dignitatibus, gloria, ocio, & uoluptatum omni genere afflatim in terris cumulaturum, sedem regiam Hierosolymis Canaan habiturum. Hæc sic futura stolido carnis iudicio suspicabantur: tam nulla eximiarum de æternis bonis in

Iudei q.
Messias f.
ment

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Christo promissionum intelligentia prædicti erant, sed omnia carnaliter accipientes, nihil nisi externa, momentanea, caduca, fluxa, & peritura huius uitæ bona sibi pollicebantur. Easdem multoq; absurdiores ac stolidiores imaginationes & somnia habent nunc quoque Iudæi de Messia. Se penumero Ratisbonæ & alijs locis, de Messia & regno Messie, cum illis in disputationem descendere sustinui, sed aliud nihil quam carnales imaginationes, stulta & mera somnia, ridiculas stolidasq; fabulas ex illis audi dire contigit.

D. Hieronymus multa scribit de Iudeorum erroribus, quomodo mundanum regnum in Christo expectent: & multa tam crassa, tam inepta, tam fanatica illorum somnia refert, ut crediturus nunquam fuisse, nisi postea ipse eadem ex illis audiuisset. Sed mirum non est tam stolidæ & e normiter eos hallucinari, tantaq; caligine inuolutos, tanta amentia effascinatos eos esse, cum nō sint nec sustineant esse in Ecclesia Catholica Christi, in qua sola Spiritus sanctus ueritatem & intelligentiam Scripturæ aperit. Ob id nihil sacrarum rerum intelligunt, nullum Bibliorum sanum intellectum habent. Vbi enim Spiritus sanctus non est, ibi nec mystæria sacræ scripture intelliguntur. Iudæi nihil aliud quam promissam illâ terram imaginantur & somniant, sed Scriptura loquitur de multo excellentioribus, multo præstantioribus celsioribusque rebus, q; de gemmo aliquo aut aureo Hierusalē. Prophetæ spiritualibus oculis prædicti, longe extra & ultra hunc mundum in eternum regnum prospiciunt, in quo nō unionibus nec auro, nec q; cibo, nec q; alijs ullis huius uitæ necessarijs opus est, sed in quo perfruemur æterna salute & coelestibus bonis ac gaudijs, ueluti D. Petrus ait: prophetas de salute nostra scribere. Sed audiamus spiritus sancti uerba e Zacharie prophetæ capite nono, de Christi aduentu & humilitate.

EXVLTA FILIA SION, IVBILA FILIA HIERVSALENT,
ECCe Rex TVVS VENIET TIBIIVSTVS & Salua TOR, IP
SE PAVPer, & ascendens super asinam & super pullum Filium a sine.
Nam disperdam quadrigam ex EPHRaím, & equum de Hierusalem,
& dissipabitur arcus belli. ET LOQVeTVR PACem Gentibus,
& potestas eius a mari ad mare, & a fluminibus usque ad fines terræ.
TV QVOq; insanguine Testamenti TVI emisisti VINCTOS
TVOS De LaCV IN QVO NON est aqua.

Primo hic obseruabis, quod Spiritus Sanctus per prophetam nunciet in hac prophecia inæstimabile immensumque gaudium, uis delicit, quod unicus ille in necessitatibus adiutor, unica Salus nostra, Messias ille, tot ante tempora promissus, ad nos ueniturus sit. Ideoque nos exercefacturus, ut excusso somnio, oculis non sterentibus

tentibus, diligenter consyderemus quæ & quam magnares hic agatur, quid & quantum id sit quod futurum prædictur: EXVLT A, inquit, FILIA SION, iubila filia IERUSALEM &c. Per filiam Sion & Hierusalem, intelligit populum Hierosolymitanum. Sed cum Zion & Hierusalem figura Ecclesiæ Catholicæ fuerint, cumque maximi & infiniti huius gaudij non tantum Iudæi, sed & gentes futurae essent participes, applicabo ea uerba toti Ecclesiæ, quæ ex Iudæis et gentibus constat.

IUBILA, inquit, & exulta. Necesse est eximium et præsigne quidam agi hic, cum Spiritus sanctus tantopere ad exultandum et iubilandum nos exhortetur. ECCE. hoc est, expurgiscere: uide ne hic somno aut ullis desidig causis indulgeas: caue occasionem que offeretur amittas aut negligas, uigila, diligenter attende, & curiose obserua quid nunciem, aures arrige, res tua & æterna animæ tue salus hic agitur. REX TVVS VENIT TIBI. Hæc est αὐτολογία maximi istius gaudij. Rex noster uenit ad nos querens perditum populum suum, qui a spiritu malo tyranno illo teterrimo in regnum inferorum et tenebrarum captiuus abductus erat, eterna morte peritus. In quo horribili periculo et summa calamitate sua ita occecatus tamen, tam omni mente atq; intellectu captus erat, ut misericordiam et grumnas illas suas grauissimas nō agnosceret, et pericula pressentissima eternæ mortis non uideret, nec auxilium imploraret, necq; consilium aut remedium expeteret, sed tanta erat dementia, incogitantia & cecitas in tyrannide Sathanæ captiuus mansisset et periret, nisi Rex ille noster affectu misericordie erga populum suum in tanto periculo uersante tactus, ope sua presens nobis adfuisset. Is uidit q; ipsi e regno hoc peccati & mortis reducere nos, & e crudeli Sathanæ tyrannide liberare non possemus, & q; Sathan multum uiribus & potentia nos uinceret, & atrium in pace possideret, q; nullæ tantæ essent humanæ uires, nullum tantum robur, nulla facultas, nullæ artes, nulla humana sapientia, prudentia aut astus, nulla consilia, quibus tyrannidem qua tenebant effugere possent. Hoc uidens, miseratus nostram sortem tam miseram uenit ad nos, ut e tanto periculo, a seruitute ista nos redemptos in libertatem assereret. Non uenit a nobis inuocatus aut expetitus aut meritis nostris huc prouocatus. Quid dico inuocatus? ne cogitatio quidem ulla de eo subiicit animos nostros, illius opem aut consilium nūquam efflagitauimus, præ horrenda ista cæcitate, qua capti eramus. Nec unquam ad eum uenissemus, nunq; ad eum confussemus ex nobis ipsis. Nec quicquam minus potuimus facere. Non erat hoc in uiribus nostris, non erat facultatis nostræ. Tanta erat naturæ nostre corruptio, tantæ in mentibus tam dænsæ & profunda tæ tenebræ. Venit itaque Rex ille noster ad nos, siquidem nos ad illum uenire neque uoluimus neque potuimus.

DE CONC. CHRL AD DISC. EMA. EVNT.

Causam autem ob quā ad nos ueniat, & quid apud nos agat, quid pro sit, quid apportet nobis, Propheta addit dicens: VENIT TIBI IV. STVSET SALVATOR. Hoc est illud gaudium maximum. Hec exultationum et iubilorum causa. Eramus propter peccata nostra uilefici, ut omnium iniquitatum rei, omnibus uicijs, sceletibus et flagicijs inquinatissimi, ad eternam mortem destinati, et damnationi adiudicati, nec ip̄i iuuare aut liberare inde nos potuimus. Sed Christus rex noster uenit ad nos auxilium ferens, nos iustificans, et ex omnibus periculis liberans. Etenim rex hic noster non tantum, quod ad propriam ipsius personam attinet, iustus, innocens, et ab omni culpa, ab omni labore immunis est, sed communicat etiam nobis suam iusticiam et innocentiam, ita ut propter eum et nos iusti reputemur coram Deo, si in eum crediderimus, sicuti et Paulus Rom. iij eum uocat, q̄ solus iustus sit, et iustificet alios.

Vox, IVSTVS, non intelligi hic debet de severa exacta; iustitia, Christus cur qua malos & refractos iudicat et punit. Summa hec iusticia misericordia, uocatur iustus, catores nos male sibi consciens misere terret, mœstitudinem & acerri mos angores adfert, ad desperationem urget, nec quicquam minus quam gaudium, exultationes aut iubila parit. Sed Scriptura solet Christum uocare iustum consolandi causa, tam in ueteri q̄ in nouo Testamento. Nam solus inter cunctos homines iustus & innocens est, & tam iustus & innocens, ut per eum solum nos coram Deo iusti & innocentes reputemur. Hoc nomine apud Esaiam capite quinquagesimo tertio, Deus pater Christum compellans, inquit: Iustus seruus meus. Et Zacharias in hoc uaticinio. Item Stephanus in Actis capite septimo, i. Ioan. ii. Sic & D. Paulus Roma. quinto: Quemadmodum per inobedientiam unius hominis (scilicet Adg) peccatores constituti fuimus multi, ita per obedientiam unius, scilicet Christi, iusti constituentur multi. Per nos ipsums, aut per opera nostra a peccatis nos liberari & iustificari non possumus, sed iustificamur per solidam gratiam Christi & fidem Christi, quae in Scripturis sacris uocatur Dei iusticia, hoc est, qua coram deo iusti reputamur, quam deus ipse in nobis operatur, cum nos ipse per spiritum suum iustos & innocentes reddit.

Christus cur
uocatur SAL
VATOR

Vocat Christum Propheta Saluatorem quoque, nec id temere. Primum enim nos iustificat. Quos autem iustificauit, eos & saluat, xxi, naque uita donat, Romanorum octauo. Estque hic ordo operationis illius in nobis. Per Euangeliū uocat, iustificat & tandem etiam saluat nos.

NOSCHA

Iudæi hic obijciunt, Hebraeum uocem Noscha, in hac propheticâ quam interpres, Saluator, reddidit, significare saluatum uel erexitum passiuem, sed id nihil mouebit pios. Nam eadem uox in sancta lingua aetate etiam usurpata legitur, ea significatio nequa a Latino interprete reddita est, uidelicet Saluatoris, uel liberatoris. Septuaginta nihil dicitur.

sentiunt a nostro interprete, utuntur enim hoc loco uoce σωλην quæ salu-
vantem significat. Ipsi quoque Iudæi ante aduentum Messiae, in Babylone,
aceperunt actiue hanc uocem. Thargum enim sicut habet, Sakai uporik,
id est, innocens & liberator aut salvator.

Vocat eum & pauperem propheta. Hebræis est Eni. Hæc uox signifi-
cat anxiūm, contritum corde, ualde discruciatum animo, humiliatum,
animo humili & abiepto, in quo nullus fastus, nulla ferocia aut superbia,
nullus tumor, sed in quo summa humilitas, summa demissio, summa mo-
destia, summa mansuetudo, & affectus erga alios talis est, ut uehementer
moueatur & afficiatur proximi malis & infortunijs. Hinc S. Matthæus
citans hanc prophetiam, pro uoce, pauper, ponit περιστατικόν, id est, mansuetus.
Atque eius mansuetudinis et humilitatis suæ specimen aliquod in ipso ingresso
in Hierosolyma asinæ insidens edidit. Summi & potentissimi Hiero-
solymitanorum odio plusquam Vatiniano persequabantur Christum,
tantaque in illum acerbitate odij atque crudelitatis flagrabant, ut occasiones
illum tollendi e medio ubique uenarentur. Sed nihil his motus Christus,
ac quasi oblitus suæ necis, quam a principibus Hierosolymorum phari-
sæis Scribiscque, certo sibi imminere sciebat, hoc suæ presenti uitæ periculo Christi ingressus
contempto, hominum cæcitatem et urbis calamitatem uastationemque ex suis in Ierusalem
animo deplorat, nullaque re dolenter afficitur, eumque suum dolorem, eum
erga urbem & homines affectum amaris lachrymis suis satis testatus est,
Lucæ xix. Talis autem eius animus tam pius, tam mansuetus, tanta miseri-
cordia in proximum prædictus, ab omni ostentatione abhorruit, nul-
las opes, nullum strepitum mundanæ pompæ & uanitatis moratus est.
Id quod satis arguit totum uitæ eius in his terris curriculum, in summa
humilitate, paupertate, sollicitudine, angoribus, periculis & eruminis gra-
uissimis confectum. Eiusrei testis est & ipse, ubi dicit, Vulpes habere ca-
uernas, filium autem hominis non habere quo reclinet caput.

Sed illius humilitatem & paupertatem satis arguit tam humilis & ab
omni ostentatione alienus in urbem ingressus. Non dicit Zacharias que
urbem sit ingressus feroci phaleris atque ephippijs magnificis regisque ex-
ornato caballo aliquo insidens, Cataphractus uti Imperator triumphans
aut ouans argento saturata gerens conchylia fuluo, perfusaue ostro uestes
auroue rigentes, magno strepitu, numerosa satellitio stipatus, omnibus
metuendus, non sic Christum ingressum scribit propheta, sed dicit eum in
sedisse asino, animanti uili & contempto, omniumque risu & ludibrijs ex-
posito. Hoc ideo summam certe humilitatem, submissionem, modestiam,
ac mansuetudinem præse tulit, nec ulli metuendus fuit. Hoc impletum est
die Palmarum, cum Christus missis discipulis qui Asinam cum pullo,
ad se, agentem Bethphage, ad montem oliuarum, adducerent, superque illa
collocatus, urbem ingressus est, uti Euangelista Matthæus huius prophete-

DE CON C. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT
tiæ impletionem cap. xi, describit. Sequitur in prophetia.
DISPERDAM QVADRIGAM EX EPHRAIM &c. His
uerbis describit propheta proprietatem & conditionem regni Christi.
Nam cum Christum regem uocauerit, qui ad suum populum ueniat,
necessè est eum regnum quoq; habere. Sed audi quod aut quale eius reg-
num sit. Non est mundanum aut corporale regnum, non regitur necq; ad
ministratur nec constabiliatur eo modo quo regna terrena, armis, exercitu,
munitionibus, humanis uiribus ac potentia. Atq; ideo dicit, se inde abla-
turum & dissipaturum quadrigas, equos, & arcus, quibus armis uitur
mundus hic, ad suę ditionis limites stabiliendos, aut ad uim in cursuq; ho-
stium de imperio concertantium propulsandos, aut ad pomceria regni
proferenda ac dilatanda. Sic & Esaias regnum Christi describit cap. ij.
ubi dicit, cum cū de Sion Lex, & uerbum Domini de Hietusalem exierit,
conflatur os gladios suos in uomeres, & lanceas suas in falces, nec levatu-
ram gentem contra gentē gladium, nec exercēdos ultra ullos ad pugnū.
Per Ephraim intelligit Zacharias deceim tribus Israeliticās, que sub Ro-
boam a domo David disciuerūt ad Hieroboam, et regnum proprium ac
peculiare constituerunt. Ac significat propheta tum, cum Christus adue-
nerit, duo ea regna, Iuda & Israel, non diuisa, sed sub uero Regi Christo
coniuncta futura esse. Id quod & factum est eo tempore quo Christus
& Apostoli in Galilea ad Hierosolyma usq; in regionib. istis ubiq; pre-
dicabāt, & Christus uerus princeps in Israel populum suum congrega-
bat in unitatem Christianæ fidei per Euangelium. Sequitur.
LOQVETVR uel docebit PACEM &c. Ho est, Christus nō
armis suum regnum firmabit aut conseruabit, quia nomē eius est, Isa. ix.
princeps pacis. Regnabit, sed regnum suum non mundano more, sed spī-
ritualiter gubernabit uerbo suo, in quo mera & summa pax, securitas, tran-
quillitas, salus summaq; felicitas annūciatur & offertur, nō tantum inter
Iudæos sed per totum mundum omnibus etiam gentibus. Eaq; pax omni
pace mundi longe & in infinitum præstat, quia uerissima pax est cū Deo,
Domino potentissimo & maximo. Qui cum Deo pacem habet, hoc est,
cui cum Deo bene conuenit, qui Deum sibi propiciū, fauenten, placatum
q; habet, is nihil est quod sibi metuat, is in portu nauigat, is omnes hostes
ex alto despicere, tanquam in celissimam rupem, aut arcem munitissimam
& insuperabilem collocatus, is ex animo semper gaudere & exultare potest
ac debet. At nunc pacē nos habemus cum Deo uel erga Deū per Christū
unicum reconciliatorem & mediatorem nostrum teste Paulo Ro. v. Re-
conciliati fuimus, inquit, Deo per mortem filij eius. Et Eph. ij. Christus
est pax nostra qui fecit ex utrisq; (Iudæis & gentibus) unum, & inter si-
cium macerię diruit, simultatem per carnem suam, legem mandatorum in
decretis sicam abrogans, ut duos conderet in semetipso in unum nouum
hominem

hominem faciens pacem, & ut reconciliaret ambos in uno corpore Deo per crucem, perempta inimicitia per eam, & uenies euangelizauit pacem uobis qui procul aberatis & his qui propter. Quoniam per illum habemus aditum utriq[ue] in uno Spiritu ad patrem.

Id & Esaias cap. l*i*j. iucunda quadam & amoena uerborum forma prædixit, q[uod] Christus & Apostoli gratissimi exoptatissime pacis nuncij futuri essent: Quam pulchri, inquiens, super montes pedes annunciantium & prædicantium pacem, annunciantium bonum, prædicantium salutem, dicentium Sion, Regnabit Deus tuus. Apostoli prædicant ueram pacem, iucundissima, & lætissima nunciant in Euangelio, uidelicet q[uod] Deus amplius non indignetur nobis, sed q[uod] sit futurus nobis pater indulgentissimus propter Christum, qui ira Dei sedata atq[ue] mitigata pacem nobis peperit, ueluti & Paulus dicit Colos. i. Complacitum est Deo patri per Christum reconciliare cuncta erga se, pacificatis per sanguinem crucis eius per eundem siue quæ in terra sunt siue quæ in coelis. Eam pacem in Euangelio per Apostolos & Ecclesiæ ministros nobis nunciat. Eiusq[ue] pacis Scriptura multis locis meminit, ut Isa. ix. cap. ait, pacis in regno Christi non futuræ finem. Et Christus Ioan. xiiij. dicit ad discipulos: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Ne uero carnalem aliquam pacem intelligerent, statim subiungit, Non quomodo mundus dat, ego do uobis. In mundo afflictionem habebitis, in me pacem: Sed bono animo sitis, Ego uici mundum, Ioan. xvi. Sequitur. **POTESTAS EIVS A MARI AD MARE.** Hic describit quam late regnum Christi pateat, quib. terminis circumscribatur, quanta eius amplitudo futura sit, uidelicet, q[uod] non tm̄ Iudeorum sed & gentium Dominus & rex sit, atq[ue] ira totus orbis terrarum ipsi subiectus sit, iuxta illud: Psal. xxiiij. Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & uniuersi qui habitant in eo. Et Abdias testatur regnum Christi extendi super omnes inhabitatores terre, iuxta expositionem Thargi. Quod dicit, A fluminibus usq[ue] ad fines terræ: Hic per flumina intelligimus Iordanem, qui in terra Canaan memorabilis & clarus amnis est. Sequitur. **TV QVOQ[UE] IN SANGVINE TESTAMENTI TVI EMISISTI VINETOS TVOS DE LACV IN QVO NON EST AQVA.** Propheta in præcedentibus uerbis docuit q[uod] regnum Christi, esset futurum regnum Spirituale, & coram mundo contemptibile, calamitosum & erumnosum, nullaq[ue] specie, sed q[uod] nihilo esset, tamen Rex huius regni populum suum iustificaturus & saluatorus utrum ludeat uim gentes per totum mundum auxiliij eius essent future particeps, & q[uod] per eū Regem coniunctio consociatioq[ue] inter utrosq[ue] futura esset, imo quod cum Deo etiam pacem per eum Regem essent habituri. Hæc sunt summa & longe maxima. Cum uero Regnum Christi spiri-

DE CONC. CHR I. AD DISC. EM AVM EVNT.

tuale sit, nec mundanis pompis, magnificientia ac splendore illo uatio corporalibusq; rebus constet, forsitan cogitet ac roget aliquis, per que media igitur, qua uia, tam miranda confidere cōstituerit. Huic obiectioni occurrens propheta, docet, futurz id per sanguinē. Magno cōstabit huic Regi, ut nos liberet: ob eam enim rem id quod preciosissimum & charissimum habet, cogetur profundere, nempe sacrosanctum & preciosissimum suum sanguinem, Eo solo nos liberat, & a peccatis omnibus emundat: i. Ioan. i. & redimit. i. Pet. i.

Quod autem dicit, Emisisti uinctos tuos sanguine. & c. alludit & respicit ad Mōsen, qui in ueteri testamento identidem sanguinem quoq; trahabat, quiq; populum Israeliticum eduxit ex Aegypto per sanguinē eiusdem ueteris Testamenti seu foederis. Quasi diceret, Ducis & tu populum tuum e captiuitate, quemadmodum Moses populum Israeliticum Ecclesiæ typum in figura eduxit ex Aegypto, sed multo potentius, multo magnificientius, multo mirabilius quam Moses: quia sanguinis in ueteri Testamento, figura duntaxat tui sanguinis fuit. Tu nouum Testamentum condidisti, nouum gratiæ foedus icisti ac confirmasti, non per sanguinem permanentem, sed per proprium tuum sanguinem, quo non populum aliquem numerabilem & exiguum, uti Moses, sed innumerabilem, omnes uidelicet in Christum credentes per uastissimum terrarum orbem eduxisti & liberasti ex tenebrossima & dyrissima Aegypto Sathanicæ tyrannidis & eter næ damnationis, quæ uere locus est non habens aquam, hoc est, relaxationem, recreationem, refocillationem aut refectionem ullam. Nam cum peccator uinculis & catenis peccati sub lege constrictus, in damnatione iacet, tum nihil aliud quam pauor, terror, animi cōsternatio, trepidatio, formido, horrores, anxietas, desperatio adeoq; ipsa mors adest, nec quicq; usquam in tota rerum uniuersitate in ulla creatura uel auxiliij uel consilij, uel solatij uel remedij est, nisi sanguine noui huius testamenti conspergatur, hoc est, nisi credat quod Christus, sicuti Euangelium docet, sanguinem suum profuderit, ut pro peccatis nostris perlitaret, & ea expiatet. Hoc si crediderit, tum e lacu extrahitur, hoc est, conscientia eius per eam fidem, qua credit Christum propter nos sanguinem suum effudisse, pacem cum Deo habet & gaudio in Deo afficitur. Ro. v.

Hæc prophetia clare etiam innuit quod hic rex Christus debuerit mori, quia nulla alia re quam per sanguinem suum captiuum populum suum liberare, iustificare & in æternam uitam perducere poterat. Non potuisse autem suos liberare a morte, si in morte mansisset: ideoq; a morte illi resurgendum, morsq; illi uincenda & delenda fuit. Hoc duo illi discipuli Emaum eentes nesciebant, ideoq; tantopere offendebantur morte Christi, ut omni spesua, quam de liberatione Israelis per Christum habebant, se frustratos esse putarent.

Habes

Habes itaq; in hac Prophetia quod conuersatio Christi in priore aduentu suo non futura fuerit splendida et magnifica, sed humilis, despicibilis, submissa, & modesta. Nihil in eo erat quam mansuetudo erga miseriosos peccatores, & propter nos duræ eruminæ, summæ calamitates, persecutionum illatarum grauissimæ pressuræ & procellæ, afflictiones & tribulationes infinitæ, tandem & ignominiosissima mors, quam propter nos oppetebat. Sed audi ex eodem propheta plura de eodem Christo. Capite tertio inquit: **ET OSTENDIT MIHI DOMINVS IESVM** (uel Iehoschua) **SACERDOTEM MAGNUM, STANTEM CORAM ANGELO DOMINI, & SATHAN** STABAT A DEXTRIS EIVS VT ADVERSARIUS EI. ET DICIT DOMINVS AD SATHAN: INCREPET DOMINVS TE SATHAN. ET IESVS (Iehoschua) ERAT IN DVTVS VESTIBVS SORDIDIS & STABAT ANTE FACIEM ANGELI, QVI RESPONDIT & AIT AD EOS, QUI STABANT CORAM SE, DICENS, AVFERTE VESTIMENTA SORDIDA AB EO &c.

In hac prophetia proponitur summus sacerdos in Lege cui nomē Iehoschua uel Iesus, sordidis uestibus indutus. Estq; figura Christi, uerius et summi sacerdotis, qui quāuis uerus Deus esset, tamen sic se demisit, ut carnem humanam induere dignatus sit, ut nostra peccata perferret in corpore resuper lignum, ipse ab omni peccati labe immunis, Sed languores nostros ipsetulit, & dolores nostros ipse portauit. Esaias liij. Propter nos sic se demisit, propter nos extreme humiliatus est, propter nos uilissimus, despectissimus, & uirorum nouissimus fieri uoluit, ueluti Psalmo xxij. dicit: Ego sum uermis & non homo, opprobrium hominum & abiectione plebis, Omnes uidentes me deriserunt me, locuti sunt labijs & mouerunt caput, &c.

ANNA.

Quid habent alij Prophetæ de humili & seruili habitu atq; conuersatione Christi in terris?

VRBANVS.

Prolixum sit omnia commemorare: aliquot duntaxat & precipua uaticinia delibabimus. Hieremias cap. xiiij. ubi dicit Iudæos sua peccata agnoscere & confiteri, propter quæ omnis generis calamitatibus atq; aduersitatibus conflictabantur, ibi inter alia sic ait: **DOMINE MULIERE SVNT AVERSIONES NOSTRAE, TIBI PECCAVIMVS, EXPECTATIO ISRAEL, SALVATOR NOSTER IN TEMPORE TRIBULATIONIS. QVARE QVASICOLONVS FUTVRVS ES IN TERRA & QVASI VATOR DECLINANS AD MANENDVM. QVARE FV-**

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT:

TVRVS ES VELVT VIR VAGVS ET FORTIS, QVI
NON POTEST SALVARE. TV AVTEM IN NO-
BIS ES DOMINE, & NOMEN TVVM INVOCATVM
EST SVPER NOS, NE DERELINQVAS NOS.

In hac prophetia conqueruntur Iudei, se in maxima angustia & summis calamitatibus uersari, secundum a Deo derelictos, aut Deum uideri plane ab ipsis alienatum & auersum esse nec ullam ipsorum curam agere, sed hoc se uno consolabatur, quod Deus in Zion & Israel esset, & Israel in peculium elegerat, quia ab hostiis iniurijs atque ui eos defendebat, inter que eos habitabat, quemadmodum promiserat ipsis Leuitici xxvi, his uerbis: PONAM tabernaculum meum in medio uestri, & non abiectus uos anima mea. Ambulabo inter uos & ero Deus uester, uosque eritis populus meus. At nunc erant derelicti, sicut Deus eos tractabat, ac si posthac inter eos ambulare & habitare dignaretur, & quasi de via fessus ad eos diuer tisset ueluti in diuersorium aliquod moxque abiisset. Sic hunc textum prophetae intelligunt Iudei. Cæterum uetus Ecclesia, teste Hieronymo, ante mille annos, de Christo uerba hec intellexit, crediditque prophetam uaticinari de futura dispensatione Christi, aut de ministerio seu munere ipsius quod ad certum & præfinitum tempus humana natura induitus in terris ambulare debebat, cum esset in forma Dei. Philip. ii. Sed non rapinam arbitratus est ut esset equalis Deo, sed semetipsum inanivit forma seru sumpta, in similitudine hominum constitutus, & figura repertus ut homo. Breuiter ita se humiliauit & submisit ut quasi aduena aut peregrinus in terris obambularet nec manentem usquam locum haberet, uti Lucas capitulo testatur, quod Samaritani eum non receperint. Et cum quidam ad illum dixisset: Sequar te quocunque ieris, respondit, Vulpes cauernas habent, & uolucres coelinioidos. Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Et Matth. viij. rogant Gergesenii eum ut decedat e finibus ipsorum. Hinc & in hac prophetia uocatur Ger & Nidham, hoc est, peregrinus, & vagus, nullo certo loco certam domum incolens, nullo certo loco manens. Siquidem in nativitate suadiuersorium habebat bouile, cune ipsum erant presulepe. Mox coactus fugere in Aegyptum, & cum auspicatus esset minus ministerij sui, e Galilaea in Iudeam, mox rursus e Iudea in Galileam, nunc in hanc nunc in aliam atque aliam ciuitatem se conferebat. Et quamquam totus terrarum orbis ipsius solius erat, tamen in terris ex alio in aliū locum nunc huic nunc illuc se contulit, perinde ut peregrinus a uaduena seu uiator aliquis, qui tantum ad unam noctem diuersorium querit & petit, nihilque proprium habet.

Quanquam etiam fortis est, (quemadmodum Esaias cap. ix. ipsum uocat) qui & se et alios omnes ex omnibus periculis liberare potest, tamen tempore peregrinationis sua in terris nolebat uires, fortitudinem & potentiam suam

tiam suam exerere, sed constituerat, pauper, & infirmus esse propter nos, Sicut & Iudei illudentes illi cruci affixo: dicunt, Matthæi xxvij. Alios seruauit, seipsum non potest seruare. Si rex Israel est descendat nunc de cruce, & credemus ei, Confidit in Deo, liberet eum nunc, si uult eum.

Sed nunc audi quid Esaias cap. xlj. de priore aduentu Christi uaticinatur, quam submisse, quam humiliter in his terris conuersatus esset.

ECCE SERVVS MEVS SVSCIPIAM EVM, ELECTVS MEVS, COMPLACVIT SIBI IN ILLO ANIMA MEA. DEDI SPIRITVM MEVM SVPER EVM, IVDICIVM GENTIBVS PROFERET. NON CLAMABIT, NEq; ACCIPIET PERSONAM (uel neq; uociferabitur) NEq; AV-Dietur VOX EIVS FORIS. CALAMVM QVAffatum Non Conteret & LINVM FVMIGans NON Extinguet IN VERTitate EDVCet IVDICIVM, NON ERIT TRISTIS NEq; TVR-BVLentus, DONEC (uel ut) PONAT IN Terra IVDICIVM & LEGEM EIVS INSVLAE EXPECTABVNT.

Hic describit Esaias personam Christi, quæ ipsius conuersatio, tempore dispensationis seu ministerij, in his terris, futura esset, quod peccata nostra in se suscepta portaturus et expiaturus, nosq; miseros & grauissima quæq; meritos peccatores summa humanitate ac pietate tractaturus, et summo amoris affectu nos prosecuturus esset, ut nemo ab illo quicquam sibi metuere, nemo ab illo abhorrere, nemo expauescere illum, sed omnes consolationem, opem, & suppetias ab illo expectare, & petere merito posint. Sed ordine singula uerba expendemus. Plena sunt enim summæ & infinite consolationis. Primo. Vocat Christum Deus pater seruum suum ob id, quod ea uoluntas patris coelestis fuit, ut filius ipsius unigenitus, ad nos descenderet, humana natura sumpta, nobisq; seruiret. Id quod Christus ipse fatetur, Matth. xx. inquiens: Filius hominis non uenit ut sibi ministraretur, sed ut ipse ministraret, utque daret animam suam redemptio-nem pro multis. Sicut & Paulus Philip. ij. scribit eum forma serui sumpta factum obedientem Patri usq; ad mortem crucis. An non hec incredibilis, admiranda & maxima humilitas et submissio: An non uberrimam et solidam consolationem, & spem optimam hinc conciperemus? quod Dei uerus et naturalis filius, qui nostri nihil omnino eget, tam se demittit et humiliat, ut, qui Dominus noster est, seruus noster fieri dignetur, nostramq; sarcinam et onus peccatorum grauissimum in se sublatu: portet, in locum nostrum se substitu: pro nobis dependit et exoluit, quod nobis ipsis exoluendum fuisset. Si hoc aduentu suo ut Dominum se gessisset, dominatione, potentia, et dignitatis suæ amplitudine ostentata, si auto-mansissimus? quo confugissemus? quo ore in illius toties a nobis offensi-

DE CONC. CHRI. AD DIS C. EMA V M EVNT

conspectum, tam male nobis conscientia, prodire sustinuissemus? Verum cum ueniat in tanta humilitate, in forma serui, summam submissionem, modestiam, & mansuetudinem preseferens, quis non etiam in profundissimam peccatorum uoraginem demersus, quantumuis male sibi conscientia speret se gratiam & remissionem peccatorum ab eo impetraturum? Equidem seruitus haec circa dubium DEO patri gratissima, acceptissima, preciosissimaque seruitus est, quam maximi facit, & sibi fieri gaudeat. Principio non extollit nec profert immensam CHRISTI & infinitam potentiam & maiestatem, sed CHRISTVM illum crucifixum primum omnium praedicat, quomodo propter nos ultro infirmus & contemptus factus sit, quomodo se, ad infima demissum, nostra causa humiliarit. His diligenter inculcatis tum demum addit in quantam sublimitatem, gloriam, & celsitudinem per hanc humilitatem euectus sit. Eius rei exemplum est in Epistola ad Philippenses cap. secundo.

Sequitur.

S V S C I P I A M E V M.

Hebræa uox Asmech significat supponere, fulcire, apprehendere, inniti, incumbere, ut non incommodè hic intelligi possit hypostasis & fulcimentum humanæ naturæ in CHRISTO, quod humana ipsius natura diuinæ naturæ in unam personam est unita, iuxta illud Pauli Colos. secundo. In illo inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter. Quis igitur DEVUM querit, is nusquam alibi querat quam in hoc seruo electo, imo DOMINO unico CHRISTO. In eo non frustra DEVUM queret, sed præsentissimum inueniet, in eo solo uoluntatem DEI paternam erga nos cognoscet. Sequitur.

E L E C T V S M E V S.

Vere electus & summe dilectus DEI filius est CHRISTVS, tamque tenere, tam efflictum, tam unice eum deamat, ut nos, qui nihil aliud quam indignationem & supplicia crudelissima commeriti eramus, propter dilectum & electum atque unigenitum illum filium, DEVVS delegerit & dilexerit ac prædestinarit nos ut adoptaret in filios per Iesum Christum &c. Ephesiorum primo.

C O M P L A C V I T S I B I I N I L L O A N I M A M E A.

Hæc eadem uerba Matthæi tertio & decimo septimo, Pater de celo sonat. An post hac quicquia de gratia Dei in Christo dubitare poterimus? Si complacitum est Deo patri in Christo, certe complacitum erit illi in omnibus etiam ihs qui filii sunt & in filium credunt, quod nos Euangelium ubique docet.

D E D I S P I R I T V M M E V M S V P E R E V M , u e l e i .

Sic Ioannis tertio: Non huic ad mensuram dat DEVIS Spiritum, quia unctus

quia unctus est oleo illo læticæ præ consortibus suis : Psalm. xlvi.
Item Ioannis primo : Spiritus descendit specie columbæ de cœlo & man-
sit super eum. Et Esaiæ sexagesimoprimo : Spiritus DOMINI super
me, ideo unxit me &c.

IVDICIVM GENTIBVS PROFERET.

Hic describit Esaias personam CHRISTI uerbis admodum gratis
ac blandis , quod ueniat ad nos , non ut insolenti quadam ferocia fa-
stuque tumens , magnificentiamque ostentans Princeps aliquis , glo-
riarum humanarum & beneficiorum cupiens atque egens , sed uti blan-
dus & humanus comisq; doctor aliquis , qui nos docere , & suos honores ,
sua beneficia ac facultates omnes in nos conferre ac profundere gestiat. Et
loquitur hic de doctrina Christi , nimirum Euangelio , quod id nō tantum
inter Iudaicos fines doceri , sed per totum mundum inter g̃etes quoq; pro-
pagari debeat. Vocata autem Euangelium seu doctrinam Christi iudi-
cium , eam ob causam , quod Spiritus sanctus per Euangelium mundi pec-
cata arguit , totiusq; mundi iusticiam , & omnes peccatricis seu corruptæ
naturæ vires reijcit ac damnat , docens eas ad promerendam Dei gratiam
aut uitam æternam prorsus ineptas & inutiles esse , nec eius iusticiæ quæ
Deo probatur , quæq; Dei seuero iudicio opponi possit nomen mereri , et
praedicat offertq; nobis Christi iusticiam , quæ unica & sola uerissima &
summa iusticia est , quæ Dei iudicio opponi possit , iubetq; in Christum
credere , id quod solum nos coram Deo iustificat & acceptos reddit. His
assimiles sententias & testimonia de uocatione gentium ad gratiam Euan-
gelicam multa passim extant , ut Psalm. ii. xvij. xviij. xxi. xl. lvi. lxij.
lxvi. lxxi. lxxxv. xc. ci. cvi. cxvi. Item Esaiæ iiij. ix. xi. xxvij. xlj. xlix.
li. liij. lv. lx. lxv. lxvi. Item Hieremiaciij. xvi. Hoseæ i. ii. Micheæ
iii. v. Zephoniæ ii. iiij. Zachariæ ii. viij. ix. Matthæi ii. xxi. xxvij.
Lucae ii. xiiij. Ioannis x. Actorum ii. x. xi. xiij. xiiij. xv. xvij. xxij.
xxvi. xxvij. Romanorum ii. iii. ix. x. xi. xv. Ephesiorum ii. iiij.
Colossensium i. i. Thessalonicensium ii. i. Petri ii.

Sequitur in prophetia.

NON CLAMABIT NEQ; TOLLET , scilicet , uocem suam.
Id est , Christus ueniet non in morem principis alicuius præferocis fastu-
q; turgentis , aut Tyranni vires ac potentiam suam ostentantis , omni-
busq; metum ac terrorem incutientis , sed ueniet in morem mansuetissimi
& humanissimi Doctoris alicuius , ut qui sit regnum suum mansue-
tudine , facilitate , clementia , comitateq; apparatus & gubernaturus ,
Ideoq; uox eius non ferox , non minax , non aspera , non saeuane crude-
lis erit , sed blanda , suavis , amena , iucunda , grata & amabilis , nihil
habens eius insolentiæ , ostentationis , fastus , ferociæ , quam præ-
se ferunt principes huius mundi ; qui si quo se conferunt , et iter faciunt ,

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT:

magno satellitio stipantur, magnus circa eos est strepitus actumultus equitum ac peditum, tympanorum, taratatararum, magnus tubarum, cornuum, buccinarumq; clangor, ita ut nemo non timore quodam perculsus ad strepitum eum obstupecat & perhorrescat. Nihil huiusmodi strepitus actumultus audietur in Christo: non clamabit, nullum uocis asperitate aut insolentia sœuiscq; dictis protelabit, nullum fastu ac supercilie quodam tyrannico cōtemptum & perterrefactum a se abiger, sed mansuetudinem, modestiam, humanitatem, et comitatem incredibilem & summam præferens omnibus se facillimum dabit, omnibus se ex positissimum & officiosissimum exhibebit, omnes ad se inuitabit. Nec capabit auram populi, nec uulgi plausum ambibit, nec uanarum mundi gloriae tumidus omnia ad ostentationem faciet, ut huius mundi principes, sed omnis gloriæ humanæ contemptor, honores etiam debitissimos fugiet, omnem uulgi plausum, omnem mundi gloriam respuet, id quod hoc ipso satis dedecuit, quod multis maximisq; miraculis æditis, multos sanitati restituës, suęq; potentię maiestatem erga miseros & calamitosos affatim exerens, serio ac seuere interminatus est, ne se manifestum facerent, Matthæi xij.

CALAMVM QVASSATVM &c. Mundanorum principum pompa, strepitus ac potentia terret pauperes, afflitos, humiles, & calamitosos, sed Christus talis est Dominus ac princeps, talis Doctor, qui neminem terret, nihilq; præse tyrannicum ac sæuum fert. Moses lege sua perterrefacit meticulosas ac pauidas conscientias. Vox illius sequa est & truculenta, doctrinacq; eius durissima & grauissima. Exigit enim à nobis summam innocentiam & obedientiam erga legem Dei, quam non præstamus, nec uiribus præstare nostris possumus, atq; ob id sententiam horrendam fert contra nos, æterna maledictioni nos subiectiens. At Christus nihil aliud loquitur, nihil aliud sonat quam blanda, amabilia, grata, suauia, iucunda & ingenti consolatione perterrefactas & consternatas mentes afficiens. Vox illius est Euangelium, hoc est, lœtissimum, iucundissimum, & suauissimum nuncium, nihil aliud conscientijs anxijs occinens, quam gratiam, consolationem, peccatorum remissionem, & benedictionem. Non rejicit nos propter imbecillitatem nostram, non repudiatis nos propter uacillantem aliquando fidem nostram, non repellit nos propter infirmitatem qua adhuc laboramus nō exigam, sed uocat & inuitat nos ad se ultro, ut nos consoletur, refocillet, iuuet, confirmet & aduersus omnes tempestates muniat. An nō blandissima hæc ipsius & suauissima vox est apud Matth. cap. xi. Venite ad me Omnes qui laboratis & oneraatis, & EGO refocillabo uos, Tollite iugum meum super uos, & dilecte a me quod mitis sim & humili corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum commodum & onus meū leue est. Et Matth. ix. comparat se medico. Nam cū cibum caperet cū publicanis & peccatoribus, & ob

Christicum
Mose collatio

& ob id Pharisæi murmurarent, nihil minus ipsum decere, nec fas esse, ut
commercijs quippiam cum ihs haberet, eosq; in totum rei ciendos ac dam-
nandos esse, iudicantes, Christus respondens ait: Non opus habent i; qui
validi sunt medico, sed qui male habent, Non ueni ad uocandum iustos,
sed peccatores ad poenitentiam. Et quid quo; alius præ se fert Christus
per totam Euangeli; historiam q; inauditam humanitatem, incredibilem
comitatem, inexhaustam benignitatem, immensam bonitatem, infinitum
studium, ac summam benevolentiam in homines pusillanimes, mœstos,
calamitosos, morbis conflictantes, contemptos & abiectos. Quem quo;
propter infirmitatem repudiauit: quem propter humilitatem & uilitatem
contempnit: cui non opem petenti adfuit: An non humanissime recepit &
tractauit Petrum quamvis ipsum abnegasset: An nō facillimum, mansue-
titus & benevolentissimum se exhibuit Zachæo, Magdalena, Samari-
tanæ adulterg, loan. viij. Iatroni in cruce, alijsq; multis: Hi ac similes his,
sunt calami illi quassati & lina fumigantia, qui non terrendi, nō frangen-
di, non extinguedi, sed consolandi, corroborandi, refocillandi a crestau-
randi sunt. Id p; facit Christus, humanissime & tenerime tractans eos qui
infirmitate laborant, qui peccatorum suorum grauitate premuntur, qui
aduersis franguntur aut alio quoconq; tandem malo & incommodo duro
conflictantur. Hos blande & ulro ad se in uitatos suscepit, hos refecit, his
medetur, hos restaurat & confirmat, præ senti auxilio iuuat & liberat. Ac
talem eum future longe ante predixit prophetes psalmo Ixxi. Iudicabit pa-
peres populi & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniato-
rem. Liberabit pauperem a potente, & pauperem cui nō erat adiutor. Par-
cet pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet. Hoc etiamnum
quotidie facit per ministros suos, qui Euangeli; pauperibus Spiritu
annunciant. Sequitur. IN VERITATE EDVCET IUDICIVM.
Habet & mundus suum iudicium, sed id ualde hallucinatur & fallit,
quia ea tantum uidet quæ oculis sunt exposita. At Christus intimos re-
cessus cordis & penetralia secretissima pectoris perspicit, & ipsum cor ho-
minis iudicat. Mundus hypocritam aliquem, cuius cor liuore, odio, ambi-
tione madet, alijsq; uicijs ac cupiditatibus foedissimis inquinatissimum
est, saepet falso iudicans putat sanctissimum & innocentissimum hominem
esse, ac iam in terris angelicam ac diuinam uitam uiuere. Christus uero
non iudicat iuxta faciem & externam speciem, eiusq; iudicium minime
fallax, sed certissimum est. Eoque ipso docet, ut & nos, & alios iudi-
cantes non externam faciem, sed interiora, cor ipsum, introspiciamus &
examinemus. In nobis ipsis enim primum diligenter considerandum te-
trum & deformi illud uicum, omnium uiciorum seminarium, cæcus
amor nostri, seu philautia, & cordis diffidentia seu incredulitas, animus
omni D E I timore, dilectione, & fiducia in D E V M uacuus.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT:

Cum hæc capitalia ac summa uitia, hi morbi, hæ lernæ suffocatæ & continxæ strangulatæq; sunt, tum externa illa mala opera facile pelluntur.
NON ERIT TRISTIS (uel morosus seu intractabilis) **NEQ; TVR**
BVLENTVS, id est, Non tumultuabitur, non sœriet, non asperitate & tristitia uultus abalienabit a se homines, nec ulla uerborum insolentia ac ferocia querquam offendet, sed humanitatis, clementiæ, moderationis ac mansuetudinis summum & perpetuum illi studium erit, breuiter nihil non faciet, nihil non tentabit, ut iudicium in terra ponat, hoc est, ut suum opus perficiat, ut demandate sibi functionis munus diligenter obeat & absoluat, ut iudicium & iusticiam in terris instituat & adornet, Iere. xxij. hoc est, impietatem scelera ac flagicia corrigat, accuset, emendet, puniat, tollat, pietatem & uirtutem doceat, instillet, prouehat, & cōmendet omnibus, ut quod malum est fugiant, quod bonum est faciant. Sequitur.

LEGEM EIVS, INSVLÆ EXPECTABVNT. Hoc est, Doctrina eius latius extēdetur, incipit plures regiones propagabitur, quam Mosi Doctrina, quæ intra Iudaicæ tantum terræ limites continebatur. Huius uero Doctoris doctrina longe spargetur latius: Nam & Gentes quæ per insulas significantur eam expectabunt & expecent, hoc est, per totum orbem dilatabitur. Vox Hebræa Thorah quam interpres Legem uerit, doctrinam etiam significat, & sic non incommoderandi potest. Est itaq; Thorah siue Doctrina Christi, saluifica illa Euangeliæ doctrina, uera nobis gaudia, ueras cōsolationes adferens, & ad omnes casus ac motbos præsentissima auxilia ac remedia suppeditans.

Mattheus cap. xij. hanc prophetiam adducens, in fine dicit, In nomine illius gentes sperabunt, iuxta uersionem græcam Septuaginta interpratum, qui rectissime reddiderunt sententiam prophetæ: Nam in Euangelio Nomen Christi depredicatur & decantatur præsentissimum & unicum esse in omnibus malis & necessitatibus auxilium, præsidium, profugium & salus, uti & Petrus Cornelio ethnico homini uiam salutis monstrans ait: Act. x. Omnes prophetæ testimonium de Christo ferunt quod remissionem peccatorum accepturus sit per nomen eius, quisquis credit in eum. Necq; enim per ullum aliud nomen remissio peccatorum contingit quam per nomen Christi. Ex meritis nostris non condonantur nobis peccata, sed propter sola duntaxat Christi merita. Hæc sola nobis adserunt peccatorem remissionem. Christus solus, nec alius præter Christum, nostra iusticia est, primæ Corinth. i. Sed uideamus explicemusque & sequentia uerba prophetæ de Christo, ex hoc eodem cap.

HAEC DICIT DOMINVS DEVS, CREANS COELOS & EXTENDENS EOS, FIRMAN TERRAM & QVAEGER MINANT EX EA, DANS FLATVM POPVLO, QVI EIT SVPER EAM, & SPIRITVM CALCANTIBVS EAM. EGO DOMINVS

DOMINVS VOCavi TE IN IVSTITIA, & APPREHendi
MANVM TVAM & SERVAvi TE, & DEDI TE IN FOE-
DVS POPVLI, in lucem Gentium, ut aperires OCVLOS cæcorz,
& EDVCERes DE CONCLVSIONe uinctum, de DOMO car-
ceris Sedentes IN TENEBRIS. &c.

Vide quam graphice, quam belle et blande nobis Deus Pater hic de-
pingat filium suum Christum, quam egregie illius personam & officium Christi offici
um & persona
describat. Non dicit eum futurum Mosen aliquem iracundum & impe-
rious, aut principem seu regem aliquem præferocem, fastu turgentem,
& tyrannico supercilio omnes perterrefacientem, talem filium suum futu-
rum non dicit, sed humanissimum & officiosissimum aliquem Doctorem
& monitorem, qui nihil studeat, nihil meditetur aliud, quam ut a via de-
flexos in uiam reuocet, ignaros ac rudes doceat ac formet, erroribus impli-
citos, ad ueritatem, (per quā liberi fiant, Ioan. viij.) ducat, pusillanimes,
anxiros, moestos, doloribus affectos, ad desperationem sollicitatos, et me-
tu confernatos cōsoletur, erigat, roboret, restauret, certos de gratuita dei
misericordia & immensa gratia reddat, ex omnibus cum corporis tum ani-
mæ periculis & calamitatibus liberet. Ne quis aut de tantis rebus, de tan-
tis tam eximijs & infinitis beneficijs, quæ hic per Christum promittit, am-
bigat, ante commemorat potentiam illam suam summam & immensam,
quod sit Dominus is qui omnia cōdiderit, quiq; omnia cōseruer, foueat,
ueget, gubernet ac regat. Si hoc potuit, potest & ea, quæ hic promittit,
præstare. Quasi diceret: quam hoc certum est quod cœlum & terram con-
didit, tam indubitatum est, me Christum uocaturꝝ seu missurum in terras.

EGO DOMINVS VOCAVI TE IN IVSTICIA.

Nos eramus iniusti omnes, tamq; omnis iusticiæ expertes, ut necesse
fuerit mitti nobis aliquem, tanta iusticia præditum, ut diuine iusticiæ pro-
nobis satisfacere, nosq; uerā iusticiam docere & cordibus nostris inscri-
bere & indere eā posset. Is est Christus ille Dei filius, in cuius ore inuētus
dolus nō est, omnis ille iusticiæ autor, & ueræ iusticiæ expressissimum ex-
emplar, imo ipsissima & uerissima iusticia. Is nos summo iure sua illa iu-
sticia a Sathan æ tyrannica potestate & omnibus iniurijs redemit. Eumq;
Deus uocauit ut nos ueram iusticiam doceret, nec doceret tantum sed &
donaret. Extra eum enim nulla usquam est iusticia.

ET APPREHENDI MANUM TVAM & SERVAVI TE &c.

Quamuis sit Christus lapis offensionis, & signum cui contradicitur,
Lucæ ij. cum Sathan & mundus omni sua potentia, sapientia, & hypo-
critica sanctimonia coniunctis copijs se illi opponant, tantis uiribus, tan-
to impetu ac conatu, ut sæpe misera sit Ecclesiæ ueræ facies, et parum ab-
esse, quin Euangelium opprimatur & deleatur, nec a tantis aduersarijs, in
fructis potentia, insidijs, molitionibus, dolis machiniscq;, sibi cauere

DE CONC. CHRI. AD DIS C. EMA V M EVNT

& consistere posse videatur, nihilo secius tamen Christus, et uerbum eius,
& omnes qui eius uerbo credunt, persistent, adq̄ summam gloriam pro-
uehentur: Aduersarij uero Christi & Christianorum, tandem istis suis
moliminiibus in extremum adducti periculum & exicum, miserrime &
horribiliter extinti, in æternum peribunt. Necq; enim hic humanæ uires
ac potentia cōtra homines certat, (alioqui uictoria esset futura incerta, et
caussa nostra nō satis firma nec stabilis) sed hic est omnipotēs manus Dei
Patris, qui omnia creat & conseruat, is seruat & apprehendit Christum,
ideoq; nunq; euerti, nunquam loco moueri, nunq; e medio tolli potest.
Quis eum ex illius manu, qui condidit omnia, qui cunctipotens, qui ter-
nus est, extorquebit? Hæc maxima consolatio est Ecclesiæ, magno hinc
terris contemptu laborantis, in tantis periculis constitutæ, in medio lupo-
rum habitantis, tot aduersariorum insidijs, dolis, technis, ac machinis cir-
cumuentæ atq; expositæ. Quamuis autem Ecclesiæ Catholicæ rexet Do-
minus citra mundanum illum strepitum in hunc mundum ueniat, ut do-
ctor, ita ut mundus opinetur nihil in eo potentis, nihil uirium, nihil præ-
sidij aut auxiliij esse, tamen maxima et inuictissima potentia, uerum & præ-
sentissimum præsidium et defensio a nostris partibus est, nimurum, Dei
ipsius Dextera, quæ Christum et omnes in Christum credentes appre-
hendit, tuetur, sustentat, corroborat et seruat.

ET DEDI TE IN FOEDVS POPVLI.

Vt maxime Christus & Ecclesia Christi coram mundo despabilis
sit nullamq; speciem habeat, tamen hic uera fortitudo, summa securitas,
fidissima munimenta, ac firmamentum solidissimum est: Deus se fu-
rum patrem nostrum, secq; in filios nos recepturum promisit. Et ne despe-
raremus, ne de tam immensa gratia addubitaremus, ne de paterno illius in-
nos animo ac propensiissima uoluntate quicquam haesitaremus, unicum
filium suum pignoris oblidisque loco dedit, eoque foedus gratiæ promisse
nobis sanxit ac firmauit. Quo maiore ac precioso more pignore, quo san-
ctiore foedere fidem suam nobis de promissa gratia firmaret? Christus
Dei unicus filius & Deus uerus ad nos uenit et reconciliatio nostra factus
est. Per hunc omnes Dei promissiones sunt etiam et Amen. ij. Corind. i.

IN LVCEM GENTIVM.

Sic et Spiritus sanctus per Simeonem dicit: Lucæ secundo, Viderunt
oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum,
Lumen ad revelationem gentium et c. Et Ioan. primo, Erat lux isla lux
uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in mundum. Et cap.
xiiij. ait Christus, Ego lux in mundum ueni, ut omnis qui credit in me in te-
nebris non maneat. Observabis itaq; hic, quod ubi Christus non est, ibi
inimicitia contra Deum sit.

Vt aperte res

VT APERIRES OCVLOS CAECORVM. &c.

Hoc Christus præstítit cum corporaliter tum spiritualiter. Nam usi
oculorum orbatis, uisum restituit corporaliter, & spiritualiter quotidie
nos oës, qui cæci sumus, hoc est, qui nec Deum nec nos ipsos cognoscim
us, propter lapsum Adæ corrupti & excæcati, illuminat uera cognitio
ne Dei & nostri. Eripit item nos e captiuitate Sathanæ, qui capti & uincti
eramus a lege, peccato, morte & diabolo. Ab his hostibus immanissimis
nos liberat per ueritatem suam, si uerbo ipsius auditio credimus.

Similem Prophetiam habemus Esaiæ xlix. ubi itidem propheta uatici
natur defuturo regno Christi, quod non carnalis Dominus seu Princeps
aliquis huius mundi, sed spiritualis princeps & Doctor Ecclesiæ suę sit fu
turus. Verba prophetiæ hæc sunt.

AVDITE INSVLAE, & ATTENDite POPVLI DE
LONGe. DOMINVS AB VTero VOCAVIT me, de Ven
tre MATRIS Meæ RECORDATVS EST NOMINIS Mei,
& POSVIT OS MEVM QVASI GLADIVM ACVtum,
VMBRA MANVS SVæ PROTEXIT ME, & POSVIT me
SICVT SAGITTAM ELECTAM, IN PHARETRA AB
SCONDIT me, & DICIT MIHI: SERVVS meus es TV IS
RAEL, QVIA IN TE GLORIABOR. ET EGO DIXI:
IN VACVVM LABORAVI, SINE CAVSSA & VANB
FORTITVDINEM MEAM CONSUMPSI, QVAMVIS
IVDICIVM MEVM CVM DOMINO & OPVS Meum
CVM DEO MEO. ET NVNC Hæc DICIT DOMInus,
FORMANS Me EX VTERO SERVVM SIBI, VT Redu
cam IACOB AD EVM & NE ISRAEL e Medio TOLLA
TVR. HINC GLORIFICATVS SVM IN OCVLIS
DOMINI & DEVs Meus FACTVS est FORTITVDO
mea. ET DIXIT: PARVM EST VT SIS MIHI Ser
Vus AD SVSCITANDAS TRIBVS IACOB & FECES
ISRAEL CONVERTENDAS, SED DEDI TE IN LV
CEM GENTium VT SIS SALVS MEA VSq; AD EX
TREMVM TERRÆ &c.

Audimus & hic quod Christus ut Doctor a patre missus, ad se uocet
non Iudeos tantum sed & omnes gentes in terris. Ne quis autem uili &
humili specie, quam apud nos gesturus erat, offenderetur, ideo uocatio
nis suæ meminit, quod ab utero Deus pater ad hoc ipsum uocarit, ut Ec
clesiæ Doctor esset. Ob id dicit, Os suum esse gladium acutum, hoc est, se
esse doctorem talem cuius doctrina efficax, energetica & potens sit, quæ
moueat, rapiat, afficiat, innouet, mutetq; homines, quæq; intimos cordis
recessus exploret, & penetralia pectoris absconditissima penetreret, iuxta

DE CONC. CHR I AD DISC. EM AVM EVNT.

illud Pauli, Hebræorum quarto: Viuus est sermo Dei & ^{ἐνεργής οὐ τομέας} τερpos τῶς ταῦτη μαχαίρας δισκών, efficax & penetrantior quo quis gladio u' trinque incidente, ac pertingēs usque ad diuisionem animæ simulacris spiritus compagumque et medullarum, ac discretor cogitationum et intentio'num cordis, nec est ulla creatura quæ non manifesta sit in conspectu ilius. &c. Recte itaque et uere os siue doctrina eius dicitur gladius: Excutit, ad uiuum resecat, examinat, & inuestigat omnia diligentissime: accuratissime, amputat prauos animi affectus, uiciorum hulcera ac cupidiatum apostemata purulentissima aperit, medullam & ossa hominis, hoc est, totum hominem renouat & mutat, Eodemq; suo gladio, hoc est, uterbo suo potenti Sathan regnum, cęlo toto illius exercitu, peccatis scilicet, lege & inferno, subruit & euertit.

Os siue doctrina Christi

Est et doctrina eius certa, firma, irrefragabilis, constans, inconclusa ac potens, ut sagitta, quæ missa teneri aut impediri e medio uolatu non potest, quæque ipsum scopum attingens collimat nec usquam aberrat, sic & doctrina eius e medio cursu reuocari non potest: est & certa, indubitate, ualida & potens, aduersarios protelans, et ceu uibrante et acuta sagittare, torquens & dissipans omnia, ita ut nec consistere nec mutire contra quisquam possit. An non Matthæi xxij. Pharisei & Sadducœi ad doctrinam illam præpotentem & diuinam Christi obmutuerunt, ita ut nemo potuerit ei respondere quicq; neque ausus fuerit quisquam ex eo die eum amplius interrogare? Non enī talis erat Doctor, quales fuerant ministri ipsius, Moses & sacerdotes ueteris Testamenti seu Legis, non sic docebat quemadmodum illi, sed uti Dominus ipse, qui & autoritate & maiestate personæ tum doctrinæ suæ ualens & eminens aduersarios facile uincere, & retundere, frangere, atque animos eorum ita percellere potuit, ut uel obturato ore confunderentur, uel admirabundi obstupescerent, quod & Ioannis septimo accidisse legimus, ubi ministri Phariseorum & principum sacerdotum interrogati quare non apprehensum adduxerint Christum, responderunt, Nuuquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Missi erant ut captum adducerent, sed cum audissent loquentem, orationis maiestate & diuinitate quasi consternati manus ei iniūcere, nec illi uim ullam facere poterant.

Herodes in cunis C H R I S T V M interfecisset, et Iudei nihil aliud moliebantur singulis pene horis, quam ut ipsum e medio tollerent, sed hora ipsius nondum uenerat. D E V S Pater umbra manus suæ protegebat eum.

Est & seruus D E I propter seruicia, officia seu ministeria, quæ nobis exhibet & præstat, uidelicet, quod peccata nostra portat & dependit, uitam p; suam propter nos profundit, quod & ipse de se dicit: Ioannis de' cimoquarto, Sicut mandauit Pater sic facio. Item Ioan. xvij: Pater ego te glorificau'

glorificaui super terram, opus consummaui quod dedisti mihi ut facerem.
Vocat autem pater eum Israel, eo quod uerius & fortior meliorque Israel
futurus esset quam Iacob. Siquidem filii & posteri Iacob magna ex parte
carnalis erant Israel, qui Deum non glorificat. At Christus ueros Israelitas
gignit, qui robusti ac fortes sunt in Deo & cum Deo, per quos & nomen
Dei glorificatur.

Sed statim queritur Christus, quod hoc officium et ministerium suum
nobis oblatum & praestitum, tam pauci agnoscant, quodque fidele hoc
beneficium & ministerium ultroneum suum in multis male collocetur ac
pereat, ueluti & Ioannis primo scribitur: In sua uenit & sui eum non rece-
perunt. Queruntur idem & Apostoli Esaiæ quinquagesimotertio. Quis
credit auditui nostro? Hoc tamen se consolatur, quod caussa & opus hoc
Dei Patris caussa & opus sit, qui ad exitum id sit perducturus, & usque ad
finem suos seruatur, lætacque Catastrophe negotium absoluturus, sicque
Euangelij cursum moderaturus, ut fructum tamen suum faciat, nec ua-
cuum redeat, quantumuis pauci videantur, eorum qui uere id ament.
Deus nouit suos in quibus Euangeliū efficax est. Ut maxime magna
hominum pars, ipsum audire non sustinet, inque errore pereat, aliqui
tamen liberantur & seruantur, qui Euangelio credunt, ad quos ipsum Pa-
ter misit, ne totus Israel periret. Et ut maxime non omnes Iudæi ipsum
recipere uoluerint, non propterea nemo ipsum recipiet, imo Deus Pater
plures etiam interris homines habet, inter quos ipsum glorificare uult.
Nam & gentium omnium, quæ orbem hunc uastissimum incolunt, ma-
gister, Doctor & saluator futurus erat.

Huius prophetiae uerba Paulus & Barnabas Actorum decimotertio,
citant magna parrhesia contra obstinatos ac contumaces Iudæos in Anti-
ochia Pisidiæ agentes, qui contradicebant his quæ a Paulo dicebantur.
Sed sumpta fiducia Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat pri-
mum loqui sermonem Dei, sed quoniam repellitis illum, & indignos
uos iudicatis æterna uita, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim nobis
præcepit DOMINVS: Posui te in lucem Gentium ut sis salus usque
ad extremum terræ. De hac uocatione Gentium loquitur Paulus & ad
Ephesios capite tertio, ubi dicit Gentes cohæredes & eiusdem corporis
τοιμλησόντας καὶ συστημα καὶ συμμέτοχα consortesque promissionis eius in
CHRISTO per Euangeliū.

Et Esaiæ Capite sexagesimo primo ait CHRISTVS: SPIR-
TVS DOMINI SVPER ME, EO QVOD VNXERIT
ME, AD ANNUNCIANDVM MANSVETIS (uel humili-
ibus) MISIT ME, VT MEDERER CONTRITIS CORDE,
& PRAEDICAREM CAPTIVIS INDVLGENTIAM, &

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT

CLAVSIS APERTIONEM, VT PRAEDICAREM AN
NVM PLACABILEM DOMINI & DIEM VLTIONIS
DEI NOSTRI, VT CONSOLARER OMNES LVGANTES,
VT PONEREM FORTITUDINEM LVGENTIBVS IN SION, & DAREM EIS CORONAM PROCLINERE,
OLEVM GAVDII PRO LVCTV, PALLIVM
LAUDIS PRO SPIRITU MOERORIS, & VOCABVNTVR IN EA FORTES IVSTICIAE, PLANTATIO DOMINI AD GLORIFICANDVM.

S. Lucas scribit in historia Euangelica sua cap. iiiij. Christum aliquando in ciuitate Nazareth in Synagogam die Sabbathorum secundum consuetudinem suam intrasse, & surrexisse ibidem ut legeret, eic平 traditum librum Esiae prophetae, quem cum explicuisse, inuenisse locum hunc Esiae modo citatum, quo lecto librum complicatum reddidisse minister ac resedisse. Omnimq; oculos in Synagoga in eum defixos fuisse, illumq; ccepisse dicere ad eos, Hodie impleta est haec scriptura in auribus uestris. Et omnes testimonium illi dedisse & miratos esse super gratia sermonum, qui procedebant ex ore ipsius. Atq; ita Dominus prophetiam hanc sibi applicat, cui etiam soli competit. Describitur autem hic non ut mundanus aliquis potentia praezellens Rex, sed uti doctor & minister, qui in hoc mundo seruilem quandam condicionem atq; ministeria obeat, quic平 oia studia et conatus, huc destinet & dirigat, in hoc summa cura, diligentia, sollicitudine & assiduitate incumbat, ut miseris, afflictis, mero re ac dolore grauatis adsit, seruat, eosq; redimat & seruet.

ANNA.

Insignis profecto & memorabilis haec prophetia est & digna quae diligenter expendatur, quamq; p;ij omnes penitissime animis affixam semper meditentur. Quare rogo ut singula eius uerba, itidem uti in prioribus fecisti, ordine perpensa consideres & explices, ut & melius intelligantur & diligentius considerata animo tenacius infigantur & hærent.

VRBANVS.

Describit hic Esaias Christum supra quam dici potest graphice, lucis lenteq; & uerbis ijs unde eximiam & summam consolationem concipere possumus. Inspiciamus itaq; ordine uerba singula, uti petis. Quod dicit propheta in persona Christi, SPIRITVS DOMINI SVPER MB &c. eo significat sea DEO Patre coelesti in facerdotem & doctorem consecratum, unctum, & initiatum esse, ne dubitemus omnia ea quæ C H R I S T V S loquitur et facit, Spiritus sancti uerba et opera esse.

Hinc dicit,

Propterea

PROPTERA VNXIT ME DOMINVS.

Reges & Sacerdotes in Lege ad functiones suas assciti inungebantur, Ideoque et C H R I S T V M, quia uerus & æternus Rex summus, que Sacerdos erat, inungi oportebat, sed non oleo, quo corpora delibera redduntur, sed Spiritu sancto, plenitudine omnis gratie, de qua unctione loquitur Psalmus quadragesimus quintus. Ut autem sciremus qualis eaunctio, & qualis Rex ac Sacerdos C H R I S T V S futurus esset, ideo addit.

AD ANNUNCIANDVM HUMILIBVS siue AFFILI
CTIS SEV AD EVANGELIZANDVM PAUPERIBVS
MISIT ME.

Iudæi a spiritu illo suo uertiginoso delusi conceperunt fatuam, & sto-
lidam opinionem de suo Messia, quod uenturus sit mundana & corpora
li magnificentia, splendore ac strepitu turgens & hostibus metuendus, uti
Reges in terris, quodque in terris his corporaliter sit imperaturus, omnia
que bona Iudæis affatim in his terris largitus, ut omni uoluptatum ge-
nere abundant, omnibus corporis cōmoditatibus affluant, ut totius mun-
di Domini sint. &c. Talis est C H R I S T V S Iudaicus, et bellus, si
dijs placet, hic C H R I S T V S est. Quanquam error hic non tan-
tum Iudæorum animos, sed et quorundam nomine duntaxat non re Chri-
stianorum occupauit. Siquidem nunc C H R I S T O iam in lucem reuo-
cato et Euangelij doctrina ubique illucescente, multi reperiuntur tam car-
nalibus adhuc cordibus homines, qui in C H R I S T O & Euangeli-
o nihil querunt & expectant aliud, quam terrenas opes, tranquillitatem, o-
cium, curarum uacuitatem, dignitates, honores, omnium rerum affluen-
tiam. Atque ita Iudaizantes fingunt sibi Iudaicum et carnale aliquem
C H R I S T V M, qui in histeris corporis commodities ac uolupta-
tes largiatur, quales fuerunt & illi in Capernaum Ioannis sexto, qui
C H R I S T V M sectabantur ob id tantum, quod paſceret eos panibus,
uentresque eorum exatiaret. Fidei & spiritualium aeternorumque bono-
rum, quæ C H R I S T V S donat, nulla apud eos erat ratio. Sic faciunt
& cibo alieno insidiantes. De gratia D E I, de uera iusticia ac pietate,
de bona & sana conscientia nihil sciunt, nec earum rerum studio ullo te-
nentur, sed sicubi nouerunt homines Euangelice ueritatis amantes ac stu-
diosos, eosle conferunt, sic apud se cogitantes: Nunc belle mecum age-
tur, nunc rebus & ocio meo consuletur, hic corradam tantum nummorum
undeme alam, ne mihi laborandum sit, illorū subsidium & piā stipem ef-
flagitabo. Non deerunt mihi sua opera, liberalitatem suam in me exerent,
liquidem Euangeliū mutuam charitatē docet, quæ liberalis, benigna, &c

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

ad omnes subleuandos, & prouehendos semper propensa & exposita est.
Multi sunt talium nebulonum & mendicabulorum hoc tempore, qui
non Euangeli gratiam, sed ocium & uictum sectantes ad Euangelicos se
conferunt, seque sub Euangeli nomine uendant, falso Euangeliū p̄ae
tendentes, eiusque cauſa ſe in pericula & eam paupertatem deueniſſe,
luisque facultatibus ſpoliatos eſſe mentientes, hoc p̄aetextu pietatis mul-
tos bonos decipiunt, qui ex officio charitatis ope, opera & quibuscumque
poſſunt officijs eos iuuant, uictum & amictum ſuppeditantes ac num-
mos etiam largientes. Hoc genū hominum, omnia loca, in quibus Eu-
angeliū docetur, perreptantium, non aliam ob cauſam amat Euange-
liū quam ob uentris in ocio atendi ſtudium. Nisi Euangeliū p̄aetenu-
ociosos iſtos uentres ſaginarent, extreme Euangeli doctrinam contene-
rent ac conſpuerent. Nihil hic ſingo, Scio quid ſcribam. Nouimul-
tos qui hac Euangeli ſpecie, ab iſtis alienæ mensæ muſcis & gaſtreuange-
licis, ob uentrem tantum & ocium Euangelicos ſe falso profitentibus de-
cepi, multo argento his fraudibus emuncti ſunt. Cum Sathan in mem-
bris ſuis hanc ignominiae notam inurere Euangeli, & hac etiam parte
id deformare non cefſet, qua poſſumus occurrentum eſt huic offendici.
Io, erroresq; iſti prodēdi, illorumq; fraudes & auctupia alijs omnib. ſigni-
ficanda ſunt, ut quisq; ſibi hic caueat, nec omnibus Euangeli titulo ſe uen-
ditantibus, & hoc p̄aetextu mendicantibus, facile ſuo detrimento fidem
habeat. Fit hoc ſepiſſime, ut ad eos qui Euangeli fauent, ueniant ero-
nes iſti, misereq; eiulantes querantur ſe propter Euangeli professionem
ciuitate exactos, domo, agris, omnibus facultatibus electos, &c. atq; ita
Sanctum hoc Euangeli nomen ſuæ impietati ac conceleratae uitæ p̄aet-
texunt, eocq; ad explendos uentres & cupiditates ſuas abutuntur, obſe-
crantes per Christum, per Euangeliū, per muſuæ charitatis ac pietatis
officium, ut ſubleuentur. Nec contenti ſunt mediocri aliqua eleemosyna,
nunc pecunias, nunc uictum, nunc uestes, nunc commeatum, nunc alia at-
que alia, ſuo quaſi iure, efflagitantes, improbitate ſua nihil non impe-
trant. Vbi liberalitate eos iuuimus, ubi diu aliuimus & ſouimus, tandem
comperimus errores, & impoſtores eos eſſe maximos, & profligatili-
mæ malicie homines, nihilque minus, quam id quod p̄aetendunt.
Magna eſt horum nebulonum & oclororum hominum ubique nunc
copia. Quidam ex hiſ ſtatim ad ipsos Concionatores ſe confe-
runt, eosque improbis precibus cogunt, non tantum ut
ipſi dent & iuuent, ſed ut ex alijs quoque ciuibus & ex publico etiam, ſub
C H R I S T I nomine, pecunias, quibus uere pauperes alieni
di erant, corradiant. Nullus fere calo & lixa, nullus circumfora-
neus, nullus fere popinio, helluo & lurco eſt, qui non falſa ſpecie hac
& p̄aetextu

Carolostadt
ani
Anabaptistæ

& prætextu Euangeli se uenidet & alat. Et, quod profecto mirandum est, Carolostadiani & Anabaptistæ, qui infinitam quandam & inuincibili lem patiētiam, summamq; moderationem, temperantiam, et modestiam profitentur, ac singularem miramque sanctimoniae speciem præ se ferunt, ubi propter errores suos perniciosissimos pulli ad nos ueniunt, nunquam expleri possunt, nunquam satis pecuniaæ illis suppeditari potest, nullum est diuersorum, quod boni consulere possint ac uelint, et delicati fastidiosicq; homines non quemuis cibum sed exquisitissimum & laudissimum sibi proponi uolunt. Pessimum est & teterimum genus hoc hominum. In fide periculosisssime mente corrupti errant, pestilentissimas & seditiosissimas opiniones obstinatissime & prefractissime tuentes, aut certe clam apud se fouentes. Præter hæc, uita & mores eorum tam incommodi, tam insulsi, tam insciti, tam inconcinni, tam agrestes, tam horridi sunt, ut barbarissimæ etiam gentes Turcæ ac Iudei uitæ ac morum honestate & commoditate illis anteerant. Tales cum sint, nihilo secius tamquam illorum extrema et effrons impudentia, improbitas, impietas et malicia est, sub nomine CHRISTI, Euangeli titulo, in ocio uiuere, se ali, foueri, uestiri, nihil non officij sibi studijque præstari uolunt et postulant, atque ita nihil amplius nec aliud in CHRISTO querunt quam temporalia hec bona et huius uite commodities ac uoluptates, perinde ut ludorum il lud uulgas, nec Euangeli ullo studio tenentur, nec id ex animo expetunt et amant, quod argumentis minime fallacibus in plurimis deprehensum est.

ANNA.

Vbi CHRISTVS uersatur & docetur, ibi et Iudas sit oportet, qui nullius rei quam marsupij sui curam agit, nec aliud cogitat quam de ex plendis loculis ac uentre, quomodo, quibus artibus, technis, fraudibus, ac dolis triginta argenteis ditetur, insontemque CHRISTVM prodat. Idem faciunt nunc fanatici isti et dementati ueruginosique Spiritus. Nec illi tantum, sed idem fecerunt ac faciunt Papistæ. Quid enim queso STO quesiuerunt?

VRBANVS.

Valeant male feriati homines isti. Nos ad Prophetæ uaticinij explicacionem redeamus.

ANNA.

Hic facillimam habebis me. Malo enim audire de CHRISTO DOMINO meo, quam illorum flagicia ac sclera, fuso religiosis & Euangelicæ professionis ad tempus quidem tincta & occulta, sed nunc tamen sepe prodita. Redito itaque ad uaticinum.

VRBANVS.

Esaias longe alium facit CHRISTVM, longe eum alijs coloribus depingit, quam fanaticum & stolidum hoc hominum genus. Non dicit eum regio splendore & magnificentia superbiturum, nec uentri tantum consulturum, uoluptatum alimenta & materiam suppeditaturum, sed dicit eum uenturum in morem Apostoli & Concionatoris, qui uerbo & Spiritu regnum suum sit administraturus. Ne uero omnino quicquam magnificentiae & pompae carnalis fastusq; & insolentiæ mundanæ in eo spectemus, ideo ait Esaias quod mansuetis, hoc est, afflictis, calamitaribus, miserijsq; pressis, nunciaturus læta, seu Euangelizaturus ueniat. Mundani Reges ac principes nihil rei nec commercij habent cum debilibus, uilibus, contemptis, surdis, claudis, cæcis, moestis, pauperibus, calamitosis & afflictis ægrotiscq; sed delectantur consuetudine hominum bona corporis ualetudine & uenustate præditorum, salibus ac lepore iucunda rum, amoenitate & festiuitate concinnitateq; morum ac uitæ amabilium, hilaritate uultus delectantium, dignitatibus ac fortunis eminentium, horum ac similiu[m] consuetudinem ac præsentiam amant & expetunt, ut opera et opera illorum utantur, ut delectamenta & uoluptates ex ihs percipiant, ut ab ihs honoribus afficiantur. At Christus propter miseris & afflictos in hunc mundum uenit, ut eos consolaretur, ut erigeret, ut sanaret, ut liberaret & iuuaret. Nec enim egens & misellus eiusmodi rex est, quales sunt terreni, quibus seruendum est, qui aliorum opera, consilio, ope, ministerijs ac famulicijs opus habent, talis rex Christus non est, sed rex æternus, rex omnium affluentissimus & opulentissimus, rex maiestatis & gloriae infinitæ, rex potentiae immensæ, salutis eterne fons, autor & largitor, ideoq; nihil eget nostris ministerijs, nostris facultatibus, officijs et opera. Sed tantæ tam inexhaustæ est misericordie ac benignitatis, tantæ liberalitatis & munificientiae rex, ut non soli sibi opulentas istas diuinitas & gloriae sue immensas opes habeat, ihsq; incubet in morem φιλαργύρων alicuius et soridii hominis, sed eas tantas suas opes, istos suos thesauros, preciosissima ista cimelia sua largissime & liberalissime nobiscum etiam communia facere & nobis ultiro impartiri uult, eamq; ob caussam uenit non ad opulentos, non ad ualentes, non ad potentes, sed ad pauperes, ad ægrotos, ad debiles, ad tristes & afflictos, peccatoresq;.

Euangelista Lucas capite quarto Hebræam uocem Enonim reddidit στρωχοῖς, id est, pauperibus, quemadmodum & septuaginta in Græco habent στρωχοῖς. Hincq; uerisimile est eum textum Hebraicum quo Septuaginta usi sunt, habuisse non Enonim sed Eni, qua uoce & Zacherias utitur capite ix. Significat autem ea uox pauperem, tristem, oppræsum, humilem, demissum, humiliatum, afflictum. Sed utrumcunq; significet, siue pauperem siue afflictum, eodem res redit, quia per utranque uocem intelliguntur

intelliguntur si pauperes, quos Christus, Matthæi v. pauperes Spiritu uocat, quibus Euangelium cum fructu prædicatur, Matthæi xi. Et sunt illi ipsi qui cor contritum & conscientiam anxiam habent, qui peccata sua & Dei iram iudiciumque sentiunt, quicque uellementer indignationem diuinam metuant, & ad eam perterriti contremiscunt, quorum cor citra intermissionem ad gratiam & opem diuinam suspirat, qui summis & perpetuis ardentibusque uotis nihil aliud petunt & obsecrant quam ut a peccatis liberetur, & Dei fauorem & gratiam adipiscantur. Eiusmodi homines sic affecti, sunt aptissimi scholastici & discipuli Euangelicæ doctrinæ, & terrella bona quæ fructum fert, Lucæ viij. Contra autem qui suam miseria peccata non agnoscunt, qui Deum non timent, nec gratia dei cupi di & audiunt, quales sunt ἀπόλυτοι isti dolere & poenitere nesciū, obdurati & occæcati mundi filii, & sancti hypocritæ, hi nihil morantur, non expetunt, non cassa nuce sibi pararent Christum aut Euangelium. Ideoque duram contra illos uocem & sententiam profert Christus Matthæi nono. Non habent opus medico si qui ualidi sunt sed qui male habent. Veni ad uocandum peccatores ad poenitentiam non iustos, hoc est, securos, fastuosos et superbientes illos spiritus, qui falsa persuasionem demetati putant se ante esse iustos, qui sua peccata non agnoscunt, atque ideo præsumptuosi, securi & contumaces sunt, quicque miseriam suam non sentiunt, nec serio cogitant de morte, de extremo iudicio, de futura ira, quæ mundum manet, sed altissime immersi carnali securitati, in nullis rebus altius quam caducis huius mundi cogitationes suas occupatas habent, nec uitæ futuræ & salutis æternæ cura ulla tanguntur. In sequentibus docet propheta qui fructus prouenant ex Euangeliō hoc, quicque pauperes seu affliti isti sint, dicens.

VI MEDERER CONTRITIS CORDE.

Hæc sunt mera Euangelia, hec auditu sunt iucundissima & gratissima, hæc plena summe consolationis uerba sunt. Moses cum sua Lege docet nos agnoscere peccata & maledictionem nostri. Per eam cognitionem corda perterrefiunt, quia peccata tantum indicat & reuelat, nec ea aufert, sed ea in corde fixa relinquit. Vbi autem peccata sunt, ibi regnat mors, ibi aliud nihil est quam pauor, metus, trepidatio, anxietas, & desperatio, doctem, metuit. Hi sunt contriti corde, & omnium afflictissimi. Vident suam miseriam & calamitatem, sentiunt pericula, sed mederi sibi & eperi- cito tanto tantisque miserijs liberare se ipsi non possunt. Verum ubi Christus uenit comitatus saluifica illa sua predicatione seu doctrina Euangelij, ibi uenit & adest statim auxilium & consolatio: quia Euangelium offert & donat omnibus credentibus remissionem peccatorum, ueram iusticiam, & uitam eternam. Sic enim dicit te compellans. Si peccator es, si conscientia

DE CONC. CHR I. AD DISC. EM AV M EVNT.

tia tua angitur, si mortem exhorrescis, audi quid sit faciendum tibi. Con fugito ad Christum qui solus potest & uult ultro te liberare & eripere, quia pater ob id eum misit. Crede in illum, et propter illum peccata tua omnia tibi condonabuntur. Ipse enim peccata tua in se sublata dependit et expiauit. Hoc ubi fit, tum conscientia pacata, serena & hilaris fit, quia Christum fide apprehendit, qui chirographum malae conscientiae, quod aduersus nos erat, quodque nos misere exagitans, & excarnificans omnem animi tranquillitatem auferebat, deletum e medio sustulit, crucisque affixit, ut nihil sit quod in Christum credens propter peccata sua contremiscat ac meruat. Deumque ut iudicem iratum fugiat, siquidem Deus ei propter Christum, in quem credit, propicius factus est, eique omnia peccata condonauit. Haecque fides in Christum cordi illi contrito remedium praesentissimum, pacem & consolationem attulit, animum consternatum collegit, & firmauit, ut certo iam sciat, Deum posthac non iudicem extimescendum & horrendum, sed patrem benignissimum & indulgentissimum propter Christum futurum. Et hoc est uere & solide contritum, vulneratum, affectum, que cor obligare, sanare & curare. Nam cor nusquam alibi quam in solo Christo ueram & solidam consolationem, iusticiam, gratiam & uitam invenerit.

Sequitur.

VT PRAEDICAREM CAPTIVIS INDVLGENTIAM.

Per inobedientiam facti sumus serui & captivi Sathanæ, mansissemus que in perpetuum eius captiui, nisi Christus hic nobis subuenisset. Is factus ἀντάπταγμα οὐ πόλυ ἐστιν premium redemptionis nostræ per mortem suam e captiuitate Sathanæ nos redemit, iuxta illud Psalmi lxvij. Ascedit in altū captiuam duxit captiuitatem: & Colos. iiij. Expoliatos principatus ac potestates ostentauit palam, triumphas de illis per semetipsum, hoc est, Christus dominos & rectores tenebrarum, qui hominem in regnum peccati, mortis & damnationis præcipitarant, deuicit, & proprio Marte spolium illis detraxit, & quemadmodū Lucas ait, cap. xi. Fortior fortē armatum atrium suum custodientem uicit, & omnia arma eius abstulit, hoc est, homines liberauit & eripuit e potestate tenebrarum & in regnum suum lucis transtulit. Hoc et ex ix. cap. Zachariæ & xlj. Esaiae supra audiisti. Hancque indulgentiam siue redemptionem aut remissionem Christus ipse in Euangeliō annunciauit & prædicauit, suisque Apostolis & omnibus Euangeliō præconibus annunciare usque ad diem nouissimum iussit. Quid est enim Euangeliū aliud, quam talis concio de Christo, quod μονομάχον cum Sathanā uoluerit, eumque in ea monomachia nō dolis, non fraude, sed uirtute sua diuina uictum & fractum subegerit, & nos qui sub peccato, morte, & Sathanā capti eramus, per eam uictoriam liberauerit, iustificauerit & in æternum saluauerit, ut nunc pacem habeamus apud Deum, acque tyranno illo inferorum, ad Deum patrem nostrū cœlestem, apud quem

apud quem, utpote filij ipsius beatissimi in æternum uiuemus, perducti simus.

Sequitur.

CLAVSIS APERTIONEM.

Per legem Dei miseri esse peccatores conuincimur, & quasi in carcere aliquem & ergastulum cōcludimur, unde omnibus viribus naturæ & totius mundi iusticia nos nequimus liberare. Debebamus quidem per omnia innocentē & intemeratā uitā agere, nihil nō boni facere, mala uitare. Hoc lex a nobis exigebat, sed natura peccatrix ad bonū et ad obedientiā erga legem pigerrima & alienissima erat, magisq; uiuebat iuxta carnales suas cupiditates & cōcupiscentiam, quæ ab adolescentia sua ad malū prona & proclivis est. Hinc lex nos magis etiam urget, nullum finem in standi, cogendi, & imperandi faciens, non obedientibus mortem & maledictio nem minitans, acciditq; nobis, quod Paulus, Gala. iij. ait: Antequam uenisset fides, ut sub lege custodiremur, conclusi in eam fidem quæ erat regula. Cum corda nostra introspicimus diligenter obseruantes quam ex congenita & naturali malitia Legi Dei sint inobedientia, quam contumacia, quam a lege Dei aliena, tum comperimus, quod omnibus nobis, qui etiamnum sub lege continemur, nec dum per fidem iustificati, sancta Lex perinde & nihil alius sit quam carcer, in quo reluctant & inuiti concludimur & custodimur. Nam ut maxime quod ad externam uitam attinet modestis honestisq; moribus prædicti uitæ quandam sanctimoniam & grauitatem præ nobis feramus ac profiteamur, quasi legem seruemus, nihil tamen serio, nihil ex animo, nihil ea fit προσευμα, eo obedientiæ studio et promptitudine, qua debebat, sed pleni hypocriticæ simulatio nis coacti & inuiti facimus omnia, ex cordibus immundissimis & inquisitissimis. Nam lex tam uehementer instans & urgens minando & terrorendo, auocat quidem et deterret nos ab externis flagicijs & peccatis, ne fursum, adulterium, cædem faciamus, ne maledicamus, ne blasphememus, ne diris imprecationibus quæquam detuoueamus, sed intus in corde, ubi scaturo operum est, carnalis illa concupiscentia seruet, luctatur, aestuat, sœvit, ac prorumpere in opus gestit, quoq; magis retunditur, quo acrius ei reluctamur, eo magis aestuat & flagrat, eoq; fit maior, improbus, impenitus, imprudentius & contumacior. Quemadmodum fit in magnis annuum inundationibus, quarum impetu & uehementiā, cum ageribus obstruitur & reprimitur, maiorem & acriorem fieri uidemus, nec se cohæceri & reprimi facile patitur, ac tandem magna uiria & impetu, ruptis repagulis & conuulsis aggeribus et obstructionibus omnibus, erumpit. Ita fit & hic cum Lex cupiditates & concupiscentiam cordis minis penitentia coheret et compescit, ne erumpat & proruat, tunc aestuat et sequit intus, legemq; odit, ut carcerem suum, malleoq; se inde liberatum esse.

LEX carcer
hominis

DE CONC. CHRI. AD DISC. EM AVM EVNT.

Vbi igitur Lex Dei opus suum in homine fecit, tum intelligit homo in quanto sit periculo. Miseria & prauitas hæc humanæ naturæ, quod cor nostrum Dei legem non modo non seruat, sed eam etiam odit, nullum uerbis explicari, nec pro magnitudine æstimari potest. Agnitus tantæ prauitatis, malicie & cœcitatis nostræ, humilitatis studiū in nobis parit, cū uidemus nos in extremo uersari periculo, uidemus nos nihil esse, nos legi diuinæ perfecte non obedire, nostraq; putatiua & impura bona opera e pestilenti ac foedissime putenti lacuna, uidelicet e corde omni Dei timore et fide uacuo, inuitocq; promanare, ideoq; non uere bona opera dici posse, nec legi diuinæ ihs satis fieri, quia spiritualis est lex, Romanorum septimo, ideoq; spiritu & corde implenda est. Agnitus ita hac miseria gratiam & misericordiam imploramus. Tum summe cupimus a maledictione legis liberari & iusti fieri, quoq; melius & penitus miseriam & calamitatemnostram agnoscimus, eo instantius & ardentioribus votis auxilium experimus. Nusquam autem alibi auxilium & consilium in his malis est quam in C H R I S T O , is est impletio, τέλος legis omnibus credentibus, Romanorum decimo. Si C H R I S T V S non fert hic opem nobis, tum sub lege cum illa conscientiae carnificina & anxietate perpetuo conclusi ac capti manemus. Sed is a Patre ad hoc missus est, uti Esaias hic dicit, ut sub lege clavis apertioem prædicet & adferat. Id quod & fecit tum cum pro nobis in cruce execratio factus est, ut nos ab æternæ execratione legis redimeret, Galat. tertio: cumq; ipse Euangelium prædictum caret, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, et ego reficiam uos, Matthæi undecimo. Item Ioannis tertio: Sic Deus dixit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam æternam. Non enim misit Deus filium suum in mundum, ut condemnet mundum, sed ut seruetur mundus per eum. Qui credit in eum non condemnatur.

Sequitur.

ANNVM PLACABILEM DOMINO (uel Domini.)

C H R I S T V S ait Lucae quarto, se missum esse ut annuncias Euangelium, hoc est, ut lego nuncio mundum exhilaret. Hochic uaticinatus est Esaias dicens, C H R I S T V M annum placabilem siue accipitrum prædicare, hoc est, post tristia tempora tempus lætum uenturum, nimirum tempus gratiæ diuinæ, nouum Testamentum, quod C H R I S T V S nobis nunciat, in quo nihil aliud quam meram gratiam & remissionem omnium peccatorum nostrorum audituri sumus. Hic est exoptatissimus annus ille noster Iubilæus, in quo per cornu Euangeli promulgatur plena, solida, æterna, durabilis, libertas & ab omni culpa solutio. Nam quod canit Zacharias Lucae primo, D E V M erexit in

erexit in domo David cornu, hoc est, regnum salutis, sicut locutus per os sanctorum prophetarum fuerat, ut seruaremur ab inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos, ut per Christum remissionem peccatorum acciperemus. hoc certe factum est, & Christus ipse annunciat, & quotidie adhuc annunciat, usque ad diem nouissimum per Euangelistas suos, sicuti & per Paulum ij. Cor. sexto eum annum promulgat, ubi dicit: Quin & adiuuantes obsecramus ne in vacuum gratiam Dei receperitis. Dicit enim: In tempore acceptio exaudiuite, & in die salutis succurriti. Ecce nunc tempus acceptum, ecce nunc dies salutis. Nonne haec suauissima & iucundissima doctrina & Contio est conscientijs contrastatis & perterrefactis? Ne una quidem uocula est, quae Christum formidabilem & metuendum faciat, sed omnes eum optatissimum & iucundissimum Euangelistam faciunt. Quod autem sequitur:

DIE MVLTIONIS DEO NOSTRO

Horrendum quidem est, sed nihil hoc ad eos qui credunt in Christum: non enim contra credentes hoc additur, sed contra antichristianos, qui Christo non credunt, qui quoniam hunc iubilem praediuitis gratiae annum contemnunt, benedictionemque oblatam respunnt, ideoque malefactionem habebunt, longissimeque a Deo repellentur, ut accepti seu placibili illius anni nec pulchrum in eternum sint sensuri, nec eo unquam fruuntur. Quandoquidem Christum saluatorem neque usum neque auditum uolunt, ideoque terribilium & immanissimum Sathanam uidebunt et auident, nec unquam eius tyrannidem euadent.

VT CONSOLARER OMNES LVGENTes.

Hic est fructus huius prædicationis Christi, quod omnes lugentes ac moesticia conflictantes (qui sub lege, peccato & morte capti perpetua & incredibili anxietate premebantur) consolatione per Euangelium eriguntur & exhilarantur, quia uidenti nunc, quomodo a peccatis liberentur, ideoque luctus ac moeror eorum aufertur, in quo eorum locum leticia & consolatio redditur: & uti ante suscepimus Euangelium, in incredulitate agrestes, distortae, inutiles degenerescere arbores iniustiae, & sicuti Hieremias ait cap. xvij. miricæ seu agrestes dum in deserto, in infrugifera terra huius mundi erant, ita per fidem Euangeli & hanc consolationem erunt pulcherrimæ & secundissimæ arbores ad aquas sitæ, & ad humorem mitentes radices suas, ita ut maxime aestus aliquis tentationis ingruat, nihil tamquam, nec ob id flaccescant & emarcescant, sed folia eare semper vireret, nec aestatis siccitate & caloribus etiam estuofissimis exarescent, sed tempore suo ferunt fructus suos. Sicut enim corde credunt, ita & ore confitentur. Qualis cordis fides est, talis est & oris confessio, Deique nomen sine intermissione prædicant,

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Prolixum futurum esset, si omnia hic recensere uellem, quæ uel unus hic propheta Esaias de ministerio, & de humilitate Christi in priore aduentu uaticinatus est: & alijs locis atq; titulis Christi multum ea dederit. Sed quæsto te an non hæc summa est humiliatio & submissio Christi, qd talis rex esse uoluit, cuius principatus ipsius humeris incumbet, hoc est, qui nos miseris peccatores una cum peccatis nostris suis humeris impositos in cruce ferret, secp pro peccatis nostris uitimam offert, atq; ita ouiculam perditam & errantem quereret & in uiiam reuocaret. Hincq; pueri Christi dorso in picturis Crux imponitur. Regna mundanorum Principia pinguntur ac prostant ornata & uariegata alijs alijsq; emblematis & symbolis, corona preciosa & splendida additur capiti, scptrum dextræ, malum orbiculare sinistræ. Regnant enim in mundo, ideo & mundanis corporalibusq; rebus & magnificentia ista superbientes se ostentant. At Christus uincit cruce, regnumq; suum uerbo & spiritu, internis & inuisibilibus rebus, inuisibili & arcano inuestigabilicq; modo, gubernat.

Daniel Capite nono uaticinatur Christum Principem quidem futurum, et peculiarem populum habiturum, sed eodem uaticinio prædictum, quod ipsum e medio sublaturi aut occisi & abnegaturi Iudæi essent.

Ioel Capite secundo uocat Christum doctorem iusticiæ, ut qui ob id missus sit, ut nos ueram iusticiam Dei & pietatem doceret. Malachias Capite tertio Christum uocat angelum aut nuncium Testamenti, uel, (uti Septuaginta habent) angelum iusticiæ. His similia inueniuntur multa passim in prophetis, per quæ nihil nisi ipsissima mansuetudo, præfissima ad seruendum & subleuandum nos alacritas, summa humilitas, submissaque conuersatio, sedatissimique mores Christi in priore aduentu describuntur. Possem & hic adducere omnes prophecias de passione Christi, quomodo se usque ad mortem crucis humiliauerit, aliqua multa, quæ prophetæ de spirituali regno Christi, quomodo nos nunc regat, prædixerunt. Sed hæc uaticinia in alio Articulo siue capite sese offerent, ibique explicabuntur.

ANNA.

Omnis propheciæ de passione Christi probant et humilem illam conversionem, in qua Christus propter nos in his terris ambulauit. Ideoq; pergamus & queramus, quo tempore prior aduentus Christi in expectatione esse debuerit.

VRBANVS.

Primum pulcherrimam illam Danielis propheciam ex Capite nono adducam, quæ certo indicat tempus illud, quo CHRISTVS uire uoluit.

SEPTVĀ

SEPTVAGINTA HEBDOMADES ABBREVIATÆ
 (uel definitæ determinatae) SVNT SVPER POPVLVM tuum,
 & SVPer VRbem SANCTAM TVam, VT CONSVmetur
 PRæuaricatio, (uel, tum cohibebitur aut arcebitur transgressio) & FL
 NEM ACCIPIAT PECCATVM (uel tum claudetur, tegetur pec
 catum) & DELEATVR INIQVITAS (uel expietur iniquitas) &
 ADDVCATVR IVSTICIA SEMperna, & IMPLEATVR
 (sive obsignetur) VISIO & PROPHETIA, & VNGATVR
 SANCTVS SANCTORVM.

SCITO ERGO & ANIMADVerte AB EXITV SERmo
 nis (idest, ab eo tempore quo mandatum exit) QVOD ITerum Reæ
 dificabitur HIERVRALEM, VSq; ad CHRISTVM DVcem,
 HEBDOMADES SEPTEM SVNT & HEBDOMades Sexa
 ginta duæ. ET RVRSVM ædificabitur platea & muri, IN AN
 GVSTIA TEMPORVM.

ET POST HEBDOMAdes SEXAGINTA duas Occide
 tur CHRISTVS, & non erit eius populus, qui eum NEGaturus est,
 (uel & nolent uel repudiabunt eum) ET POPVLVS DVCIS VE
 NIET CIVITATEMq; & SANCTVarium DISSIPABIT,
 (sive destruer) & FINIS EIVS VASTITas, (uel finis eius cum tem
 pestate uel cum inundatione) & POST FINEM BELLi STAtu
 ta DESOLatio (uel post prælium omnia manebunt desolata.)

CONFIRMABIT autem Pactum MVLTIS HEBDOMAd
 Vna, & IN DIMIDIO HEBDOMAdis DEFICIET HOSTia &
 SACRIFICIVM, & ERIT IN TEMPLO abominatio (desola
 tionis) (uel super alam uel apud alas stabunt abominationes desolationis)
 & VSq; ad CONSummationem & FINEM PERSEuerabit desola
 tio (uel constitutum est ut ad finem usq; perseueret desolatio.)

Hæc prophetia est subobscura: & hactenus a Iudæis & Christianis
 uarie exposita & intellecta. Eoq; in eius tractatione & explicatione pluscu
 lum temporis nobis insumendum est, & digna est quæ diligenter executia
 tis: Tantum mysteriorum de Deo nostro Iesu Christo nobis aperit.
 Complectar itaq; interpretationem eius articulis aliquot: Primo obser
 vandum est, quod propheta Daniel uaticinatus sit in Babylonica Captiu
 itate, cum rex Babylonis Nabucad Nezar tribum Iuda in Chaldæā abdu
 xisset, & Iudæi annos LXX captiui esse cogarentur, quod Hieremias præ
 dixerat cap. xxv. In hac Captiuitate grauissime animo angebantur & di
 scruciabantur Iudæi. Maxima enim & summa hæc illis crux & acerbis
 simum erat, quod inter impios Gojim, hoc est, gentes capti cultus Dei in

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMVMA EVNT.

lege preceptos intermittere cogebantur, quod ex Psal. cxxxvi. satis liquet; ubi Iudæi his querelis animorum summum dolorem testantur. Super fluxmina Babylonis illic sedimus & fleuimus dum recordaremur tui Sion. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra, quia illic interrogaverunt nos uerba cantionum (uel iusserunt cantare nos illi) qui captiuos duxerant nos, & qui abduxerat nos, hymnum cantate nobis de canticis Sion. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? In his afflictionibus & miserijs coepit Daniel sua & populi sui peccata confiteri, propterea capto populo suo Deum diligenter & serio orare, ut pro misericordia sua dignaretur, peccata illis condonare, propter quæ capti erant, suocq; auxilio illis adesse, ut in terram seu patriam suam reuersi, cultum Dei tot annos intermissum, restaurarent. Hæc orans Daniel exauditur, & Archangelus Gabriel ad eum missus est, qui reuelauit ei determinatum tempus aut plenitudinem temporis (uti Paulus nuncupat:) hoc est, tempus Messiae, quo Christus uenturus & omnia bona, beatitudinem summam allaturus esset, annorumq; numerum certum designat, uidelicet, quot anni restent usq; ad priorem aduentum Messie, quo uenturus in mundum et regnum suum æternum auspicaturus esset.

De quatuor
Monarchijs

Secundo obseruandum etiam Danieli priorem aduentum Christi dupliciter esse reuelatum: Primum, eminus aut paulo obscurius, uidelicet, sub qua Monarchia mundi Christus uenturus esset. Deinde propius et certius, tamq; cōcise ut et annum scire possit, quo Christus regnum suum inchoaturus esset. In secundo namq; capite interpretatur Daniel ex affectu Spiritus sancti, Regi Nebucad Nezar mirum et stupendum somnium de quatuor Monarchijs siue regnis in terra, uidelicet, aureo, argenteo, æreo, et ferreo. Hæc ut melius intelligas, scito quod Deus Danieli reuelavit futura esse quatuor regna seu Monarchias in terris, usq; ad mundum finem, uidelicet, quod summa potestas mundana supra Reges, Principes, Comites, Barones, aliosq; magistratus quater mutanda, alijsque nationibus tradenda esset. Hæc sunt autem quatuor illæ Monarchiæ, siue regna. Primum est Assyrium & Babylonicum in Assyria & Chaldæa. Secundum Persarum & Medorum in Persia & Media. Tertium Græcorum uel Macedonicum in Grecia. Quartum & postremum, in quo Christus uenturus erat & mundus finem habiturus est, Romanum imperium est. Hæc quatuor imperia siue Monarchiæ in septimo etiam capite Danieli reuelantur per quatuor bestias, quarum prima erat Leo, altera Vrbus, tercia Pardus, quarta erat terribilis bestia sine nomine, dentes habens ferreos. Dicit autem Daniel secundo capite sic.

IN DIEBUS REGNORVM ILLORVM (uel ut alij, regum illorum) SVSCITABIT DEVS COELI REGNUM QVOD in æternum

IN AETERNVM NON DISSIPABITVR: &
REGNVM EIVS ALTERI POPVLO NON
TRADETVR. COMMInuet AVTEM & CON-
SVMET VNIVERsa REGNA HAEC, SED I-
PSVM STABIT IN AETERNVM, SECVN-
DVM QVOD VIDISTI, QVOD DE MON-
TE ABSCISSVS EST (uel auillus est) LAPIS SINE
MANIBVS & COMMInVIT TESTAM & FER-
RVM, & AES & ARGENTVM & AVRVM.
DEVS MAGNVS ITA OSTENDIT REGI Quæ
VENTVRA SVNT POSTEA.

In prophetia hac indicatur tempus q:io Messias uenire & regnum suum per Euangelium & Spiritum suum ausplicari uoluerit. Primum in humilitate & uili specie, deinde in gloria & maiestate, in posteriore aduentu. Hieronymus dicit hic, quod in fine regnorum horum, lapis, hoc est, Dominus & liberator noster Christus, sine manibus de monte sit abscisus, hoc est, quod sit natus e Maria virginē sine uirili semine. Hinc itaq: manifestum est, quod Messias priore aduentu suo in summa humilitate non ante in carnem quam sub ultima Monarchia, uidelicet Romanorum, uenire, suumq: regnum inchoare uoluerit. Dicit enim Daniel, in diebus regnorum illorum, hoc est, finis aut euersis prioribus tribus regnis, & quarta atq: postrema Romana scilicet Monarchia iam florente & uigente tumultuante, uarijsq: casibus agitata, tum regnum Christi suscitabitur aut erigetur, Romanumq: euertet. Sed ipsum scilicet Christi regnum in æternum manebit. Reliqua totius mundi regna omnia suas habent periodos, sua statim tempora, quibus exactis, necesse est ea concidere & interire.

At CHRISTI regnum illud maximū & potentissimum, nullum habebit finem, in æternum non dissipabitur, sed stabit in secula seculorum, nec in uno tantum angulo aut parte mundi erit ut in Europa, aut Aphrica aut Asia, sed in toto mundo, ueluti Daniel capite secundo de statua a Nabucad Nezar uisa, & a Daniele exposita, testatur dicens.

VIDEBAS ITA DONEC ABSCISSVS EST LAPIS DE MONTE SINE MANIBVS, IS PERCVSSIT STATVAM IN PEDIBVS EIVS FERREIS & FCTILIBVS & COMMInVIT EOS. TVNC CONTRITA SVNT PIARITER FERRVM, TESTA, AES, ARGENTVM & AVRVM & REDACTA QVASI IN FAVILLam AESTIUÆ Areæ, Quæ RAPTA SVNT VENTO, NVLLVSq: LOCVS INVENTVS

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT
EST EIS. LAPIS AVTEM QVI PERCVSSERAT Sta-
tuam, Factus EST MONS MAGNVS & IMPLEVIT VNI-
VERsam TERRam.

Hic lapis est Christus, cui omnis potestas tradita est, tā in cōelo quam
terra, ut ubiq̄z potentissime regnet. Sīc habemus etiam in septimo capi-
te Danielis, ubi quatuor monarchiæ per quatuor bestias significantur,
quod Christus in quarta Monarchia, utpote Romanorum, uenturus &
regnaturus esset. Supputemus nunc in nono capite per LXX hebdoma-
des, quando impletio eius temporis initium habitura sit, & quam diutum
Messias illis expectandus fuerit, ut regnum suum auspicaretur. Hac reue-
latione Danielis Iudæi apertissime & potentissime conuincuntur, quod
Christus iam ante M. D. annos uenerit, iuxta prophetarum uaticinia.
Principio Angelus dicit in nono capite (ex quo uerba prophetæ supra
paulo ante posui) Septuaginta hebdomades præfinitas seu determinatas
esse Iudaico populo & sanctæ Ciuitati Hierusalem, ut post eas septuagin-
ta hebdomadas, populus & Sacerdotium Iudaicum finem habeant, totus
qz status regni aboleatur. Nam post ea tempora Hierosolyma tota deua-
stanta erant, populusqz Iudaicus partim excæcandus, partim interficien-
dus. Sciendum autem Angelum hic non loqui de hebdomadibus die-
rum, ubi dies septem unam faciunt hebdomadem, quæ uix biennium con-
stuerent, sed loquitur de annorum hebdomadibus, ubi septem anni unam
hebdomadem tātum conficiunt: Septuaginta uero hebdomades efficiunt
annos CCCCXC. Sic enim solet Scriptura etiam alibi loqui, eac̄z ora-
tionis forma phrasic̄z uia est Leu. xxv. Sic etiam intellexere hactenus co-
stanter omnes, qui dono prophetæ prædicti fuerunt. Observa autem ex
prophetæ uerbis quam magnæ res temporibus Messiae euenture & quam
admirandæ potentia regnum, regnum ipsius futurum esset. Verba pro-
phetæ sic sonant.

VT CONSUMETVR PRÆUARICATIO, & FINEM ACCI-
PLAT PECCATVM, & DEL Eatur INIQVitas & adducatur IV-
STICIA SBMPITERNA & impleatur uisio & prophetia.

Moses ante fuerat, fuerant & alijs multi legis doctores, qui bona & ho-
nesta docuerant & præceperant, mala & impia ueteruerant, sed nihil illi pro-
fecerunt omnes. Peccatum per Legem reuelatum tantum et maius atro-
ciusque factum fuerat. Natura enim citra gratiam, ut maxime mona-
tur, doceatur, ad honestatem, ad pietatem, ad obedientiam erga D E-
V M instigetur & excitetur, nihilo secius tamen ad ingenium suum
redit, & antiquum obtinet, suumque ductum sequitur, uadens vias
suas, fitque subinde peior, deterior, sceleratior, & ad peccandum
æstu cupiditatum magis inflammatur. Ita manebat peccatum, nec
per legem

per legem auferebatur, sed, (ueluti Paulus testatur Gal. capite tertio) transgressiones subinde factae sunt maiores, grauiores & crebriores sine intermissione, ideoq; necesse fuit ut Messias ipse ueniret, & huic malo me deretur, suacq; ope adesset, alioqui subinde res facta fuisset deterior, incq; maiora mala deuenissemus, quemadmodum Paulus Actorum decimo- tertio pro concione dicit: Notum sit uobis uiri fratres, q; per huc Christum uobis remissio peccatorum annunciat, et ab omnibus a quibus non potuistis per legem Mosi iustificari, per hunc omnis qui credit iustificat. Christus enim ideo a patre missus & homo factus est, ut pro omnibus omnium hominum peccatis satisfaceret, remissionēq; peccatorum omniū, Spiritum sanctum, uitamque eternam promereretur, atq; ita ueram iustitiam, quæ coram Deo ualeret, adferret, nempe fidem Christianam, de qua ante Lex & prophetæ multa prædixerant, Romanorum iij. Atq; ita uisiones & prophecias oportebat obsignari, hoc est, eportebat nunc impleti, quod Videntes seu prophetæ afflati & illuminati per Spiritum sanctū uiderat & uaticinati fuerant de Messia. Nam omnes prophetæ & ipsa lex usq; ad Ioannem prophetauerunt, Matthæi undecimo.

ET SANCTVS SANCTORVM (siue sanctissimus)

VNGETVR (eo tempore.)

Hic est Christus omnium Sanctorum Dominus & Rex qui per Spiritum sanctum longe pre consortibus suis sanctificatus, & in baptismo a patre coelesti, dilectus filius nuncupatus est. Hic nunc ut uerus doctor, magister & dominus omnium prophetarum audiēdus, uerbum eius suscipiendum, & illi soli mordicus adherendum & credendum est. Cum autem intra septuaginta hebdomadas, hoc est, quadringētos nonaginta annos, Christus expectandus esset, ut regnum suum inchoaret, sciendum est hic, ubi & quando hec septuaginta hebdomades incipient. Tum de toto hoc negocio certi esse & statuere aliquid possumus.

ANNA.

Quando igitur haec septuaginta hebdomades capiunt initium?

VRBANVS.

Attente obserua uerba Angeli Gabrielis. Sic ait: Ab exitu uerbi, ut iterum adficietur Hierusalem, id est, ab eo tempore, quo exit mandatum, ut restauretur & restituatur Hierusalem. Angelus ipse exponit clare, & incipit eo anno quo mandatum siue decretum exiit, ut Hierosolyma restaurarentur. Hic ex Historicis tempora & successiones regnorum aut Regum descendæ, hinc computatio certa sece offeret. Nos igitur initium harum septuaginta hebdomadarum sumemus a secundo Anno Regis D AR II, qui L O N G I M A N V S dictus est. Eo enim anno factum est Verbum DEI per prophetas Haggæum &

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Zachariam, iussitq; Zorobabelem templum restaurare, ueluti legimus in primo capite utriusque prophetæ. Et id etiam ita mandauit iam dictus rex Darius, eiusq; edictum de regdificando templo tum exiit, Eldra sexto. Et computatio pulchre concinit & conuenit, si hinc initium facimus. Nam ab eo uerbo quod per Haggæum exiit, usq; ad baptismum Christi (quo tempore ministerium suum subiuit, suumque regnum aut testamentum nouum auspicatus est, uti & hic angelus eum ut principem descendunt anni fere quadringenti octoginta tres. Ex quibus haec hebdomadæ annuarum, (hoc est, quarum singulæ septem annos continent) sunt sex agintanouem, de quibus hic Gabriel dicit: Usq; ad Christum principem sunt septem hebdomades & sexaginta duæ hebdomades, hoc est, lxxix.

Sic itaq; cōputandum est. Post secundum annum Darij usq; ad Alexandrum Magnum sunt anni centum quadraginta quinque, ueluti Metasthenes scribit. Ab Alexandro usq; ad nativitatem Christi sunt trecenti & undicim anni. A Christi nativitate usq; ad baptismum ipsius, sunt annua ginta. Luce iij. Hi anni per additionem faciunt quadrageitos octoginta tales annos, qui sunt sexaginta nouem illæ hebdomades.

ANNA.

Quantum eam rationem aut supputationem intelligo, tres anni sunt residui, qui quo referendi sunt: Impediunt ne hi anni quo minus sit exacta uestra supputatio?

VRBANVS.

In huiusmodi rationibus dies & horæ singulæ tam exacte supputari non possunt. Non potest fieri ut in huiusmodi supputationibus nō uel supersit uel desit temporis aliquid. Fit enim sæpiissime in historijs, ut annus totus uocetur dimidius annus. Id tempus quod residuum est, includendum reliquis annis, et nihil ipsi negocio incommodat in hac quidem supputatione de Messia, ubi de capite cause tam certa testimonia Scripturæ, & tam solida fundamenta habemus.

Quidam has LXX. hebdomades auspicati sunt ab anno XX & ultimo Cambysis, patris Darij, is passus est Nehemiam redire Hierosolymam, ad eam regdificandam. Neemia iij. Fuit autem biennium inter ultimum annum Cambysis & secundum annum Darij. Cum autem magnum & memorabile aliquid sit intra tres annos, id solemus sæpe cōplete & ita efferre, quasi uno anno gestum sit, aut eodem tempore, dicentes: Hoc accidit hoc aut illo tempore. Sicut & hic dicendum est: Verbum Dei exiit ut Hierusalem restauraretur secundo anno Darij, sub uel circa ea tempora, quibus Nehemias a Cambysē reuersus ceperit Hierosolymam regdificare &c. Erat enim magnum, imo etiam longe maximum opus, quod

quod & a multis coeptum est, & ab Angelis ipsis instantibus promotum
Zacha. i. Sed non ab uniuersis una eademq; hora aut die simul coeptū est,
Partitur autem Angelus Gabriel has LXX septimanas in partes tres.
In qualibet harum partium insigne & magnum aliquid accidit. In primis
septem hebdomadibus dicit Gabriel, hoc est, in xlix annis muri & plateæ
Hierosolymis restaurabuntur, sed in angustia temporis: quia hostes eorū
Samaritani, Saneballat, Tobias & aliij circumiacentes remoram iniçie-
bant, restorationem impedire & interturbare summo studio & viribus
omnib. conantes: hinc regdificatio hæc plurimum peperit Iudeis molesti-
atum, plurimum habuit curarum, angustiarum & periculorum. Scis
quomodo dicant Iudei ad Christum Ioan. ij. Templum hoc annis xlvi.
extractum est, & tu in tribus diebus eriges illud?

Hinc ait Daniel, Post lxij. hebdomades occidetur Messias siue Christus, clare significans hic, quid eventurum sit, exactis his lxix. hebdomadibus, ubi Christus ministerium suum auspicatus est. Maximum & admirandum quiddam eveniet. Christus tum crucifigetur. Id accidit qua-
to anno post lxix. hebdomades & post ipsius initium. Atq; ita Ierusalem ob id tandem concidet, dissipabitur, totaq; deuastabitur, populusq; lu-
dorum ita finem habiturus est. Hæc omnia impleta sunt post ascensio-
nem Christi circa quadragesimum annum, cum Imperator Romanorum
Titus Vespasiani filius, Hierosolyma post longam obsidionem tandem
expugnasset & miserrime vastasset. Id quod & Christus futurum prædi-
xit, profusis lachrymis ob miserrimam & horribilem illam cladem & cala-
mum Christi ciuitati impendentem, eo quod uisitationis suæ tempus non
agnouerint. Ait enim ibi Christus, quod inimici uallo sint Hierosoly-
mam circundaturi, & eam cincturi ac coangustiaturi undiq; & solo æ-
quaturi. Et quod Christus prædictus, id Titum etiam fecisse, apud lo-
phum, qui omnia coram uidit, legimus. Titus enim murum circundedit
urbis, ne quisq; Iudeorum effugeret. Ambitus eius muri erat stadiorū xxxix.
Sic cinctos tam misere affligebat, ut fame dira coacti, simum boum in-
duratum, zonas, calceamenta, corium clypeorum & ueteris sceni lacera-
menta uorarint. In latriniis etiam cibos quos ederent quæsierunt. Quæ-
dam mulier proprium filium assauit & deuorauit nimia fame compulsa.
Mutuis item cedib. ac lanienis perierunt plurimi in ciuitate. Erat & tam se-
ua pestis, ut tecta, domus, & plateæ oës cadauerib. opplete essent. Preuiter
tantæ dei irâ experta est hæc ciuitas ingratissima, que Christū dñm & deū
suum repudiarat, ut simile exemplū nusq; extet. Mortui & interfecti sunt p-
oëtēpus obsidionis decies cētēna millia. Septendecim millia in Aegyptū
missi sunt seruiturē seruituri, & grauissimis durissimisq; laborib. onerādi-
canes, Triginta Iudei uno denario, uti scriptum reliquit Egesippus.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Titus templum incendit, totamq; urbem uastauit & solo æquauit. Iudæi in orbem pulsi ac sparsi, in quo iam M. D. annos uagabundi oberrant, obdurati & cæcitate percussi, miserrimiq; homines, nec regnum nec sacerdotium iam amplius habentes, eo quod tempus illud gratiae, quo eos Christus uisitabat, neglexerunt, et respuerunt. Ideoq; neque quam & frustra nunc priorem Christi aduentum expectant, qui iam ante M. D. uenit, uti patribus a primordio mundi promissus erat. Fitem etiam habet & plane abolitum est iam templū quam Sacrificium eorum, quoniam Messias ipse iam adest presens, & figure sunt implete. Chrysostomus scribit in Oratione ï. contra Iudæos, quod ter sint conati templum restaurare, & sacrificare iterum ut ante, Primum sub Hadriano, deinde sub Constantino, qui auriculas illis amputauit, postremo sub Iuliano Apostata. Hic in contumeliam Christianæ religionis Iudæos souebat, & auxilio eos iuuabat, magnam pecunie uim subministrabat, fabros & operas mittebat et procurabat, ut templū post fatalem illam subuersio nem reficerent, sed cum fabri fundamentum locaturi foderent, flammrum eruptiones, inter fundamentorum uestigia eructantes, eos consumebant, et laborem intermittere cogebant. Necesse enim fuit uerbum Dei manere in æternum. Deus prædictum fore ut Ierusalem & templum exciderentur, et sacrificia cessarent, posteaq; perpetuo uasta et deserta essent omnia. Euenisse id quod prædictum est, patet oculis omnium: Nectamen cæci Iudæi errorem suum agnoscere sustinent.

ANNA.

Sed quo referenda ultima illa annorum septimana?

VRBANVS.

Vltima illa Hebdomas, siue postremi illi septem anni, sunt illud ipsum tempus, quod post lxix illas septimanas sequitur, in quo, ut ante dixi, occidens erat Christus. Id sic factum est. Angelus dicit: Confirmabit patrum multis hebdoma una, quia Euangelium Christi per eos septem annos magna ueritas & magno etiam successu multac; uirtute predicatum est. Christus ipse prædicabat Euangelium in quartum usq; annum, æditus etiam miraculis & uirtute magna. Deinde prædicabant id ipsum Euangelium per uirtutem spiritus sancti Apostoli etiam, et annūciabant eternum foedus gratiae Dei, nouum illud paëtum & testamentum, a Deo promisum, quod propter Christū propicius nobis esse, paterno in nos animo, nos complecti & pro filiis charissimis agnoscere, peccatorum nostrorum memoriam ex animo prorsus delere uelit. &c.

In medio autem ultimæ huius hebdomadæ, hoc est, anno quarto post Christi Baptismum excisus uel occisus est. Respuerant enim et repudiant eum, dicentes ad Pilatum: Regem non habemus praeter Cæsarem. Cum itaq; uerum illud sacrificium, uera hostia Christus (de quo Moses

& prophetæ prædixerant, quem etiam omnes figuræ significabant) iam presto adesset ipse, & semel per unicam oblationem totius mundi peccata expiatet, noscet per proprium suum preciosissimum sanguinem ab omnibus peccatis emundaret, uti Paulus ad Hebræos docet, Ibi tum figuratum & typicum illud sacrificium Iudeorum & corporalem illum Dei cultum in Iudea cessare oportebat, posteaquam ille iam adesset ipse præsens, quem significauerant.

ANNA.

Quid sibi uult Daniel, ubi dicit, Abominationes desolationis stabunt apud alas?

VRBANVS.

Hæc uerba non eodem modo exposita sunt hactenus apud oēs, sed circa prophetiæ detrimentum, sic, ut nihil prophetiæ decesserit aut nulla uis facta sit. Quidam intelligunt per alas, Cherubim in templo, ubi idola locanda erant. Alij intelligunt templi apicem & ambitum circuitumue, dicuntque quod Pilatus Romani imperatoris signa, uel vexillum, Aquilam pinnaculo templi imposuerit. Ea signa Romanorum, utpote gentium ferre non poterant, & contumeliose Abominationem uocabant. Est autem Abominatione tale aliquid quod abominamur, & abhorremus, tanquam mortuum aut putrescens & foede olens cadaver.

ANNA.

Est ne id quod dicunt, Gilul, Schikutz, Scheketz?

VRBANVS.

Maxime. Quoties imago aliqua fit obuiam Iudeo, statim expuit dicens, Scheketz.

ANNA.

Seipso nunc miseri consputarent: Veræ enim abominationes sunt. Vocantur Iudei, hoc est, confitentes, cum tamem non confiteantur ueritatem. Certe cogitarent, qui fieret quod ultra M. D. annos iam in exilio palantes oberrant, quodque Deus uerbum suum prorsum illis ademit. Nam ut maxime legant, non tamen intelligunt, quoniam uelamen cordibus illorum impositum est, ueluti Paulus ait.

VRBANVS.

Hæc prophetia Iudeorum cæcitatem & indurationem uel maxime arguit. Evidem ex hac prophetia tempus aduentus prioris Christi didicis- sent. Angelus certe hic clare indicat Messiam uenturum inter Babyloniam captiuitatem & ultimam Hierosolymorum deuastationem. Exacte enim computat, quam diu ab eo tempore Hierusalem & templum duraturum & staturum esset, & dicit CCCCXC. annos esse determinatos, & ex prefatis uerbis ait, quod eo tempore, fere in fine eorum annorum, post lxxij. hebdomades, uidelicet, in medio hebdomadis illius annuæ, Messias in sua

DE CONC. CHR I. AD DISC. EMAVM EVNT.

Propria persona adfuturus sit, et quod tu excindetur aut occidetur, quod
tum Sacrificium cessaturum, & desolatio aduentura perpetuoque manu
ra sit. Certe nunc sciunt Iudei quod Babylonica Captiuitas finem suum
habuerit ante bis mille annos. Sciunt & templum & urbem Hierosolymo
rum per Romanorum Imperatorem Titum deuastata & cōflagrata esse,
& post ea tempora non potuisse restaurari. Fatendum est itaque illis, uelint
nolint, (cum haec LXX hebdomades annorum implete sint, deuastatio/
nemque & desolationem oculis coram aspiciant, quae iam annos plus mi
nus M. D. durauit) quod Messias pridem uenerit. Nec adferre aliquid
certi & firmi possunt, quod ueri speciem habeat, de ullo alio, qui in ult
ima illa annua hebdomade sit extinctus aut occisus, quam de Iesu Nazare
no uero illo Messia, unico nostro Domino & Deo. Nihil igitur aliud est
quam obstinata petulantia, cæcitas, malicia & induratio quod adhuc prio
rem aduentum Christi expectant.

ANNA:

Quid quæso respondit tibi Ratisbonæ Rabbi Isaac Levi ad hanc pro
phetiam Danielis, cu quo sex plus minus horas disputando cōsumplisti?

VRBANVS.

Nezachon liber est in quo Iudeorū omnia cōtra nos argumēta cōtinentur. Significat autem uictoriā.
Attulit in mediū nullis argumentis nullis firmis rationibus sultam sed
stultam, ineptam & stolidam supputationem, ex suo Nezachon, ea erat
plusquam anilis fabula, & nugamentum nugacissimum. Nihil enim histo
riarum tenent earumque tam rudes sunt Iudei, & minus etiam sciunt histo
riarum, quam pueri. Nihil itaque adferre potuit, quod uel ullam speciem
haberet, turpissemque se dedit. Certe, ut uerum fatear, nihil firmi, nihil
solidi, reperi apud illū, licet summus & insignis apud Iudeos Rabbi ha
beatur. Vidi & ibidem quam horrenda plaga sit, cum Deus hostes suos
cæcitate percutit, que ubi est, ibi caliginosissima nox & tenebræ densissime
& horribiles sunt. Actum facile citra ullum interpretem intelligebam
uerba Pauli Rom. xi. ubi de Iudeorum incredulitate & cæcitate scribit:
Quod querit Israel hoc non assecutus est, sed electio consecuta est, reliqui
uero exæcati sunt, quemadmodum scriptum est, Dedit eis Deus spiritu
compunctionis, oculos ut non uideant, & aures ut non audiant usque
ad hodiernum diem.

ANNA:

Dignetur eos illuminare Deus ut nobiscum Christum Dominum no
strum cognoscant & confiteantur.

VRBANVS.

Amen. Evidem spero fore ut multi ex Iudeis ante diem nouissimum
cōuertantur. Neque enim temere dixit Paulus Rom. xi. Execratio ex parte
Israeli accidit, donec plenitudo gentium aduenerit, & sic totus Israel fal
ius erit, sicut scriptum est, Adueniet ex Sion ille qui liberat & auerteret ini
picias

pietas a Iacob, & hoc illis a me testimonium, cum abstulero peccata
ipsorum.

ANNA.

Obuersatur etiam nūn menti mē Danielis prophetia, & cogito de ultima illa annua hebdomade, certe hoc exoptatissimum felicissimum cōtempus est, quo Deus unigenitum filium suum ad nos in terras misit. Vocat ne D. Paulus hanc hebdomadē Gala. iiiij. plenitudinem temporis?

VRBANVS.

Sic est, nam ultima hæc hebdomas uere & proprie est plenitudo seu impletio temporis, quod Deus determinarat, ut mundum gratia sua uisitaret, in quo filium suum emisit, factum ex muliere, factum legi obnoxium, ut eos qui legi erant obnoxii redimeret, ut adoptione ius filiorum acciperemus Gala. quartō.

Septuaginta ille hebdomades computari etiam possunt iuxta annos administrationis in sacerdotio Pontificum Hierosolymitanorum, usq; ad id tempus, quo Christus & Apostoli prædicabant. Eius suppurationis initium faciendum est a primo anno summi sacerdotis, cui nomē Iehoschua, cum rediisset in terram Iuda e captiuitate, dimissus ab Assuero. Gabriel enim in propheta Daniele dicit, quod ab exordio precum Danielis, egressus sit sermo, cum primo anno Darij Longimani pro populo suo oraret. A primo autem anno Darij Longimani (sub quo Iehoschua summus Sacerdos Pontificatus suum viginti annos gessit) usq; ad tempora Apostolorum post resurrectionem Christi, cum peccatum finem acciperet, & deleretur iniquitas, computantur LXX annuæ hebdomades, hoc est, cccc xc. anni. Computo autem sic. Iehoschua Pontifex post redditum suum e captiuitate pontificatum gessit annos xx. Iacobus filius eius xlviij. Eliasib xxi. Ioiada xxiiij. Ioathan xxiiij. Iaddua x. Onias Priscus xxvij. Simon Priscus xiiij. Eliazarus xx. Manasses xxvij. Simon Iustus xxvij. Onias xxxix annos. Post hunc uenit Iudas Machabeus, is regnabat annos v. Ionathas frater eius xix. Simeon viij. Iohannes Hircanus xxvi. Aristobulus i. Ioannes Alexander xxvij. Alexandra uxor eius ix. Hircanus ultimus xxxiiij. Post hunc Herodes ex mandato & autoritate Senatus Romanorum, in regnum Iudaicum indignantibus & inuitis Iudeis se se ingerens regnabat anno triginta septem. Anno trigesimo regni Herodis natus est Christus Salus nostra. Is in his terris egit annos xxxiij. & dimidium.

His nunc commemoratis annis adde tres aut iiij. annos, in quibus Apostoli, posteaquam Spiritum sanctum die Pentecostes accepissent, Euangelium Christi Iesu prædicabant, tum LXX illas hebdomades annuas, hoc est, CCCC XC. annos, de quibus Daniel capitulo nono dicit, habebis. Non est autem quod te moretur aut moueat, cum septem aut octo annos uel superesse uel restare inuenieris. Fit enim saepe ut in suppuratione Re-

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT

gum, aliquando annus unus capiatur pro duobus, aut duo pro uno.
Vnu uenit nāq; aliquando ut ultimus annus regis alicuius, etiam primus
sit sequentis regis, inde sit ut in supputatione annoq; ex uno anno duos
faciant & uocent.

ANNA.

Nunc intelligo S. Petri uerba i. Capite primo, ubi dicit quod scrutati
sunt prophetæ & exquisierunt de salute & de uentura in nos gracia uati
cinati sunt, scrutantes ad quem aut cuiusmodi temporis articulum significa
ret qui in illis erat Spiritus Christi, qui prius quam acciderent testabatur
uenturas in Christum afflictiones & quæ essent consecutæ glorias,

VRBANVS.

Evidem Petrus hic in primis de Daniele etiam loquitur, qui non tan
tum de Christo uaticinatur ut alijs etiam Prophetæ, sed præ alijs prophetis
singulare & peculiare quiddam habet, quia numerat etiam tempora & an
nos, definiens & determinans articulum temporis in quo Christus uenu
rus erat, nempe, quantum interuallum, uel quot anni interessent inter id
tempus & Christum. Clare etiam & manifeste describit quis tum mun
di status, quis in mundo Monarcha, aut ubi Monarchia tum futura esset,
uidelicet quod Persarum & Græcorum regnum tum finem habuita, &
id regnum quod in terris postremum est, floritum esset. Dani. septimo
& nono. Ita ut Christum uenire oportuerit temporibus regni Romani,
cum esset potentissimum & florentissimum. Tam certa & clara de
CHRISTO prophecia confirmat catholicam & ueram fidem no
stram mirum in modum & potentissime, conscientijsq; nostris infinitam
& solidam consolationem, læticiamq; adfert, cum coram uideamus nunc
in mundo, id quod in sua prophetia tam clare, tam perspicue, tam certo
ordine, tot ante temporibus descriptum & depictum ob oculos po
suit.

ANNA.

Sunt ne plura in alijs etiam prophetis de priore aduentu CHRISTI
S T I in mundum, de humilitate, & submissa conuersatione eius?
Quæso commemores: Audire enim gestio.

VRBANVS.

Multa sunt in Psalmis & prophetis de hoc articulo. Verum cum
alijs locis ut de passione CHRISTI & alias etiam subinde ea dere
facienda sit mentio, differam in id tempus, quo de ijs agemus.

ANNA.

Age igitur dic quid Prophetæ de duplice nativitate CHRISTI
scriptum reliquerint, de æternas, sicut, & tem
porali, deque diuinitate
CHRISTI.

De duplice

DIALOGVS VRBAN. RHEG.

DE DVLICI NATIVITATE CHRISTI, ALTERA, QVAE

*æterna est ex patre & uera illius diuinitate, altera, que
temporalis est, ex Maria perpetua
uirgine.*

VRBANVS.

Prophetiam Micheæ ex capite quinto de æterna & temporali natiuitate Messiae supra a nobis explicatam, etiamnum te memoria fidei tenere non dubito, quocirca nihil attinet semel dicta hic iterare. Ibidem audisti etiam, quod Christus non tantum uerus homo, sed & uerus Deus sit, quod duæ naturæ diuina & humana in Christo unitæ sint in unione personæ. De qua unitate personæ pius ille Athanasius, e diuinis literis in suo Symbolo pie admodum scripsit: & uti ille scripsit, sic cum eo tota Catholica piorum Ecclesia sentit & credit.

ANNA.

Quæso te ut uerba Athanasij de Christi persona non graueris comme morare, quo inde fidem meam de Articulo hoc tam magno confirmem, & pie recteç de eo cogitem ac sentiam

VRBANVS.

Primum sic loquitur de filio in diuinitate secundum diuinā ipsius natu ram & substantiam.

Alia est persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti.

Sed Patris & Filij & Spiritus sancti una est diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas.

Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus.

Immensus pater, immensus Filius, immensus Spiritus sanctus.

Aeternus pater, æternus filius, æternus spiritus sanctus.

Et tamen non tres æterni, sed unus est æternus.
Sicut non tres increati nec tres immensi, sed unus increatus & unus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens filius, omnipotens Spiritus

Et tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens.

Ita Deus pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus.

Et tamen non tres Dñi, sed unus est Deus.

Ita dominus pater, dominus filius, dominus spiritus sanctus.

Et tamen non tres Demini, sed unus est dominus.

Quia sicut singillatim unamquæ personam Deum aut Dominum confiteri, Christiana ueritate compellimur, Ita tres deos aut dominos dicere, Catholica religione prohibemur.

Pater a nullo est factus, nec creatus nec genitus.

Filius a patre solo est, non factus nec creatus sed genitus.

DE CONC. CHR I AD DISC EMAVM EVNT.

Spiritus sanctus a patre & filio, non factus nec creatus nec genitus sed procedens.

Vnus ergo pater non tres patres, unus filius non tres filii, unus spiritus sanctus, non tres spiritus sancti.

Et in hac trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus.

Sed totae tres personae, coæternæ sibi sunt et coæquales.

Ita ut per omnia, sicut iam supra dictum est, & Trinitas in unitate, & unitas in trinitate ueneranda sit.

Qui uult ergo saluus esse, ita de trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æternam salutem, ut incarnationem quoq; domini nostri Iesu Christi fideliter credat.

Est ergo fides recta, ut credamus & confiteamur, quia dominus noster Iesus Christus Dei filius Deus & homo est.

Deus est ex substantia patris ante secula genitus, et homo ex substantia matris in seculo natus.

Perfectus deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens.

Aequalis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humilitatem.

Quilicet Deus sit & homo, non duo tamen sed unus est. C H R I S T U S.

Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.

Vnus omnino non confusione substantiae, sed unitate personæ.

Nam sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus.

Hoc sic intelliges, duæ naturæ diuina & humana, in sua substantia nō pereunt, nō aboletur, nō mutantur, aut distrahantur, sed sunt in Christo una duntaxat persona non duæ. Sicut quis Christus Dei natura filius semper in patre sit & cum patre sit, & a patre ab eterno generetur. Quæ æterna eius generatio neq; ratione comprehendendi necq; uerbis explicari potest, sed est incomprehensibilis & inenarrabilis, quemadmodum propheta Esaias capite quinque simotertio, ait: Generationem eius quis enarrabit? Quæ uerba ueteres & uere p̄ij Doctores, ut Cyrillus aliq; plures, de æterna CHRISTI natuitate intellexerunt.

Nicenum quoq; & Constantinopolitanum Concilium itidem scripturis sic de Christo sentiendum & credendum esse docuerunt & praescri-
pserunt in hæc uerba.

In Eccl. hist. lib. oct. ap. 5. Credimus in unum Dominum Iesum Christum filium Dei natum ex patre, unigenitum, hoc est, ex substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine,

In Eccl. Tri. lib. 2. cap. 9.

ex lumine, Deum uerum ex Deo uero, natum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, & que in coelo & quæ in terra.

Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de coelis, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria uirgine & homo factus est.

Nunc audi perpetuum stabileq; illud diuinarum literarum de æterna
hac nativitate Christi fundamentum & testimonia indubitissima.

Salomon in prouerbij cap. octauo per spiritum Dei sic loquitur de ea
re. Dominus possedit me in initio uiarum suarum, antequam quicquam
faceret a principio, ab æterno ordinata sum & ex antiquis antequam terra
siceret. Nondum erant abyssi & ego iam concepta eram, nec dum fontes
aquarum eruperant, nec dum montes graui mole constiterant: Ante om-
nes colles ego parturiebar, adhuc terram non fecerat, & flumina & cardi-
nes orbis terræ. Quando præperabat coelos aderam, quando certa lege
& gyro uallabat abyssos, quando æthera firmabat sursum, & librabat fon-
tes aquarum, quando circundabat mari terminum suum & legem po-
nebat aquis ne transirent fines suos, quando appendebat fundamenta
terræ, cum eo eram cuncta componens. Et delectabar per singulos dies
ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ
erant cum filijs hominum.

Hæc uerba Orthodoxi Doctores de Christo intellexerunt, ut Cyrillus
ii. i. cap. v. Cyprianus li. ij. contra Iudæos cap. i. & ij. quod Christus æ-
ternum uerbum & æterna sapientia Dei patris sit, per quam omnia con-
didit tam quæ in coelis quam quæ in terris sunt, quemadmodum & Au-
gustinus ait in explicatione uersus Psalm CIII. Quam magnificata sunt o-
pera tua Domine, omnia in sapientia fecisti. Sic & Paulus i. Corinth. i.
Christum uocat Dei potentiam & sapientiam. Et Colos. i. ait omnia per
Christum condita esse, Et Heb. i. per filium secula condidit. Hinc He-
brae Lingua eum uocat Amon, quod in opere conditionis coeli & terræ
ut artifex præstantissimus & ingeniosissimus apud Deum patrem fuerit
& operatus sit, per quam æternam sapientiam pater omnia condidit. Sed
sapientia hæc condita aut creata non est, quia creatura non est, sed creator
ipse, ab æterno tamen a patre genitus. Habetq; in delicijs summis, ut sit
apud homines, quod in magno illo opere saluificæ & sanctissimæ huma-
nitatis ab ipso suscepto satis declarauit, quam immensam & inexhaustam
gratiam & salutem D. Paulus Tit. ij. uocat Θεοφωτια, eo quod Dei
filius, quamuis nihil nostri egeret, tanto tamen tam ardentis amoris af-
fectu nos est complexus, ut nostra caussa & ipse homo fieri dignatus sit,
per omnia nobis similis, excepto quod omnis peccati labe expers fuit, no-
stramq; naturam uere assumpserit, ut in nobis esset & nos in illo eternum

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

uiueremus. Non opus est multis testimonij & probationibus ad conseruandam æternam nativitatem Christi: ubi enim Scriptura de uera diuinitate Christi loquitur, ibi firmissime & irrefragabiliter etiam eius æternam nativitatem probat & asserit. Nam si Deus est, nec tamen pater, sicuti Scriptura personas clare & diserte distincteque separat suis proprietatibus in diuinitate, ideo alia persona est quam Deus pater, non tamen nouis aut aliis Deus. Cum itaque unus tantum æternus Deus sit, non potest dici, quod filius hic ætate minor sit patre, ueluti creaturarum conditio est, ut is qui gignit uincat ætate genitum. Sed Deus tempore non est comprehensus, sed est perpetuo immutabilis, ideoque filius patri æternitate sit similis oportet, ut dici nequeat, erat aliquod tempus quo filius non fuit, & deinde factus est. De creatura quidem hoc dici potest, sed non de æterno uerbo, quod in principio erat, & erat apud Deum, & Deus erat id ipsum uerbum, & omnia per ipsum facta sunt, Ioannis primo. Est igitur Christus unigenitus ut ab æterno genitus Deus, Dei naturalis filius, quia illam ipsam naturam habet, quam pater habet, qui ipsum genuit, ut ait Hilarius, Similia dari possunt non quidem per omnia quadrantia, sed tamen talia, unde aliquomodo intelligas tanta mysteria, quantum quidem mens humana capere potest. Si Sol hic uisibilis & corporalis in firmamento celorum ab æterno sterisset, tum alius ille & formosissimus Solis splendor aut iubar, qui e sole in totum mundum permanat & diffunditur, itidem æternus ut sol, nec sol prodiret e iubare, sed iubar e sole, nec tamē sol uinceret annis splendorem, sed eadem utriusque esset æternitas.

ANNA.

Rogo recenseas testimonia de diuinitate C H R I S T I e Scripturis,
VRBANVS.

Vbi Moses, maximus ille propheta, per Spiritum sanctum primum librum suum auspicatur de creatione omnium creaturarum dicturus, ibi aperte mentionem æterni filii Dei facit, eumque uerbum uocat.

IN PRINCIPIO, inquit, CREAVIT DEVS COELVM & TERRAM. DIXITQUE DEVS FIAT LVX & FACTA EST LVX. ET VIDIT DEVS LVCEM quod esset bona.

In his uerbis habes primum personam patris, ubi Moses ait: Creavit Deus, dixit Deus. Deinde & personam filii Verbum. Necque enim solus est Deus sed dicit VERBUM, quod VERBUM apud ipsum erat in principio, Estque altera persona in Diuinitate. Cum autem Deus per id suum diceres que VERBVM, omnes creaturas considerit, necesse est id VERBVM quod dixit ante omnes creaturas, & Deum fuisse. Nec poterat VERBVM creature esse, cum omnes creaturas per Verbum Deus in principio considerit. Cum itaque VERBVM creature non sit,

non sit, cumq; ante quam tempus esset, & ante omnes creaturas, apud Deum fuerit, cum nondum ulla creatura esset, sequitur necessario hoc VERBVM æternum esse, & uerum Deum esse. Quicquid enim est, nec tamen creatura est, nec temporale est, nec inicium habet, id necesse est uerum Deum esse, quandoquidem hic inter Deum creatorem & creaturam nullum est medium, sed quicquid existit, id aut in creatum est aut creatum, uel creator uel creatura est. Si itaq; Verbum quod Deus dixit, creatura non est (siquidem per Verbum omnes creaturæ conditæ sunt, atq; ita Verbum creator est omnium creaturarum) sequitur hoc Verbum, uerum eternumq; Deum esse. Idq; Verbum est Dei filius, qui in tempore factus est homo, Ioannis primo: Verbum caro factū est, hoc est, uerus & natura lis homo factus est.

Ex hoc textu Mosi Euangelista Ioannes suum Euangelion auspicatus est, ubi de benedicta Iesu Christi diuinitate sic ait, IN PRINCIPIO ERAT VERBVM, & VERBVM ERAT APVD DEVUM, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt & sine eo factum est nihil. Testimonium hoc firmissimum & illabefactabile est, Christum esse uerum et naturalem Deum. Nam id uerbum est Christus, quod caro in tempore factum est.

ANNA.

Rogo hæc uerba non graueris explanare. Excedunt enim modulum ingenij & captus mei.

VRBANVS.

Non hic tantum, sed omnes Articuli fidei nostre catholicæ excedunt eam rationis. Verum si rationem tuam in obedientiam fidei tradere & subigere potes, facile capies & intelliges omnia. Longe secus hic fit quam in rebus & negotijs secularibus, ubi res sensibus & ratione ante percipiuntur & apprehenditur quam creditur. At in mysterijs diuini uerbi, intellectus articulorum proficiuntur ex fide, iuxta illud Esaiæ cap. vii. Nisi credideritis non intelligetis. Sed excutiamus & explanemus uerba Ioannis.

IN PRINCIPIO.

Hoc est, cum creaturæ incepissent aliquid esse, quæ ante nihil erant. Etenim ante id principium creaturarum, nullum erat principium. Nihil namq; erat aliud adhuc quā solus Deus, qui nō cœpit esse sed est eternus.

VERBVM ERAT IN PRINCIPIO.

Audit' Non dicit, Verbum cœpit in principio, sed iam erat apud Deum, cum oīa inciperent esse. Substantia aut Essentia eius nō cœpit tum una cum creaturis, sed aderat præsens ibi tum, cum oīm rerum aut creaturum essentia inciperet, omniumq; rerū esse uel essentia cœpit per uerbum. ET VERBVM ERAT APVD DEVUM.

Extra Deum nihil erat, ideoq; Verbum apud Deum fuisse necesse est.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Obserua diligenter, quod Ioannes diserte & explicite dicit: Verbum erat apud Deum: Nam hoc ipso distincte & euidenter discernit personam Verbi siue filij a persona Dei patris. Si aliquid fuit apud Deum ante conditionem omnium creaturarum, ergo non fuit solus. Quid fuit autem apud Deum? Verbum erat apud Deum. Aliquid apud Deum esse certum non est Deum solu[m] esse. Ergo necesse est id ipsum VERBVM aliam personam esse, quam is Deus est, apud quem in principio erat. Sequitur,

ET DEVS ERAT VERBVM.

Scis Deum haec uerba loqui Deut. vi. Audi Israel Dominus Deus uester Deus unus est. Si itaque unus tantum Deus est, sequitur quod Deus ipse essentialiter id ipsum uerbum sit, quod in principio ante omnes creaturas erat. Vides hinc quod hoc Verbum essentialiter Deus ipse sit, aut quod Deus ipse Verbum sit. Ita habes ueram & naturalem diuinitatem Christi. Nam Christus Verbum est Ioannis primo. Et cap. viij. ubi Iudei dicebant ad Christum, Quis es tu? Respondit dicens. In primis id quod & loquor uobis. τὸν ἀρχὴν ὁ πατὴρ λαλεῖ μέντοι. &c.

HOC ERAT IN PRINCIPIO APVD DEVM.

Audi in hoc Verbum in principio apud Deum fuisse, Deumque id ipsum uerbum fuisse. Haec uerba clare significanterque probant & conuincunt unam esse tantum naturam diuinæ essentiae, sed non unam & eandem personam, quamque tamen personam uerbi Deum in principio & in eternum.

OMNIA PER IPSVM FACTA SVNT.

Haec uerba satis probant & docent quod id ipsum uerbum Christus, Deus sit & creator omnium rerum quaeque in coelis quaeque in terris sunt. Si omnes creaturae per ipsum facta sunt, ergo citra omnem controvensionem ipse factus non est, nec in numero creaturarum quae omnes factae sunt, suuque principium & substantiam per Verbum habet, computari potest.

Sequitur.

SINE IPSO FACTUM EST NIHIL QVOD FACTUM EST.

Sic legit hunc textum D. Hieronymus. Si sine eo nihil factum est, quomodo potuit ipse creatus esse aut fieri sine quo nihil factum est. Ex his omnibus perspicuum & liquidum est, quod hoc Verbum uerus Deus sit, non tamen ex se se sed ex patre, necque tamen in tempore aut temporaliter sed ab aeterno & in aeternum extra omnes creature.

Cum itaque illud ipsum aeternum Verbum, Dei uerus & naturalis filius, humanam natu[m]am assumpserit, isticque sit Iesus Nazarenus Christus, Ergo Christus uerus Deus est. Haec sane firmissima & solidissima sunt argumenta, & probationes irrefutabiles atque illabefactabiles diuinitatis Christi contra Sabellium, Ariu[m], Eunomium, Martionem, Manicheu[m], Valentiniu[m], Eutychen, Nestoriu[m], Apollinarem, aliosque excœcatos & dementatos horum heresios autores, qui de his tantis tanta celsis, tam longe supra omnem humanum

humanum captum positis rebus, non e fundamento & firmitate uerbi diuini, sed e fanaticis, stultis & erroneis speculationibus & opinionibus rationis sue loqui, tractare & explicare uolētes, in horribiles & execrando errores prolapsi sunt. Necesse itaq; est ut nullo modo hic rationē ducem sed uerbum Dei tantum sequamur, ei mordicus fide adh̄egramus, id ueris simum esse, persuasissimum habeamus, iuxta id tantum iudicemus & loquamur. Quod si relicto & posthabito uerbo, rationis acumine ea peruidere & sensibus percipere atq; metiri comprehendereq; uoluerimus, tum ex alio in aliū errorem deueniemus, donec ueritatē prorsus amiserimus.

Sed audiamus plura testimonia diuinitatis Christi. Psalmo xlivij. diuitias & humanitas Christi, spirituale eius regnum, & data fides Sponsi Ecclesiae describitur his inter alia uerbis. SEDES TVA (uel Thronus) DEVS IN SECVLVM SECVLVI. VIRGA REGNI TVI (uel sceptrum regni tui directum siue æquitatis sceptrum est) DILEXISTI (uel diligis) IVSTICIAM & ODISTI INIQVITATEM (uel impietatem) Propterea unxitte Deus Deus tuus oleo læticiae præ confortibus tuis.

Hic Propheta Christum uocat uerum Deum, Et hunc uersum D. Paulus citat Heb. i. probaturus diuinitatem Iesu Christi. Audis etiam Iesum hoīem esse, quē Deus magis & largius unxerit, hoc est, Spiritu sancto & donis suis dotarit & cumularit multo & infinito pluribus, maioribus & opulentioribus quam consortes ipsius, hoc est, credentes in Christum. Id intelligi debet de humanitate eius, iuxta eam ad æternum regnum & sacerdotium unctus est per S. sanctum. Iuxta eam humanitatē habet Christus consortes seu socios, quos in Psalm. xxi. fratres uocat, Paulus item Rom. viij. uocat Christum primogenitum inter multos fratres. Secundum diuitiam uero non habet cōsortem ullum, Solus est unigenitus eternus dei filius. Virga autem uel sceptrum eius est Euangelium: eo regnat & regit Christus. Id est uirga directionis uel directum sceptrum æternæ & ueræ iusticie, que per Euangelium contingit, nempe, fides in Christū, per quam & Spiritum sanctum accipimus, qui nos recta, nō per deuias & erroneas vias humanae doctrine sed per rectam, compēdiosam, et nusq; aberrantem semitam ad uitam, ad ueram felicitatem, ad Deum ipsum ducit.

ANNA.

Possent ne hic obijcere Iudæi, non posse diuinitatem Christi ex Psalmo hoc solide & sufficiēter probari, cum dictio Elohim, iuxta dialectum lingue sanctæ, non Deum tantum significet, sed & Angelis & Iudicibus tribuatur, Psalmo viij. Item i. Regum ij.

VRBANVS.

Fateor dictionem Eloha Creaturis etiam aliquando tribui, sed in Psalmis hoc circumstantijs oēs euincū & probāt infallibiliter et manifeste Elohim

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT

hic duntaxat significare uerum illum naturalem & æternum Deum, quia dicit, Deus sedes siue thronus tuus uel regia sedes tua. Audin' mentione sedis fieri. Evidem hoc æternum regnum siue imperium, aut regia Sedes hæc nullius creaturæ propria est, sed unius & ueri Dei qui ubiq; in Scripturis dicit: Ego sum Dominus. Ergo hic Elohim est uerus ille & æternus Deus, qui æternam sedem habet. Estq; hoc loco diuinitas Christi euidentissime firmissimeq; probata contra præfactos etiam Iudæos, qui bus uelint nolint, confitendum est, hunc Psalmum de Christo loqui.

Christi diuinit
tatis,

Porro Paulus etiam probat diuinitatem Christi ex secundo Psalmo ubi pater ait ad filium: Filius meus es tu, hodie genui te. Quamuis autem omnes pīj seu credentes in Scripturis etiam filij Dei uocentur, attamen Christus hic alio quodam modo, filius Dei appellatur. Nos sumus filii Dei ex gratia per lauacrum regenerationis &c. Tit. iiij. At Christus est Dei uerius & naturalis filius ex Dei substantia ab æterno genitus. Ac prærogatiuam hanc Paulus significans ait, Ad quem angelorum dixit unquam Filius meus es tu. Si nullo Angelo hæc uerba dixit, multo minus ea ad huc modum homini ullo locutus est. Angelos creauit Deus, creauit & nos, & per uerbum perq; spiritum regenuit, eaq; regeneratione factis sumus filii gratiæ, sed ad Christum dicit, Ego hodie genui te. D. Augustinus in commentarijs in secundum Psal. ait hanc uocem, Hodie, indicare & significare æternam nativitatem filij. Quanquam etiam possit illa dies in prophetia dictus uideri, quo Iesus Christus secundum hominem natus est: tamen hodie quia præsentiam significat (atq; in æternitate nec præteritum quicquam est, quasi esse desierit, nec futurum quasi nondum sit, sed præsens tantum: quia quicquid æternum est, semper est) diuinitus accipitur secundum id dictum, hodie genui te, quo sempiternam generationem uirtutis et sapientiæ Dei, qui est unigenitus filius, fides sincerrima et catholica prædicat. Sic & ab alijs Ecclesiæ pījs & sanctis Doctoribus, Arnobio, Hilario, Cyrillo, Chrysostomo, pluribusq; hic uersus intelligitur.

Citat etiam D. Paulus Heb. primo uerba quæ extant. iij. Reg. septimo ubi Deus Pater de Christo loquitur. EGO ERO EI PATER, & IPSE ERIT MIHI FILIVS. Hoc proptie de Salomone dici non potuit, ubi Deus Dauidi filium seu semē promisit quod egressurum esset de utero ipsius. Circumstantiæ enim textus euincunt de Christo dictum esse. Ac Paulus his uerbis probare uult Christum esse filium longe alium quam sint ulli alij, & longe supra alios filios, Deum: que hoc adnullum Angelorum dixisse, multo minus ad Salomonē. Quomodo autem hoc fieri potest aliter quam ut Christus sit naturalis Dei filius. Siquidem auctor & nomenclatura filiorū ex gratia nobis in Christum creditib. tribuitur, sicut Ioannes ait capite i. Quorquot aut̄ Christum receperunt, dedit eis ut liceret filios Dei fieri, uidelicet his qui credidissent in nomen ipsius. Item ex

Item ex Psalmo xcvi. adducit Paulus uerum hunc. Adorate eum omnes Angeli eius. Verba Pauli haec sunt. Rursum autem cum inducit (scilicet Pater) primogenitum in orbem terrarum dicit: ET ADORENT EVM OMNES ANGELI DEI. Hic uersus loquitur de regno Christi quod est supra omnia tam in cœlis quam in terra, quod per Evangelion præparatur, per quod Christus mundo manifestatur, per quod & mundus ei hæreditate obuenit, quam hæreditatem pater ei in Psalmo secundo daturum recepit. Quanquam autem Angelica natura inter creaturas nobilissima dignitate ac præstantia longe alias precedit, tamen mandatur illis ut hunc Regem Christum adorent. Adorari autem honor est is, qui soli Deo debetur nec ulli præterea. Consule Scripturas & inuenies quod Angeli neminem adorem preterquam uerum Deum. Apoca. xix.

Probat item Paulus Heb. primo diuinitatem Christi ex decimo Psalmo. Et tu in initio DOMINE terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli, ipsi peribunt, tu autem permanes & omnes sicut uestimentum ueterascent, ac uelut opertorum mutabis eos & mutabuntur. Tu autem idem ipse es & anni tui non deficient.

Docet nos, uti uides, hic Spiritus sanctus per organum suum Paulū, quod hic Psalmus hoc loco de Christo loquatur, id quod etiam ex toto Psalmo, & argumento eius facile colligi potest, uidelicet, quod Rex ille, quem ministri ipsius in toto mundo promulgarunt, ut gentes & omnes reges terræ eum timerent, quod is rex sit ille ipse Deus, qui cœlum & terram condidit & fundauit. Et licet creaturæ pereant & mutentur, hic tamen Deus in sepe permanet, qui est immutabilis, & æternus. Hæc omnia certe in Christo inueniemus. Dubium igitur non est quin idem ille uerus deus sit, qui ita per totum mundum annunciatus est & timetur.

Habemus item firmissimum & illabefactabile argumentum ad probandum Christi diuinitatem, e nominibus Dei diligenter obseruatis, quibus Scriptura de Deo loquitur. D. Hieronymus ad Marcellam decem nomina annotauit, quibus Scriptura Deum uocat,

Dei nomina:

El id est fortis.

Elohim id est Deus.

Elohe id est Deus.

Zebaoth. Hanc uocem Septuaginta uerterunt, θεούς. Et doctissimus quidam Rabbi Aquila dictus, uerit, exercituum. Sed Scriptura semper addit, summum illud nomen Iehouah. Edonai id est Dominus aut Deus. Edonai Zebaoth, Dominus exercituum.

Elion id est altissimus.

Eheieh, elcher, eheieh. Exodi, id est, Sum qui sum.

Edonai id est Dominus.

Iah, &

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT

ix Iehouah. Hæc duo nomina significant Deum tantum in sua diuina; æterna & immutabili essentia.

x Schaddai, id est fortis, per se uel ex sese sufficiens & potens ad omnia perficienda, uti D. Hieronymus interpretatur. Sic uocat se Deus, Gen. xvij. Eni El Schaddai. Id Hieronymus latine reddidit, Ego Deus omnipotens. Septuaginta pro Schaddai uerterunt δός id est Deus, & recte. Nam ut maxime Schaddai omnipotentem significet, nec proprie Deum, tamen cum nemo præter Deum sit omnipotens, recte reddiderunt.

Nunc obserua quid Deus dicat Esaiae xlj. EGO SVM, inquit, IEHOVAH, HOC EST NOMEN MEVM, ET GLORIAM MEAM ALTERI NON DABO, hoc est, Ego sum uerus Deus, hic honor, hoc nomen mihi soli debetur, mihi soli cōpetunt, nec ulli creaturæ. Quod si nunc e prophetis probari potest hoc excellens & summum Nomen Iehouah Christo proprie esse tributum, tum certissimo & fortissimo argumento diuinitas eius probata est. Certum hoc est & manifestum, siquidem hoc nomen Iehouah est proprium & essentiale nomen Dei, nihil aliud significans quam unum uerum Deum in sua diuina essentia & maiestate: Id quod nullum ex decem illis nominibus facit, quam solum hoc nomen Iehouah & lah, quod idem significatione est, mea quidem sententia. Eadem enim utriusq; dictionis radix est.

ANNA.

Quæ est radix nominis Iehouah, unde admirandam hanc significacionem habet?

VRBANVS.

Oritur a uoce Hoiah uel Houah & Houch, que uoces significant Hebreis idem quod nobis Est. Hoc de nulla re dicitur nisi habeat substantiam & sit aliquid. Scis autem, e libro secundo Mosi, ubi Deus Moses missurus erat in Aegyptum, ut filios Israel ex Aegypto in terram Canaan educeret, quod ibi Moses ad Deum dicat: Ecce ego uadam ad filios Israel & dicam eis: Deus patrum uestrorum misit me ad uos. Si dixerint mihi, quod est nomen eius? Hic respondens Dominus dixit ad Moses Eheieh, escher, eheieh, hoc est, Ego sum qui sum, & ait, Sic dices filii Israhel, Eheieh misit me ad uos, hoc est, qui est misit me ad uos. Hic uides unde nomen Iehouah deducatur, uidelicet a Eheieh. Est autem tetragrammaton in Hebreo, id est, quatuor literis apud Hebreos scribitur, his scilicet, Iod, Hoe, Vau, Hoe, & significat subsistens uel qui est. Solus enim Deus proprio loquendo, ita est, ut a nullo suam essentiam habeat aut fortioriat. Est æterna, incomprehensibilis, infinita, perpetua, constans, immutabilis essentia, nullo egens. Sunt & creaturæ omnes aliquid, habentq; substantiam, sed non habent eam ex se, sed a Deo omnipotente creatore & Eheieh, is dat omnibus rebus & creaturis suum esse, is fouet, alit, uegetat & seruat.

Ieruat omnia. Hinc Rabbi David Kimchi ait, q̄ Scriptura Deum omnipotentem ideo uocet Iah, quod creator mundi & causa sit cur mūdus sit. Sed nunc audi locos aliquot, ubi Scriptura Christum illo ipso nomine Ichouah, hoc est, Dei, compellet, & tum intelliges, cur Christus Ioannis viij. ad Iudæos dixerit: Amen amen dico uobis, antequam Abraam nascetur, Ego sum. Hic se eodem nomine uocat, quo se Deus uocabat Ezechiel, ubi cum Moysi loqueretur Exodi. iiiij.

David Psalmo xxij. uocat Christum Dominum Zebaoth. Hebræis est lehouah Zebaoth, id est Deus exercituum, uel uti D. Hieronymus scribit Zachariæ ij. quod Septuaginta uerterint πατρὶς ἡρών, id est omnipotentem. Non est autem dubium in Ecclesia, Psalmum xxij. de Christo factum esse, & Christum ibi Dominum Zebaoth uocari. Si igitur non hoc soli uero & naturali Deo competit, ergo testimonium hoc indubitatissimum & irrefutabile est, Christum esse uerū & naturalem Deum. Nec quicquam hic contra adferre possunt Iudæi quantumuis præfracti & obdurati.

Item Zachariæ secundo, Sic dicit, IEHOVAH ZEBAOTH MISIT ME AD GENTES. Hic loquitur Christus ipse qui a Deo patre missus est in mundum, ut non tantum Iudeos sed & Gentes uocaret per Euangelion in æternum regnum suum, eisq; salutem conferret, secp; uocat lehouah Zebaoth, quæ uoces solum omnipotentem Deum significant.

Item Zachariæ xij. IBI TVM VENIET IEHOVAH Deus meus & sancti omnes cum eo aut tecum. Hæc etiam de Christo dicuntur, & de posteriore eius aduentu ad iudiciū, interprete D. Hieronymo. Et Ecclesia hactenus hunc locum sic accepit, uidelicet, q̄ Christus Deus noster lehouah ille uenturus sit cum Angelis suis, sicut Matth. xxv. Cum uenerit filius hominis in gloria sua & omnes sancti Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem gloriæ suæ.

Eodem cap. xij. addit Zacharias. Qui nō ascenderint de familijs terre ad Hierusalem, ut adorent regem Dominū exercituum, uel lehouah Zebaoth, non erit super eos imber. Hęc loquitur Propheta de Christo nō credentibus, nec Christum in Ecclesia pro suo rege, Domino & Deo agnoscens & adorantibus. quod grauissima & horribili plaga sit eos punitus, ablata scilicet uerbi diuinæ pluuiia. Quod & Iudæis accidit, ut ita exarescant, flacescant, & pereant. Cum Iudæum uideo, eumq; Scripturas tractantem & exponentem audio, bone Deus, quam ibi miseriam, quam horribiles tenebre cordibus eorum obductæ sint, quam immediabiliter sint indurati, quam potenter Satan eos in erroribus suis captos teneat. Habes

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

plures loces in hoc propheta, in quibus Christus uerus Deus appellatur nomine Iehouah. Dauid quoq; Psalmo quadragesimo sexto sic canit de ascensione Christi, ASCENDIT DEVS CVM IVBILLO & IEHOVAH IN VOCE TVBAE. Nonne hæc clarissima & certissima diuinitatis Christi testimonia sunt? Item Psalm. lxxvij. ait: Præparate uiam ei qui aduehetur suauiter, Dominus nomen eius es cluue Deus:) & exultate coram eo. In hoc Psalmo iterum Dauid de Christo canit, quem locum ipse Spiritus sanctus per Diuum Paulum Ephesio rum quarto, de Christo exponit. Iterumq; hic essentiale nomen Dei ponitur. Hebraea enim uerba hæc sunt. Solu lorocheb Baeraboth be IAH schmo. Hic ut uides ponitur essentiale illud Dei nomen IAH, quod eadem habet significationem cum Iehouah. Item Esaie xxxij. Iehouah iudex noster est, Iehouah legifer noster, Iehouah rex noster. Ipse saluabit nos.

Hic Christus ter Deus uocatur. Id in vulgata translatione non tam perspicue uideri potest. Ea enim uocem Iehouah redditam habet Dominus, quæ uox generalis est, & communis omnibus ijs, qui dominium alii quod habent, quicq; regūt & imperāt. Iehouah uero solius Dei proprium nomen est, nec generalis nec alijs cōmuniis uti Dominus uocula Latinis. Propheta ante uaticinatus erat de statu & conditione Ecclesiae Christianæ, quod sub rege suo Christo summam pacem, tranquillitatem & securitatem habitura esset. Et subiicit ἡ πολογίαν hanc, quod Ecclesia sit habitura talem iudicem, legislatorem & regem, qui Deus ipse sit, & qui ipse adesse nobis & auxilium ferre uelit. Est iudex noster non qui nos damnet, sed tucatur, & ab iniurijs impiorum vindicet, quorum itidem sed alia ratione iudex est, nimis ea qua describitur Psalm. ij. Apprehendite disciplinam, Cuelos culamini filium) ne quando irascatur Dominus & pereatis de uia. Nam exardebit in breui ira eius. Tum iudicium & ira eius in incredulos & impios tantum sœuiet. De nobis in Christum credentibus dicit: Beati omnes qui confidunt in eo.

Est & legislator noster, sed longe alius quam Moses, qui Iudeis legem Dei dedit in tabulis lapideis, nec tamen ea lege ad ueram iusticiam suos ducebat, non em poterat uim efficiendi & præstandi legem addere, sed noster ille legislator & docet nos quæ recta, sancta piaq; sunt, & addit etiam nouum cor Spirium suum, quemadmodum per Ezech. xxxvi. promilit. Scribit enim legem suam in corda nostra digitus Dei, ut cum alacritate & uoluptate legem Dei faciamus. ij. Corinth. ij. Iere. xxxi.

Est & Rex noster, quia regit nos uerbo & spiritu suo, defendit & tutetur nos ab omnibus malis temporalibus & æternis.

Item Esaie liij. consolatur Spiritus sanctus totam Ecclesiam dicens: Noli timere,

Noli timere, quia non confunderis neque erubesces, quia maritus tuus est creator tuus. Nomen eius est Iehouah Zebaoth, & redemptor tuus, Sanctus in Israel, Deus omnis terrae uocabitur.

Hæc Prophetæ de Christo & Ecclesia eius locutus est. Paulus enim docet Eph. v. quod Christus sit sponsus & maritus Ecclesiæ Catholicæ. Iterumque hic Iehouah Zebaoth nuncupatur, id est, Deus omnipotens. Et deinde alio etiam diuinitatis nomine eum uocat Elohe, quæ uox itidem Deum significat, uti ante in decem nominibus indicauimus. Et hæc prophetia ab Apostolorum temporibus est implera, & quotidie adhuc impetratur. Per totum enim orbem consistunt omnes p̄ij in Christum credentes in uno Spiritu & fide, quod Iesus Nazarenus sit Christus Dominus noster & uerus Deus, benedictus & laudandus in secula. Amen. Scriptura referta est his testimonijis de nomine Iehouah. Audiamus itaque & alia. Esaiae xxv. cap. Ecce Deus noster iste est quem expectamus, & saluabit nos. Iste est Iehouah (sive Deus) Expectabimus eum, & exultabimus atque lætabimur in salutari seu auxilio eius.

Hæc prophetia competit proprie in Messiam, is mortem aboliturus & absorpturnus erat in eternum, ut ante propheta dicit, & tum tempore noui testamenti dicet Ecclesia, Iesus Nazarenus Christus est Deus noster, qui auxilium & salutem adferre uult. Nunc enim ea prædicatio seu doctrina sparsa est per totum mundum, sicuti Paulus prædicat i. Tim. i. Christum Iesum uenisse in mundum ut peccatores saluos facheret. Et Petrus Act. xv. ad eundem modum concionatur, dicens: Credimus nos per gratiam Iesu Christi saluos fieri, sicut & patres nostri crediderunt.

Aliud. Esaiae xxxv. Confortamini & nolite timere, Ecce DEVS uester ultionem adducet, retributionis Deus ipse ueniet & saluabit uos. Hæc prophetia itidem loquitur de Christo, de quo eam & Cyprianus citat libro ij. contra Iudeos capite sexto. Nam statim subiungit propheta & recenset miracula ea quæ Messias editurus esset in mundo. Ac præcipit hic Spiritus sanctus omnibus uerbi diuini præconibus, ut omnes spiritu pauperes, hoc est, eos qui uere poenitentiam agunt, qui serio & ex animo de peccatis dolent, & ad iram & iudicium Dei expauefacti & anxii contre miscunt, ut eos consoletur, & Euangelium de Christo diligenter & sedulo annuncient, quod Deus ipse sit uenturus ut hostibus nostris commercium supplicium infligat, nosque liberet & a peccatorum tyrannide redimat. Id quod factum est in plenitudine temporis, quo ipse unigenitus Dei filius in propria persona ad nos in terras uenit, assumpta humana natura, & propter peccata nostra mortuus est in cruce, & a morte resurrexit, eoque pecata nostra expiauit, nosque a morte & peccatis liberauit. Hoc præstiterit nullus alius quæ Iesus Christus Nazarenus uerus Dei filius, qui in plenitudine temporis factus est homo: atque ideo nomen hoc consolationis summæ

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

plenissimum habet, quo eum prophetæ ante uocauerunt. Et Angelus Matthæi primo nominat eum hoc etiam nomine Ieschua uel Iesus. Estq; dignum obseruatu & consolatione plenum, quod hæ prophetæ haec nus cōmemoratae, ubi de ope & salute loquuntur, qua a peccatis & morte liberamur, ibi utuntur ea ipsa radice seuschorsch, unde sanctissimum & saluificū hoc nomē Iesus deducitur. Veluti Elsaig xxv. ait propheta Ioschiah, & xxxv. dicit, Ioschaechem. Hę dictiones oēs ueniunt et originē suā habēt a Ioscha & Hoschia, id est, erexit, auxilio esse, redimere et liberare.

Ieremiæ xxij. uaticinatur Propheta de regno Christi, eumq; uocatue rum germen Dauidis, & addit, Vocabitur Iehouah iusticiæ nostræ: Hoc est nomen quod uocabunt eum Dominus iustus noster. Prophetam hoc loco de Christo & regno eius uaticinari confitentur ipsi Iudeorum Rabbinī, ut Rabbi Kimchi alijsq;. Et Thargum seu textus Chaldaicus dicit, Akemle Dauid Meschiah de Zadika ia, hoc est, Dauidi suscitabo uel erigam Messiam, hoc est, Christum iustum. Hic promittit Deus Dauidip̄ prophetam longe post mortem Dauidis, germen seu frondem iusticiæ, quod germen, ueram iusticiam eriget & producet. Hoc germen est Christus. Eodemq; loco indicat quod eius sit futurum nomen, uocatque eum Deum. Ponit enim uocem illam sanctissimam Iehouah. Hoc testimonium erroris insanissimi accusat omnes Iudæos & damnatos Arrianos, firmissimq; et manifestissimo argumento probat & conuincit Christū non tantum uerum hominem, etribu Dauid secundum carnem natum, sed & uerum & unicum & naturalem Deum esse.

ANNA.

Sæpen numero dicere te memini, te in Scripturis inter breues sententias ac dicta nullā habere q̄ te efficacius preuentiusq; consoletur, q̄ hęc uerba, Dñs iustus noster, uel Christus Deus iusticie nostrę. Hanc sententię dicas esse preciosissimū & charissimū & unicū cimeliū tuū, qđ cōmutare nolles aliquot mundor̄ myriadibus, si tot mudi essent. Esse em̄ nucleus totius Euangelij. Quapropter rogo ut ea uerba diligēter exutias & pertracies, ut & ego preciosissimi illius thesauri & cimeliū particeps siam. Evidēcia debent nobis esse communia, cum mea quoq; sint ea quæ tua sunt.

VRBANVS.

Cur non cum Paulo Philip. iij. dicerem. Quæ mihi erant lucra earum, bitratus sum propter Christum damnum esse. Quin etiam arbitror omnia, damnum esse propter excellentiam cognitionis Christi Iesu Domini mei, propter quem omnia pro damnis duxi, habeoque pro reie clementis, ut Christum lucifaciam, utq; reperiār in illo non habens meam iusticiam ex lege, sed eam que per fidem est Christi, que est ex deo iusticiam super fide ut cognoscam illum & potentiam resurrectionis illius.

Nulla afflictio, nullus dolor, nullum quamuis acerbum uulnus animi, ita animum meum perturbauit, & excruciauit, ut me hoc Ieremiæ dictum non recrari

non recrearit & refocillarit. Quæcunq; enim tentationis procella ingruit,
quanracunq; afflictionum tempestas exoriatur & sæuiat, cum peccata me
angunt, cum mortis horror animum cōcutit, cum eterne damnationis cru
ciatus animo obseruantur, statim hucrecurro, in hoc cimelio habeo unum
illum Heroa, qui & uult & potest ex omnibus periculis & calamitatibus
meliberare, quia uerus est Deus Iehouah. Est & uerus homo factus, ut
peccata mea portaret, ut innocentem & sanctissimam uitam suam, precio
sissimam mortem, & omnia sua pro me expenderet.

Cum conscientia mea ad desperationem uergens dicit, quomodo per
sistes coram Deo, quomodo æternam mortem effugies? Peccator es, pec
catoris non aliud stipendum & merces est, quam indignatio, ira, afflictio
& anxietas tam in hac uita quam post hanc uitam. His impetibus & arieti
bus tentationum quassatus, confugio ad hoc dictum, cimelium meū, ceu
ad anchoram sacram. Hoc dictum meus gladius, hoc panoplia omnisq; ar
matura mea, hoc arx illa mea fortissima est, atq; in hæc uerba prorumpo.
Fateor uerum esse (& eheu nimium uerum est) me esse miserrimum pec
catorum, quantum attinet ad meā personam, ac proinde commeritum gra
uissima quæc; supplicia, sed Deus peccatoribus promisit, se missurum e
stirpe Davidis germen iusticiæ, quod Deus sit, & præterea quod etiam iu
sticia sit nostra. Hanc datam peccatoribus fidem suam ante multa iam rem
stra: quibus uerbis & Paulus utitur i. Corin. i. ad hoc prophetæ testimoni
um haud dubie respiciēs. Quocirca ut maxime de multis & multiplicibus
grauiibusq; peccatis mihi sim conscius, nolo tamen ideo despondere aim.
Nam & in Baptismo sacrosancto indui Christū, salutare Dei, per quem
Deus salutem nobis & promisit & prestit, is Christus extra omnem con
trouersiam satis superc; iustus est, & cum meus sit, ut maxime peccatis or
nusta sit persona mea, tñ cum peccatorum seriam poenitentiam egerim et
agam, cum ex animo doleam me offendisse Deū, habeo quod opponam
peccatis meis, nimirum eternam iusticiam, quæ gratuito mihi donatur, ui
delicet Christum ipsum una cum passione & resurrectione ipsius. Hunc
obtendere summæ & leuerae iræ Dei, & post illum ut uerum propiciato
rium latere & tegere possum, at ita consistere & permanere illabefactatus
aduersus peccata, mortem & spiritum illum malum, quandoquidem inno
centia & iusticia Christi infinita, æterna, & invicta est, & potentior omni
bus peccatis. Vita illius tāta est & tā infinita fortitudine acrobore, ut mor
tem uicerit. In summa. Nulla mens assequi, nulla lingua explicare potest,
quantæ sint illæ diuitiæ, quantus thesaurus, quanta opulentia, quod Chri
stus Dei uerus & naturalis filius iusticia nostra factus est. Si pro se aut si
bi tñ iustus & bonus esset, nihil id professet nobis. Nunc uero cum mea
etiam iusticia fiat, quæso te, si id firma fide apprehendo, si hoc mihi persua

DE CONC. CHR I. AD DISC. EM AVM EVNT.

sillimū est, quis me lēderet? quis terrorē aīo incuteret? qd ad desperationē
me adigeret? An nō cū Paulo tū pie gloriabūdus dicere possum: Si Deus
pro nobis quis cōtra nos? Qui proprio filio nō pepercit sed pro nobis om
nibus tradidit illum, qui fieri potest ut non & cū eodem omnia nobis do
net? Quis intentabit crīmina aduersus electos Dei? Deus est qui iustificat.
Quis ille qui condemnat? Christus est qui mortuus est, imo qui & susci
tatus est, qui & est ad dexteram Dei, & intercedit pro nobis. Quis nos se
parabit a dilectione Dei? Vide quam animosum, quam sancte iactabun
dum & pie præferocem hæc sententia prophetæ Diuum Paulum reddi
derit, quantum illi animi quantum roboris addiderit, ut nihil omnino sibi
formidari, ut ad nullum malum expauescere & exalbescere potuerit? An
non igitur & ego hoc dicto niterer, an non eo me oblectarem, exhilara
rem, recrearem & fulcirem? Si Christus iusticia mea est, (ut est) tum non
possunt nō mihi condonata esse & euangelicere omnia peccata mea, tū deus
ipse cum Angelis omnibus iustum me reputat propter Dominum meum

C H R I S T V M: Coram hac enim infinita iusticia nullum
peccatum remanet aut relinquitur, sed necesse est ea euangelicere & extin
gui, non aliter quam sc̄intillulam minūssima extinguitur in mari uastis
simo. Quod si peccata ablata & extincta sunt, tum & mors sublata &
suffocata est, ut piorum mors somnus tantum sit, & expeditissima uia ex
hac uita mortali in immortalem & eternam uitam. Tum etiam nihil ha
bet in me iuris amplius Sathan, sed amictus iusticia Christi, sum filius &
hæres Dei, & in æternum cum Christo uiuam. Sed quis incomprehen
sibiles & ineffabiles diuitias Christi enarrauerit? Chrysostomus ait in
quadam Homilia super Ioannem. Qui Christum habet, idem & omnes
diuitias apud se habet. Habet enim ueram iusticiam quam opponat Legi
& iudicio dei, uerā uitam contra mortē, uerā salutē aduersus dānationem,
uti Paulus dicit, Christus est impletio legis: qui in eum credit, is iustus est.

Ex hoc dicto leremq; tanta fiducia, tanta sed sancta superbia, tantuq;
animus Paulo additus est, ut quasi medium ostendere digitum morti, pec
catis & inferis audeat, i. Corinthiorū decimoquinto, dicens: Mors ubi est
aculeus tuus? Vbi tua inferne uictoria? Aculeus mortis peccatum, poten
tia peccati lex. Sed Deo gratia qui dedit nobis uictoriam per Dominum
nostrū Iesum Christus. Ecce sic Christus iusticia nostra est, eiusq; iusticia
& uictoria de peccatis, morte, & inferno nobis donata est, ut propria no
stra sit, ut eam nobis uendicare possimus. O utinam omnes qui Christino
men profitentur hoc intelligerent & crederent. ANNA.

Bone Deus quam essemus longe beatissimi, si hæc tam præclaratam
preciosa tam πολὺ τάσις ἀπόδοξης αξία uerba Dei penitus animis nostris in
figere & altissime in pectora nostra demittere possemus. Erit post hoc hac
dictū mihi quoq; κερμάτιον longe omnium preciosissimum & carissimum.
Deus mihi

DEVS mihi precor fidem qua id semper seruem in pectore meo reposi-
tum, dare dignetur Amen. Sed cur dictiones Hebraicas Edonai Zid-
kennu reddis, Deus iusticæ nostræ, ac non potius, Iustus noster, uti
habet vulgata uersio,

VRBANVS?

Quidam legerunt, Iustus noster, Verum cum Diuus Hieronymus ex-
Hebræo legerit, iusticia nostra, malui & ego sic legere. Plenius enim est
& plus habet energiæ ad cognoscendum CHRISTVM
& ad consolationem nostri. Sic & Spiritus sanctus per Diuum Paulum reddidit i. Corinthiorum primo: C H R I S T V S nobis fac-
tus est a Deo sapientia, iusticia, sanctificatio & redemptio, ut qui gloria
tur in Domino glorietur.

Habemus testimonia diuinitatis C H R I S T I alij etiam locis,
ut Esaiæ nono, ubi propheta C H R I S T V M uocat El, e quo
nomine fit Emanuel uel Immanuel, Esaiæ septimo. Quam uocem Spir-
itus sanctus ipse interpretatur Matthæi primo, Deus nobiscum. Elenim
idem est quod Deus. Quamuis autem proprie significet fortem, attamen
Esaiæ septimo & nono significat uerum & naturalem Deum, qui per se
fortissimus omnium & fortitudo ipsa est. Septuaginta quoq; sic reddi-
derunt ^{et dicitur i. Chrysost.} id est, Deus fortis. Extat item testimonium diuini-
tatis C H R I S T I Zachariæ tertio. Et ostendebatur mihi sacer-
dos magnus, Iehouah, stans coram Angelo Domini, & Sathan stabat a
dextris eius ut aduersaretur ei. Et dixit Dominus ad Sathan, Increpet te
Dominus.

Hic Angelus Dei et Iehouah uel Deus, est unigenitus Dei filius ipse,
qui specie Angeli apparuit prophetæ, & saepe etiam Angelus appellatur,
ut Esaiæ ix: Angelus magni consilij, (Quia ex magno & æterno consi-
lio sanctissimæ Trinitatis ad nos in mundum missus est.) Hic Angelus
Christus hic uocatur nomine illo proprio & unico ueri & naturalis Dei,
uidelicet, Edonai uel Iehouah. Ita habes ex disertis his & claris uerbis,
quod Christus sit uerus & naturalis Deus. Horum atq; huiusmodi te-
stimoniorum, ubi CHRISTVS aperte ac diserte Deus uocatur, plura
ediuinis literis adducerem, sed ubiq; obuia ultro sele tibi offerent. Sunt
autem multa etiamnum testimonia quibus diuinitas C H R I S T I
additum sit & expressum: Circumstantiae tamen euincunt potenter quod
ille ipse, de quo Scriptura in eo loco loquitur, uerus Deus sit, ut Esaiæ xlij.
dicit Deus. EGO EGO SVM IEHOVAH, NEC EST
SALVATOR ABSQ; ME.

Hic dicit Deus ipse nullum alium Moschiam, liberatorem aut saluato-

DE CONC. C H R I. AD D I S C. E M A V M E V N T.

rem esse quam se solum. Et nomen hoc Saluator in veteri & nouo Testamento ubique personae Christi etiam tribuitur. Sequitur igitur quod Christus uerus quoque sit Deus aut Iehouah. Hocque testimonium euincit & probat non minus diuinitatem Christi, quam si expressis & disertis uerbis Deus appellaretur. Nam cum personam principis prouinciae alicuius a regionis indicare & significare uolo, tum idem est & eodemredit siue dicam, Hic stat naturalis & hereditarius Dominus & princeps terrae huius siue, Hic stat is cuius est tota terra siue prouincia haec, aut, cui ex Dei mandato tota hec regio subdita est. Si itaque tota regio aut Ducatus ille nullius alterius est, quam illius principis, qui eum regit, tum utriuscep orationis eadem est sententia. Si nullus alius liberator aut saluator est quam Deus unicus, Sicque Christus unicus est saluator noster, teste Scriptura, Ergo ne cesset est Christum esse Deum. Hoc necessario sequitur.

Item Ieremiæ decimo septimo dicit Scriptura, Maledictus homo qui confidit in homine. Et Esaiæ uigesimo octauo. Romanorum nono. Qui crediderit in eum (Christum) non confundetur. Et Ioannis tertio. Qui credit in Christum habet uitam æternam. Totum Euangelium requirit fidem in Christum. Est autem fides opus primi mandati, quod nulli debetur quam unico & uero Deo. Si igitur in Christum credendum est, sicut quotidie Symbolum fidei nostræ recitantes dicimus, Credo in Christum Iesum Dominum nostrum &c. certe sequitur eum uerum esse Deum. Nisi enim uerus Deus esset, tum Scriptura non mandaret ut diuinus illi honor exhiberetur. Verum cum exigat ipsum affici honore diuino, necesse est eum Deum esse. Ut Ioannis quinto, Pater omne iudicium dedit filio, ut omnes filium honorent, sicut patrem honorant. Honoratur autem pater fide, dilectione, timore, spe & inuocatione, cum in eum creditur, cum diligitur, cum timetur, cum in eum spes omnis reponitur, cum inuocatur, hisque similibus. Hic est honor diuinus. Eodem honore itaque affici debet & filius. Ergo est Deus. Eiusmodi argumentorum multa colligi possunt, uti uidemus in Hilario, Ambrosio, Augustino, in primis autem in Cyrillo in quatuordecim præclaris & sanctissimis libris, quos Thesaurum inscripsit, contra Arrianos.

Esaiæ undecimo extat quoque testimonium de diuinitate Christi, ubi Hebræus sicut habet: GENTES CHRISTVM INQVIRENT. uel de ipso interrogabunt. Septuaginta reddiderunt Gentes in ipsum (Christum) sperabunt. Loquitur autem hic de radice Isai uel Iesse, hoc est, Christo, quod omnibus fatendum est, quod nemo inficiari potest. Quod si igitur Gentes in Christum spem suam collocare debent, sicut in nullum alium spes figi debet quam in uerum Deum, quandoquidem nullus alius potest aut uult saluare, sequitur Christum esse uerum Deum. Huiuscmodi

Huius cemodi argumentorum refertus est Euangelista Ioannes, unde uera Christi diuinitas e diuinis ipsius operibus probari potest. Ioannis v.
Sicut pater mortuos suscitat & uiuificat, sic & filius uiuificat quos uult.
Hinc sequitur filium esse Deum. Excitare enim mortuos ad uitam, opus
est infinitae potentiae, quod nemo praestare potest nisi uerus & naturalis
Deus. Cum uero Christus mortuos ad uitam reuocet sicut pater, hoc est,
ex potentia propria, sequitur eum esse uerum Deum.

Item Ioannis quinto. QVAECVNꝝ PATER FECERIT
HAEC ITIDEM & FILIVS FACIT. Hinc sequitur patrem &
filium eiusdem essentia, natura, & potentia esse. Ergo filius uerus est deus,
& tam creat quam pater. Ibidem. Sicut pater uitam habet in semetipso, sic
dedit & filio habere uitam in semetipso. Nos creature quoque uitam
habemus sed non ex nobis ipsis eam habemus, uerum habemus eam a
DEO donatam ex gratia. Pater uero coelestis uitam habet in semetipso,
ita ut ipse essentialiter sit ipsa uita, nec accepit eam ab alio. Nec dedit
filio sicut uitam, ut dat eam creaturis, ut ante non habuerit uitam, aut sine ui-
ta fuerit, sicuti creature, & postea uitam a patre acceperit. Nihil minus.
Non sic uitam habet filius in diuinitate, sed genuit filium ab aeterno e sua
substantia siue essentia. Ita Pater suam substantiam a nemine sortitus est.
Quod autem filius est, id ipsum est & habet a patre. Pater qui ipsa uita est
in semetipso, filium genuit, qui itidem uita in semetipso est, uti Augustinus
autem filius est ille ipse Dei filius, ideoque & Deus uerus est.

Item Ioannis undecimo dicit Christus, EGO SVM RESVR-
RECTIO & VITA. Hinc quoque sequitur eum esse uerum Deum,
Est enim uera uita & uiuificat. Quod non creature sed Dei peculiare ac
proprium opus est.

Item Ioannis decimo, dicit Christus. Potestatem habeo ponendi ani-
mam meam, & potestatem habeo rursus sumendi eam. Id quod & fecit
die Paschae cum e propria & diuina potenti & uirtute a mortuis resurre-
xit. Hoc diuinum opus est, idque sibi uendicat attribuit, dicit enim. Ego
potestatem habeo &c. Resurgentem & nos, sed non poterimus ipsis nos
resuiscitare, sicut Christus se ipse resuiscitat, sed Christus sua propria poten-
tia ac uirtute nos excitat.

Item Christus est omnipotens. Omnipotens autem nullus est praeter
aeternum & uerum Deum. Ergo Christum uerum Deum esse necesse est.
Eum omnipotentem autem esse probat Paulus Philip. tertio, ubi dicit:
CHRISTVS Transfigurabit corpus nostrum humile ut conforme
reddat corpori suo glorio, secundum efficaciam qua potest etiam subiace-
re sibi omnia. Ergo omnipotens sit, ac proinde etiam uerus Deus necesse
est.

Zachariae xij, dicit Deus: Effundam super domum David & super

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAV M EVNT.

habitatores Hierusalem spiritum gratiae & precum, & aspicient ad me quem confixerunt.

Hic Deus ipse loquitur. Dare enim Spiritum gratiae proprium Dei opus est. Ac idem ille Deus unus dicit se confixum aut transfollum esse. An non id Christo in cruce pendentia accidit: Ioannis xix. cap. ait: Vnus militum lancea latus eius fodit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Cum Deus & homo una tantum in Christo persona sit, ideo scriptura propter personalem hanc unionem hac orationis forma ac phrasim usitata est, ut i. Corinth. ij. Dominum gloriae crucifixus. Non enim persona Christi distracta aut diuella est, nec dicendum est, Christus homo passus est pro nobis, Christus homo transfixus est, sed Deus & homo, una haec persona, Dominus maiestatis aut gloriae crucifixus & transfixus est.

E fundamento veteris Testamenti diuinitas Iesu Christi in nouo Testamento ubique probatur & confirmatur. Actorum xx.

Attendite uobis & cuncto gregi in quo uos Spiritus sanctus posuit Episcopos ad regendum Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.

In haec uerba commentatus Beda ait. Non ueretur Paulus dicere sanctum Dei, propter unionem in duabus naturis Domini nostri Iesu Christi, propter quam & dicitur filius hominis qui in celis est. Desistat itaque Nestorius haereticus diuellere filium hominis a filio Dei, nec ipse duos sibi Christos faciat.

Ioannis primo ait Iohannes Baptista Christi, Ego uidi & testificatus sum, hunc esse filium Dei. Hic notandum, quod etiam annotauit Cyril, super Iohannem, quod Græcus articulus, clare indicet illam ipsam personam Christum, esse ipsum Deum filium, & peculiari quodammodo filium. Nos sumus filii Dei ex gratia adoptati, at Christus est uetus unicæ legis præfiguratus & significatus est, quicunque in prophetarum monumentis annunciatur.

Ioannis ij. Sic Deus dilexit mundum ut daret filium suum unigenitum, ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat uitam aeternam.

Super haec uerba ait Sanctus Cyrillus. Plane his uerbis Deum natura esse significat. Siquidem necesse est, filium Dei unigenitum, patris similem, Deum esse, qui non de foris filiationis, ut nos, habeat dignitatem, sed illud ipsum vere sit quod dicitur.

Item Ioannis x. dixit Christus ad Iudeos. Nemo oues meas emanu patris mei rapiet. Ego & pater unum sumus. Iudei ideo eum lapidaturi dicebant. Tu homo es, & Deum te facis. Hic probe intellexerunt Iudei quod cum Christus Deum uocaret patrem suum, & cum diceret, Ego & pater unum sumus, quod se uerum Deum & dei naturalem filium tum uocaret, qui patris similis sit, quemadmodum & Augustinus haec uerba exponit. Ioannis

Iohannis xx. uocat Thomas Christum disertis uerbis Deūm, dicens
Dominus meus & Deus meus. Hic iterum nos commonefacit Diuus
Cyrillus, ut diligenter singula uerba in Græca lingua, in qua Testamen-
tum Nouum conscriptum est, obseruemus. Habent autem sic Græca.
οὐ πόστερα οὐδὲ πρότερα μητέρας. Vtracq; uox & Dominus & Deus suum habet arti-
colum, unde plane intelligi & colligi potest, quod Christus non uocetur
Dominus aut Deus, eo modo, quo Angeli & magistratu fungentes Dñ
uocantur, sed alio & peculiari modo, & proprie. Est enim uerus & natura
lis Deus. Sed prolixum sit omnia e Ioanne recitare. Hoc autem scito, q
totum Ioannis Euangelion in singulis ferme capitibus ac uersibus nihil
sit aliud quam testimonium de diuinitate Christi. Quapropter te moneo
ut Ioannis Euangelion magnificias, ex animo ames, diligenter legas ac
relegas.

Paulus Rom. i. ait, Deus ante promiserat Euangelion per prophetas
suos in Scripturis sanctis, de filio suo. Hic quoq; peculiari quodam mo-
do Christum uocat Dei filium ut naturalem filium. Rom. ix. ait Christum
ex patribus esse, quantum attinet ad carnem, & Deum in omnibus laudan-
dum. Amen.

Tit. secundo, Expectamus beatam illam spem et apparitionem glorie
magni Dei & seruatoris nostri Iesu Christi.

Philip. ij. Christus cum esset in forma Dei non rapinam arbitratus est
ut esset æqualis Deo, sed semet ipsum inaniuit forma serui sumpta, in si-
militudine hominum constitutus & figura repertus ut homo.

Coloss. ij. In Christo inhabitat plenitudo omnis deitatis corporaliter,
Hoc est, ut Theophilactus exponit, substantialiter uel essentialiter, ita ut
Deus & homo una sint persona, nec duo sint filii Dei, sed unus dei filius,
unus Christus.

i. Ioannis v. Sumus in uero, in filio eius Iesu Christo. Hic est uerus
Deus & uita æterna. Longe quidem plura sunt de uera diuinitate Chri-
stite testimonia, uerum cum infiniti sit laboris & temporis omnia commi-
morare, his in præsentiarum sis contenta.

ANNA

Christi testimonia satis multa, & alias etiam sæpe numero audiui te di-
uinitatem Christi prolixis & multis concionibus probantem ac stabilien-
tem, nec manum de tabula tollere nec finem facere potes, cum de hoc loco
& articulo dicendi se se occasio & opportunitas offert.

VRBANVS.

Rudis aliquis rerum spiritualium existimauerit fortasse, inania fundi-
uerba, aut operam superuacaneam mihi sumptā esse. Sed monco te etiam
accq; etiam, mea Vxor, ne id inducas animum tuum, nec putas rem hic agi
non magni admodum momenti, nec leuiter & perfusorie hunc arti-

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT

culum audias & discas, sed iam recitata testimonia penitissime animo tuo
infigas. Etenim diuinitas Christi Iesu, summus & necessarius scitu articu-
lus est, eumque Spiritus ille malus, mendaciorum pater, in suis membris ab
Apostolorum temporibus semper euertere & eripere nobis conatus est.
Christi diui. Oppugnauit eum illis temporibus quibus Ioannes Euāgelista etiamnum
nitias a quib. uiueret, per profligatissimae malicie & impietatis perditissimum nebulo-
nem Cerinthum. Postea per alia sua membra obcæcatos conseleratosque
ueræ pietatis hostes Arrium, Euzoium, Achillam, Eunomium, Paulum
Samosatenum. Nunc oppugnat per insanum & fanaticū illud genus ho-
minum Anabaptistas. Attende itaque & obserua diligenter neminem posse
iustificari & saluari, nisi credat Deum ipsum factum esse hominem, & esse
num uerbum, quod apud Deum erat, Dei naturalem filium, naturam hu-
manam in tempore assumpsisse, Creaturam non esse, sed æternum Cra-
torem uerum Deum. Hoc qui non credit, eum in peccatis suis in æternum
mori & perire necesse est. Necque enim habet ueram uitam quæ est hoc uer-
bum æternum, Dei filius, extra quem nulla uera uita est. In eo solo uita
est. Si Iesus Christus homo duntaxat esset, nec Deus ipse, sic ut humani-
tas Christi pro se una duntaxat persona esset, sine Deo, tum a peccatis, mor-
te & inferis liberare nos non posset, ut maxime esset sanctus & ab omni
peccati labe immunis. Nec prophetæ impletæ fuissent, quæ uel arcana
quibusdam mysterijs ac typis, sed tamen firmis & minime fallacibus
ac proprijs & appositissimis, uel apertis etiam & claris uerbis testantur
Deum uerum hominem futurum. Sed uide mihi hic pessimi illius & ce-
leratissimi ueteratoris, spiritus illius perfidi, callidissimas artes & astus.
Quia scit Deum non inueniri extra hanc humanitatem Christi, sed in hu-
manitate Christi duntaxat, ideo conatur hoc errore implicare & seducere
homines, ut Christum non credant uerum esse Deum, quo miseri pecca-
tores Deum extra Christum querant, nec unquam inueniant. Quihoc
errore circumuentus credit Christum hominem duntaxat esse, nec uerum
Deum, is nullum Christum, nullum saluatorem aut liberatorem. Fingit enim
redemptorem, nullam uitam, breuiter nullum Deum habet. Fingit enim
sibi ipsi Christum aliquem qui nusquam est, qui iuuare & liberare non po-
test, & Deum extra Christum querit, ubi inueniri & apprehendi se deus
non uult. Hinc sequitur quod is homo æternam damnationem effugere
nequeat. Et in hoc est Sathan, hoc molitur, huc omnes conatus destinat,
ut in æternum exicum sic nos præcipitet & perdat. Causa itaque tibi. Mun-
dus ad finem suum properat, ad Catastrophen iam uenit, finis eius instat.
Sathan &que suum iudicium & damnatio imminet, ideoque omnem mouet
lapidem, nihil non molitur & machinatur, nulla non caprat consilia, om-
nes uires explicat, ut Christo & in Christū credentibus noceat, ut in Chri-
stum baptizatos falsis & erroneis doctrinis heresisque seducat, a Christo &
auocet &

auocet & in périculum animæ coniçiat. Nihil minus, nihil ægrius fert
quam sanam & puram de Christo doctrinam. Vigilandum est itaq; no-
bis, nec unquam oratio & exercitium uerbi diuini intermittendum,

ANNA.

Sit laus & gloria Deo in æterna secula. Video, Dei gratia & benefi-
cio, nunc, quanti referat hunc articulum bene cognitum & alte animo in-
fixum habere, eumq; liberis nostris sedulo inculcare conabor. Bone
Deus quantum situm in hoc est, quam magni momenti res est, diuinita-
tem Christi credere. Satius esset abnegare & infestas habere omnes crea-
turas cœli & terræ, ac satius esset mille etiam mortes oppetere, quam de di-
uinitate Christi uel in unico apiculo dubitare. Sed perge & proba alteram
Christi nativitatem quæ in tempore fuit, cum uerus homo ex Maria per-
petua uirgine nasceretur.

VRBANVS.

Detemporalis Nativitate Christi audisti non nihil supra quoq; ubi de-
tribu ex qua Christus nasci debuit & de Maria benedicta Dei genitrice lo-
cuti sumus, & uaticinium Esaiae ex cap. viij. quod filius Mariæ Iesus uocan-
dus esset Immanuel, id est, Deus nobiscum, & uaticinium Micheæ ex quin-
to capite explanauimus. Plura de ea nativitate habemus Esaiae nono,
cuius uerba hæc sunt.

PVER NATVS EST NOBIS, FILIVS DATVS EST
NOBIS, CVIVS PRINCIPATVS SVPER HVMERVM
EIVS, & VOCATVR ADMIRABILIS, CONSILIVM,
DEVS, FORTIS, PATER AETERNITATIS, PRINCEPS
PACIS, VT MVLTIPLICETVR IMPERIVM EIVS &
PACIS, NVLLVS FINIS. SVPER SOLIVM DAVID
& SVPER REGNVM EIVS SEDEBIT, VT CONFIRmet
ILLVD & CORROBORET IN IVDICIO & IVSTICIA
AMODO & VSq; IN SEMPITERNVM. ZELVS DO-
MINI EXERCITVVM FACIET HOC.

In hac prophetia de regno Christi non tantum temporalis natiuitas
Christi nobis proponitur, sed & ministerium, regnum, & totius admini-
strationis regni ipsius ratio. Princípio dicit natum nobis puerum, & fi-
lium datum esse nobis, ut sciamus hanc nativitatem Christi, & quicquid est
esse, nobis in salutem & emolumentum cessurum, nobis miseri peccatori-
bus profuturum & seruiturum, qui in hunc mundum e carne cum pecca-
tis & impietate nascimur, filii iræ, miseri peccatores ex utero matris, atque
ideo digni aeterna damnatione. Sed hic nascitur talis filius, cuius natiui-
tas sancta & munda est, plena benedictionis & salutis, & nascitur nobis,
hoc est, ut nobis commodet, nobis salutem & omnem felicitatem adferat.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

ut per illud a lordinibus & inquinamentis nostræ carnalis ex Adam nativitatis mundemur, regeneremur, iustificemur & seruemur. Sicut Ecclesia apud Germanos per multa iam secula in festo Nativitatis CHRISTI leta uoce canit.

Ein kindlein so lobelich ist vns geborn heute von eyner Jungfrau
en seuberlich zu trost vns armen leuten / were vns das kindlein nicht
geborn / so weren wir alzumal verlorn / das heil ist vns alle / Eia du
füsser Jesu Christ / das du mensch geborn bist / behürt vns für der helle .cc.

Hoc est, Puer laude infinita uehendus & nunquam satis laudatus, hodie nobis est natus e uirgine illibatae formæ ac pudicitiae, in solarium nobis miseris mortalibus. Quod si puer hic nobis natus non esset, omnes miserime periremus. In omnium salutem, ad omnes iuuandos ac liberandos natus est. Eia ergo dulcissime Iesu Christe, mellitissime puer, qui nostra cauſa hucte demisisti ut homo fieri dignatus sis, rogamus te ut a tyranno Germanicæ, quæ ideo a me hoc loco inseritur, quod uerbis plenis, grauis, simis & perspicuis nucleus & summam huius uaticinij Esaiaci complectitur, quodq; maiorum nostrorum pietatem & ueram in Christum fidem declarat.

Primo canit hic Ecclesia sancta, quod sit nobis puer miseris mortalibus solatio natus, ac confitetur quod propter nos nostra cauſa natus sit. Sua ipsius cauſa uel propter se non opus habuisset ut nasceretur. Quid enim eget Deus creatura?

Secundo confitetur & prædicat hic Ecclesia fructum & usum Christi nativitatis, uidelicet, salutem nostram. Nisi enim puer hic natus fuisset, nos in peccatis mansissemus, nec nos ipsi liberare potuissent, sed miseri me in æternum omnes periremus.

Tertio confitetur quod hic saluator seu haec salus omnibus contigerit. Quod & Simeon confitetur Lucæ secundo, dicens: Viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium & gloriæ plebis tuæ Israel. Et Paulus i. Tim. ij. CHRISTVS Iesus dedit semetipsum ἄνθραξον premium redemptoris pro omnibus.

Quarto, canit Ecclesia de regno & potentia Christi & confitetur ueram humanitatem & diuinitatem pueri Iesu, eumq; compellans & obtutata per nomen ipsius quod est Iesus, id est, saluator uel liberator, rogat ut nos ab eterna damnatione liberet & tegat. Hoc ipso confitetur eum puer regem esse & potentissimum Dominum peccati, mortis & inferni. Ne esse nostram salutem, eumque solum posse nos seruare & a supplicio gehennæ liberare.

Anna.

ANNA.

Quid est autem quod Propheta Esaias dicit principatum esse in humeris ipsius?

VRBANVS.

Vidisti ne unquam imaginem pueri Iesu sic pictam ac si descendere e coelis ad Mariam, & gestantem in humero crucem?

ANNA

Vidi saepe. Significatur autem illius passio.

VRBANVS.

Sed quid aliud gestauit in cruce sua, quam nos miserōs & perditos peccatores una cum grauissima sarcina peccatorum nostrorum, teste Petro i. cap. ij. & Ioannis i. Hic est agnus Dei qui portat peccata mundi. Est bonus ille pastor, qui ouem perditam & errantem quæsluit, & inuentam in humeris domum reportat, Lucæ decimoquinto. Nos quoqz regnum seu principatus Christi sumus. Vocat enim nos Petrus regale sacerdotium, & λαον της περιτονεωτης, id est, populum qui in lucrum accessit, uel populum peculiarem Christi. Christus est lapis ἀκρογονιαῖς, id est, summus angulus uel in summo ponendus angulo, cui reliqui lapides omnes, spirituale edificium, hoc est, Ecclesia Catholica innititur, & incumbit. Ecclesia em̄ super Christum edificatur, super firmam & solidam Petram, Psal. cxvij. Matthæi xvij. Ephesiorum ij.

Hunc textum Esiae Chaldaicus sic reddidit. Ipse, (hoc est, puer) Iesu gem in se suscipiet, ut eam præstet & impleat. Hic textus certe egregiam consolationem continet. Necqz enim corrupta & peccatrix natura ullis suis uiribus legem diuinam implere potest, Romanorum viij. Doctrina est præcipiens tam celsa, tam magna, ut prestare homo ^lo xii^o dominis non possit. Eam ob rem mittit Deus pater dilectum filium suum Christum, ut legem in se susceperat impletio Legis fieret, ut, licet peccatores essent, propter Christum tam reputarentur etiam iusti coram Deo, quasi ipsi legem propria sua iusti luxatam, uulneratam & corruptam naturam sanaret, reformaret ac restauraret, ut & ipsa legem prestare posset, sine quo Spiritu Mellig nullius facultatis est legem implere. Nunc sequuntur sex insignia & pulcherrimamina siue tituli pueri Iesu.

Primo uocatur PELE, hoc est, mirabilis, admirandus, mirificus, uel admiranda faciens. Et certe mirabilis est persona sua, mirabilis est in factis suis, & mirabile regnum habet, idqz mirabiliter regit & defendit. Persona illius mirabilis est, quia uerus est homo, & nihilo secius ueritus etiam æternus Deus. Admirando etiam modo nascitur, nimurum

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EYNT.

ex virgine, citra virilem operam. Omnia opera eius sunt admiranda; Puer annorum duodecim descendit in disputationis arenam cum summis & doctissimis Rabbinis Hierosolymitanis in Templo. Cum iam virilem aetatem attigisset edidit signa & miracula ea quae nemo facere poterat, uti Nicodemus Ioannis in dicit: Cæcis uisum restituit, surdis sensum audiendi reddidit, malos spiritus & dæmoniacis pepulit, leprosos mundauit, omnes morbos ac languores sanavit, mortuos etiam in uitam reuocauit: paucis panibus multa hominum millia cibauit & saturauit: precepit mari ut quiesceret, ac protinus sedata tempestate quieuit, peccata remisit, corpus & animam sanitati restituit, & cum ultiro propter nos mortem operiuisset, a morte propria uirtute resurrexit. Sed uide mihi quam mirabiliter modo nos a Sathan liberare & in suum regnum perducere uoluerit. Mortales homines a morte liberaturus, & illis uitam æternam daturus, sic mortalis homo, coniicit se in mortem, in sepulchrum ponitur, & in tertium usque diem in monumento facit. An non mirandum summe hoc est? Quid mirabilius: Is est per quem eternam uitam habituri sumus, id quod prophetæ & Euangelion testantur, & Paulus i. Tim. primo uocat Euangeliion Christi promissionem uitæ in Christo. Consule nunc tuam rationem, quomodo haec conueniant inter se, quod rex noster regnum suum inchoaturus, & suos redempturus, eque malis omnibus liberaturus, in extream calamitatem se coniicit, omnibus se malis, afflictionibus, contumelias, ac denique morti probrosissimæ exponit. Nos ditaturus sit pauperimus, nos ad summæ gloriæ ac dignitatis fastigium prouecturus, summas contumelias, opprobria & ignominia subit, secque inter latrones cruci affigi patitur. Promittit se uires nobis additum contra omnes hostes, cum nihil ipse virium exeruerit contra suos hostes, sed ab hostibus captus, uinctus, flagellatus, coronatus, crucifixus & occisus sit. Breuiter, promittit se nobis laturum auxilium, cum ipse in cruce exclamet, Deus meus Deus meus quare me dereliquisti: Dixerat quippe qui in ipsum crederet mortem uisurus non esset in æternum, & moritur ipse inque monumentum recessit. Hic si rationis iudicium audiremus, statim diceret cum Cleopha & comite eius, Nos sperabamus eum esse illum redemptorem Israelis qui nos omnes liberaturus esset. Atqui ipse iam moritur. Quomodo liberabit nos mortuus? Quomodo potest æternum habere regnum qui occiditur? Vides nomen Pele non sine causa huic pueru inditum. Quem nomine refert Iesu, id est, saluatoris, is & uere est, uerus est saluator & liberator, qui ex omnibus malis nos liberat. Et sic illi uisum fuit ut nos sua paupertate æternis diuitijs beareret, per contumeliam & ignominiam quam passus est, nos ex æterna ignominia ad æternos honores & gloriam præueheret, per suam infirmitatem, æternam nobis uirtutem & robur adderet, per

tet, per mortem suam æterna uita donaret, nostramq; mortem sua morte totam aboleret. Hæc fecit omnia, & facit in nobis quotidie, cum nos sibi conformes facit, hoc est, cum nos facit infirmos in carne, sed fortes in spiritu: uiles, humiles & contemptos, καθάρισμα & πλευρία, quisquilias coram mundo, sed uasa & organa gloriæ coram Deo. Sic permittit nos mori, ut ethnici putent nihil esse discriminis inter Christianum & non Christianum, Turcam aut Iudæum, sed tamen mors nostra preciosa est in conspectu eius, nec relinquimus nos in morte. Hæc certe omnia longe maxima, mirifica & mirabilia sunt opera, longe omnem captum sensuum, rationis & intelligentie excedentia, longe omnem uitutem, robur & operationem naturæ superantia.

Alterum nomen est, IOETZ, id est, Consilium. Cum hic Pele nos tam mirabiliter ducat ac regat, perq; crucem & ignominiam ad gloriam uehementer, nos uero ignorantes, rudes, pusillanimes et meticulosi simus, ideo necesse est ut mirabiliter eriam nobis consulat & subueniat. Neque enim facultatis ac uirium nostrarum est, ut in cruce & in persecutione perduremus. Quomodo autem consulit nobis? Longe aliter consulit quam mundus. Mundus consulit ut crucem & afflictionem fugiamus, uitiose, caueamus & nos ulciscamur. Sed CHRISTVS coniicit suos in medias afflictiones & crucem, eosque ibi ut aurum in igne & fornicatione probat & purgat, sed consulit tamen & consolatur illos amantissime, ut Ioannis decimo sexto dicit ad Apostolos: Bono animo sitis. Ego uici mundum. Et paulo ante dixit: Plorabitis & lamentabimini uos. Mundus contra gaudiabitur. Vos moerore afficiemini, sed moeror uester uertetur in gaudium, & gaudium uestrum nemo tollerat uobis.

Et quid quæso aliud est tota Scriptura sacra quam affluentissimum, opulentissimumque pharmacopolium, unde ad omnia morborum, calamitatum, & malorum genera, remedia præsentissima & consolatoria, uberrimæ & solidissimæ peti possunt, sicuti Paulus testatur Romanorum decimo quinto, ubi ait: Quæcumque præscripta sunt in nostram doctrinam præscripta sunt, ut per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus. &c. Is enim qui in Scripturis loquitur, est omnipotens, & potest & uult iuuare & adesse semper, uerbum eius uanum non est, sed certo fiunt quæ promisit. Consolator est, seu paracletus ipse SPIRITVS SANCTVS, qui est Spiritus ueritatis.

Sic legimus in libro Sapientiæ decimo sexto capite: Domine neque herba neque malagma sanauit nos, sed tuus serino qui sanat omnia. Et primo Machabæorum duodecimo ait Ionathas Pontifex ad Spartatas, Nos Iudæi societate & amicitia Gentium non indigemus, ha-

DE CONC. CHRI. AD. DISC. EMA V M EVNT

bentes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris. Quæ solo te quæ
anxietas, quæ afflictio, quæ erumnae, quæ pericula tanta esse possunt
in hoc mundo, quantacunque sint, contra quæ DEI uerbum, saluifi-
cum illud & sacro sanctum Euangelion, non præsentissimas, solidissi-
mas, uerissimas & uberrimas consolationes habeat ac suppeditet: cum
non tantum corporale sed & æternum auxilium in eo promittatur.
Promissiones autem sunt per CHRISTVM ratæ, firmæ, certæ,
Etiam & Amen. Silegeris & relegeris omnia omnium Philosopho-
rum ethniconum monumenta (qui tamen summo studio huc incu-
buerunt, & animum totum huc intenderunt, ut consolationem aliquam
contra mortem inuenirent) nihil in ijs reperies quo te uere consolari
possis. Omnis illorum ars, omnis scientia, omnis sapientia, omnia il-
la remedia quæ conquisierunt, minus etiam sunt quam nihil uel duas
has sententias Matthæi decimo: Nolite timere eos qui occidunt cor-
pus, animam autem occidere non possunt. Hic habes immortalitatem
animæ, de qua ethnici non secus loquuntur, quam de coloribus is, qui
oculis est orbatus. Sed haec uerba non Philosophus aliquis, sed æte-
na ueritas & uera uita CHRISTVS ipse loquitur Ioannis sexto:
Omnis qui credit in filium Dei, habet uitam æternam. Et suscitabo
eum in nouissimo die. Hic habes resurrectionem carnis, de qua omnes
Gentes & totus mundus cum uniuersa sapientia sua nihil sciuerunt omnino.
Age igitur si quis uel in agone mortis esset, uel grauissimarum per-
secutionum & afflictionum tempestatibus impeteretur, uel conscientiae acer-
rimis doloribus & terroribus propter peccata uexaretur & angeretur, is
ubi uel duas has sententias fide apprehenderit & animo alte ac penitus in-
fixerit, tum inuenit remedium, hinc ueram habet & uberrimam cōsolatio-
nem. Habet enim remissionem peccatorum, & certam spem uitæ eternæ.
Imo iam habet uitam æternam, quia est in CHRISTO & Christus est
in ipso. Hoc profecto uerum consilium est. Siquidem omnium homi-
num consolationes & consilia frustrantur, nec in ueris & summis peri-
culis aut necessitatibus iuuare & liberare nos possunt, nec consistunt.
At consilium DOMINI stat & manet in æternum. Et præcipit
Pater Matthæi undecimo ut hunc consiliarium audiamus, ubi ait: Hunc
audite.

Hanc uocem loetz uerterunt Septuaginta, Angelum magni consilij,
insignientes CHRISTVM egregio & apposito epitheto, & peculia-
rem illi titulum tribuentes. Est enim Christus legatus & Angelus ema-
gno consilio Trinæ illius unionis & sanctissimæ Trinitatis, estque æter-
na sapientia patris.

Tertium Epitheton seu nomen pueri est EL. Significat autem hec ux-
robur, sor-

DIALOGVS VRBAN. RHEG.

robur, fortitudinem, uel Deum, uti & Septuaginta reddiderūt ^{9. do 12. p. 3.}
id est, Deus fortis. Hoc nomen continet summam consolationem. Signifi-
catur enim quod Christus non tantum consulat nobis uerbo Euangeliū,
sed adhuc eriam præsens, & iuuet potenter, præstetq; summa fide ea quæ in
uerbo promisit. Donat enim Spiritum sanctum, qui dat nobis fidem, &
confirmat nos in uerbo ut mordicus & constanter ei adhæreamus & inni-
tamur, uti petræ alicui solidissimæ, & in omnibus aduersis ac calamitatibus
aduersus omnes hostium incursus & iniurias consistamus, & tandem
victoria gloria potiti eos superemus, & cum Psalmographo dicamus ac
gloriemur: Dominus uel Deus fortitudo mea. Et cum Paulo Philip. iiiij.
Omnia possum in Christo qui me corroborat.

Quartum nomen est GIBBOR, id est, Heros uel gigas. In prioribus
tribus Nominibus docemur quem modum, quam rationem seruet Christus,
& quid agat nobiscum, quomodo tractet nos, cū nos ad se in regnum
suum perducatur est. Primo mirabiliter nos tractat, mortificat ueterem
nostrum Adam, id quod carni durum uidetur, & contrario modo facit
omnia ut ratio intelligere & explicare se inde nequeat. Deinde consolatur
nos Euangilio suo. Tertio adest præsens suo robore & fortitudine, e me-
diis periculis & extremis maiis nos eripiens. Sed quartum hoc nomen si-
gnificat quomodo hostes suos & nostros Christus accipiat & tractet.

Vocatur autem Christus in Scripturis Gibbor, id est, Heros uel gigas
propter inuictam & infinitam suam potentiam & fortitudinem. Nam cū
rex sit suumq; regnum pacificum esse & pace constabiliare uelit, necesse est
ut hostes regni frangat & opprimat, quo Christiani in tuto sint nec ab ihs
sibi metuant, nec ulla iniuria affiantur. Non potest autem retundere &
frangere hostium uires sine maxima fortitudine, quandoquidem Sathan
cum mundo, peccatum cum morte, horribiles & atrocissimi robustissimiq;
hostes sunt. Mors fortior est toto mundo, & Sathan, teste Iob cap. quarto,
tanto robore præditus est, tantis est uiribus, ut nemo in terris ei compara-
ti possit, Rex est omnium filiorum superbiæ ac fastus. Et Luce xi. cap. est
fortis armatus qui atrium suum sic custodit, ut omnia sint in pace quæ pos-
sider. Sed Christus est fortior ille, qui Spiritum illum malum uincit.
Ioannis xiiij. Coloss. iiij. & eripit nos ab omni potestate tenebrarum. De
quo Psalm. xix. Exultauit ut gigas ad currendum uiam suam. Vicit pecca-
tum, mortem, & inferos, & solus nūciure his titulis insignitur et superbuit,
hos titulos gestat & ostentat, Christus Dominus omnium. Act. decimo:
Dominus cui se reflectunt genua omnia. Philip. iiij. Dominator mortuorum
& uiuentium, Romanorum xiiij. i. Ioannis tertio: Christus Dei filius ap-
paruit ut opera Diaboli dissolueret. Coloss. secundo: Expoliatos principa-
tus ac potestates ostentauit palam, triumphans de illis per semetipsum.

DE CONC. CHR I AD DISC. EM AVM EVNT.

Elaiae viij. uocatur Maher Schalal, id est, accelerata predari, quasi dicas, uelox prædo, item Hasbaz, id est, festina spoliare uel festinans spoliator. Nos eramus uenundati sub peccato miseri serui Diaboli Rom. vij. Isti rannide sua totos nos premebat & uexabat pro libidine sua, iij. Tim. iii. Ibi uenit gigas ille fortissimus, & Leo de tribu Iuda, Christus, commissarius prælio cum rectore tenebrarum, qui mortis potestatem habebat, uictoriā obtinuit, perq; mortem hostis uires fregit, nosq; e tyrānide eius recuperatos in libertatem asseruit, iuxta illud Ioannis vij. Si uos filius liberauerit, uere liberi es.

Quintum nomen est ABIAD, id est, Pater in æternum uel semper & perpetuo pater, pater in secula. Ex hoc nomine cognoscitur & intelligitur misericordia, clementia, pietas, ac bonitas pueri huius erga nos, quod non uelit esse talis Rex inter suos uel in populo suo, ad cuius maiestatem obstu pescant, trepident, contremiscant, & expauescant pīj. sed paternum in nos animum geret, paterno amoris affectu nos complectetur, summa pietate ac sollicitudine nos souabit, alet, tuebitur. Vt pius & indulgens pater ex naturalibus istis storgis affectus est in tenerime dilectum filium suum, ut ille de filio sollicitus est, semper cogitans quomodo eum alat, quomodo pie & sancte educet & instituat, formet, doceat, castiget, regat, tueatur, defendat, & ad haereditatem instruat & paret. Ita facit & Christus in suore, gno, nihil hic aliud est quam $\sigma\gamma\omega$, nihil aliud quam studium propensissimum, nihil aliud quam affectus ardentissimi & uere paterni in nos, nihil aliud quam amor uehementissimus & flagrantissimus, nihil aliud quam summa beneficia & cura & sollicitudo assidua pro nobis, nihil aliud quam summa tamen infinita in nos benevolentia. Sed longe maximum & infinitum tamē scriben est inter terrenum patrem & inter Christū patrem, multo maiora, multo meliora, multo ardentiora apud hunc sunt omnia quam apud terrenum patrem etiam indulgentissimum, & suorum amantissimum. Terrenus pater non $\alpha\sigma\gamma\theta$, amat quidem liberos suos, curam illorum agit, souet, educat & format eos. Sed ea cura & sollicitudo, ea benevolentia, ea diligentia terrenorum patrum temporalis est, nec potest diu turna & perpetua esse. Et sēpissime fit ut cum maxime filij ope & consilio patris opus habent, tum eos cogatur relinquere, & ex hac uita migrare. C H R I S T V S uero semper, perpetuo, in æternum aut æternus pater est. Semel enim duntaxat pro filiis suis mortuus est, nec moritur amplius. Et filios suos neque potest neque uult unquam deserere. Et potest & uult eos alere, souere, curare, custodire, tueri hic & in æternum. Præparat hic eos sibi in peculium & haeredatatem, ut post hanc temporalem uitam, etiam cum ipso uiuant & regnent in suo regno in æternum. Et huc pulcherrime quadrat ueratio Se pnuaginta,

putaginta, qui uocem Abiad reddiderunt Pater futuri seculi, uel futu-
rae uitæ, ut significanter mysterium gloriose resurrectionis omnium in
CHRISTVM credentium, in ueram & æternam uitam, in quantum
aperte & palam reuelabitur ac conspicietur in quanta gloria & dignitate
fuerint prij, & quam unice eos amarit, quam eos complexus, quātam eorū
curam egerit CHRIS TVS. Hunc itaque titulum Christi quisq; pius
in mortis agone seruet in corde suo, & inueniet uberrimam consolatio-
nem. Scit enim tum quod Christus non tantum in hac uita, sed in eternum
sit pater futurus. Id quod Paulus probe tenebat & tam persuasum habe-
bat, tam penitus cordi suo infixerat, ut magno & in fracto animo in ipsa
morte fuerit ac dixerit Philip. i. Christus mihi uita est & mori lucrum.
Cupio dissoluī & esse cum Christo. Cur non & nos cupimus dissoluī-
tur non moriendi cupiditas nos incessit: qui sit quod mortem expauesci-
mus: cur uel ad mentionem mortis exalbescimus & inhorrescimus: Certe
nulla alia est cauſa, quam quod scripturæ non constanter & solide credi-
mus, quod fide imbecilli & perexigua prædicti sumus, quodq; hanc coele-
stem & diuinam consolationem uiui uerbi Dei, ubi Christus uocatur pa-
ter in eternum, non tam alte in animos nostros demittimus, non sic medi-
tatem habemus, non sic intelligimus, nec tā firmiter credimus, quam Pa-
lus, alioqui non tanto pauore concuterēt nos nostra peccatora, si crederemus
& sciremus qualis & quantus Dominus, Rex, uita, & pater Christus om-
nibus credentibus sit.

Sextum nomen est SARSCHOLAM, id est, princeps pacis. Chri-
stus habet regnum in quo est securitas, pax & tuta omnia, nihil in eo peri-
culi a morte, Sathanæ, & omnibus calamitatibus & malis. Hoc tantum
opus hic labor est, ut in regnum eius perueniamus & in eo maneamus. Si
in eo regno sumus, tum nihil est periculi, tum sumus extra omnem teli ia-
ctum, tum præclare nobiscum agitur. Si nos peccatum pungit in confiden-
tia, Christus statim adest & defendit nos, is peccata nostra in se suscepit &
expiauit, factusq; est ipse iustitia nostra, is deleuit (uti Paulus ait Coloss.
seundo) chirographum, quod aduersus nos erat, contrarium nobis per
decreta & illud sustulit e medio affixum cruci. De hac uera & spirituali
pace multis in locis Scriptura loquitur, ut Romanorū quinto: Pacem ha-
bemus cum Deo per Dominum nostrum Iesum Christum. Peccatum nos
iniimicos Dei fecerat, sicut & Paulus eodem cap. ad Romanos, nos uocat,
sed Christus ipse peccatis expiat Deum nobis reconciliavit, ita ut non
hostis aut iudex, sed pater esse nobis uelit. Romanorū quinto: Si cum ini-
mici essemus, reconciliati fuimus Deo per mortem filij eius, multo magis
reconciliati seruabimur per uitam ipsius. Non solum autem hoc, uerum
etiam gloriantes in Deo per Dominum nostrum Iesum Christum, per
quem nunc reconciliationem assecutis sumus, Eph. ij. Nunc per Christum

DE CONC. CHRI. ADDISC. EMAVM EVNT.

Iesum uos qui quondam eratis longinqui, propinqui facti estis per
guinem Christi. Ipse enim est pax nostra. Hec igitur uera deum pax est,
cum pacem habemus cum Deo per reconciliatorem & mediatorem Chri-
stum. Quid iuaret nos, quid prodesset totius mundi & omnium crea-
tarum pax & amicitia, si Deus iratus esset & inimicus nobis? Quid potest
autem nocere nobis, qua nos uel leuissima iniuria afficere potest totus mun-
dus & uniuersae creaturæ, si Deus pro nobis est, si pax nobis cum Deo est,
si nobis Deus bene uult, si nos Deus tuetur, qui curam nostram agit multo
diligentiorem & sollicitiorem quam indulgentissimus etiam pater filij mel-
litissimus.

Itissimi: Sed audis nunc quod hanc pacem cum Deo habeamus per Christum, cum in Christū credimus, ut nos quoq; dicere nūc possimus. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Romanorum viij. Et Psal. cxxi. Non dormit neq; dormitat qui custodit Israel. Quapropter etiam si habemus afflictionem in mundo, Ioannis xvi. ueram tamen pacem habemus in Christo nostro εἰςνάχθε & εἰσινωσίω, nostro Sarischolam, id est, pacis principe, is pacem nobis apud Deum patrem imperauit & promeruit, datq; nobis Spiritum suum, spiritum pacis, ut & cum proximo nostro pacem habeamus. Optat nobis pacem suam Ioannis xiiij. Pacem, inquit, relinquo uobis! Pacem meam do uobis, non sicut mundus dat & ē. Defendit etiam nos ne ulla nos injuria afficiant hostes nostri, ut que tuti & extra omne periculum simus.

Ex his epithetis seu attributis aut titulis Christi multa mysteria observanda sunt, ut, quod uerus homo & uerus etiam Deus sit: quod moriens dum sit ei, cum puer nascatur, sed non in morte manendum, cum aeternum regnum habiturus sit. Hinc clarissime & fortissime probatur resurrectio Christi & nostra. Nos enim qui in Christum credimus Christi membra, hereditas & regnum sumus & erimus in eternum. Filius pro nobis orauit & exauditus est. Pater filium nobis donauit, apud eum manebimus in aeternum usque. Mansio & domicilium diuersorumque nostrum pridem paratum est. Et Christus ait Ioannis xvij. Pater uolo ut ubi ego sum, ibi apud me sint quos mihi dedisti.

In sequentibus uerbis uaticinatur Propheta Esaias de æterno quo^z
gno Christi, quod id futurum sit longe maximum, cum rex futurus sit non
Iudæorum tantum sed & gentium per totum mundum sparsarū, quodq;
subinde regni sui pomceria propagaturus sit usq; ad diem nouissimum,
quodq; id iusticia & iudicio sit administraturus, firmaturus & stabilitu-
rus & in eterna usq; secula conseruaturus. De qua parte uaticinij, uolente
Deo, plura dicam in titulo De regno Christi.

Vbi igitur & quomodo puer Iesus natus sit, supra audisti cum ei
remus uaticinium Micheæ ex cap. v. & ex ij. cap. Lucæ. Natus est

Natus est Christus in Bethleem Iuda in Decembri, media hyeme. Aeditus in lucem fascijs inuolutus in præsepe positus est. Non enim Iosepho & Mariæ locus uacabat in diuersorio. Hanc sacrosanctam & augustam nativitatem Iesu Christi prædixerunt Sancti prophetæ, uti audisti, & postea Angelii e coelo Pastoribus nunciauerunt, Lucæ iij. ubi Angelus dicit. Ne timeatis: Ecce enim annuncio uobis gaudium magnum quod futurum est toti populo, quia natus est uobis hodie saluator qui est Christus Dominus in Civitate Dauid. Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum & dicentium, Gloria in altissimis Deo, in terra pax, hominibus bona uoluntas. Hanc nativitatem Christi annunciauerunt & inuulgarunt pastores qui uiderant. Testes etiam eius nativitatis accesserunt Stella in oriente & Magi ab oriente Bethleem usq; profecti. Item Simeon & Anna in Templo puerum illum salutis omnis autorem uiderunt, & præsentiam promissi Messiae contestati sunt. Hoc credit, confitetur, prædicat, & decantat nunc Christi Ecclesia per totum mundum. In omni loco nomen D E I prædicatur, & glorificatur, ubi que hoc Euangeliū annuciatur, quod salus nostra Iesus Christus iam in Bethleem sit natus, hoc lætatur, propter hoc gestit & exultat uerum Ierusalem, hoc est, Catholica Ecclesia. Hæc enim nativitas omnem felicitatem, salutem, & consolationem adfert.

DE FUGA CHRISTI IN AEGYPTVM.

ANNA.

Quid habent prophetæ de fuga Christi in Aegyptum?

VRBAN VS.

Matthæus cap. iiij. scribit: Cum magi ab Oriente ex Iudea reuersi essent in regionem suam, non reflexi ad Herodem, digressis illis, apparuit Angelus Domini Ioseph in somnis dicens: Surge & assume puerum ac matrem illius, & fuge in Aegyptum, & esto illic, donec dixero tibi, Futurum est enim, ut Herodes querat puerum ad perdendum eum. Ille uero excitatus assumpsit puerum & matrem eius noctu, & secessit in Aegyptum & fuit illic usq; ad obitum Herodis, ut perficeretur quod dictum fuerat a Domino per Prophetam dicentem: Ex Aegypto uocauis filium meum. Hoc uaticinium in Osea cap. xi. sic habet & sonat: Cum adhuc esset puer Israel, dilexi eum, & ex Aegypto uocauis eum, filium meum.

Hic Propheta mentionem facit Israelis, hoc est, Iudaici populi & filij sui Iesu Christi, & dicit quod Deus populum Israeliticum dilexerit. Hoc satis declarauit multis & maximis beneficijs. Nam eos, ut pater filium, educauit, fouit, illorum curam semper egit, & magnum ex ijs potentissimum & clarissimum populum fecit: & quamuis ingratitudo eorum longe aliud meruerat, nihilo tñ feciis semper promissiones illis factas bo-

DE CONC. CHRI. AD DISC: EM AVM EVNT.

na fide prestitit. Hæc autem omnia facta sunt propter Christum benedictum illud Semen, quod Abrahæ promiserat. Hic Christus hoc semen nasci debuit e tribu Iudah secundum carnem. Ideoq; populum suum Israël ex Aegypto e domo illa seruitutis fortis & celsa manu & gloria potesta eduxit in terram Chanaan per Mosen & Iosue. Ex hoc enim populo Salvatorem totius mundi Christum nasci uoluit, sicut per prophetas suos promiserat. Cum autem iam saluator Christus in plenitudine temporis natus esset, inuidiamq; Herodis qui infantes occidi iussit, in Aegyptum profugiens, declinasset ad tempus, Deus redaxit eū ex Aegypto in terram Israëliticam, quod ibidem capite secundo Matthæus commemorat, dicens:

Cæterum defuncto Herode, ecce Angelus Dñi in sommis apparet. Ioseph in Aegypto, dicens: Surge & assume puerum & matrem eius, & uade in terram Israël. Defuncti sunt enim, qui querebant animam pueri. At ille surgens assumpsit puerum & matrem illius & uenit in terram Israël. Verum cū audisset Archelaum regnare in Iudea, loco Herodis patris sui, timuit illuc abire, sed oraculo admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ, ac profectus habitauit in ciuitate quæ uocatur Nazareth, ut impletetur, quod dictum fuerat per prophetas, Nazaræus uocabitur.

ANNA.

Quid dicunt prophetæ de Ministerio Christi?

DE MINISTERIO CHRISTI, QVOD FVTVRVS
esset Rex, Sacerdos, Doctor, reconciliator, mediator, pastor,
redemptor noster & mundi Index.

VRBANVS.

Prophetæ testantur Christum esse nostrum Regem, sacerdotem, doctorem, & magistrum, reconciliatorem, mediatorem, redemptorem, & summum Iudicem.

Psalm. ij. Prædicabo statutum (sive decretum) quod Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, Ego hodie genui te. Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem & possessionem tuam terminos terræ.

Hic dicit Deus pater quod filium suum Christum constituerit Regem in Zion, hoc est, in tota Ecclesia Catholica. Zion enim fuit mons in Ierusalem, in quo Davidis Regia & palatum erat. Estq; figura totius Ecclesie Catholice per totum mundum.

Filius mentionem facit suæ prædicationis & doctrinæ, quod mundo nunciare & prædicare uelit se esse Dei filium sibiq; a patre omnem potestatem datam esse ut non tantum Dominus & rex Iudeorum sit, sed & gentium, hoc est, omnium Christianorum in terris: eos futuros peculium suum, in quibus in æternum regnet, quotquot huic prædicationi ipsius crediderint. Item Psalm. lxxij. Deus iudicium tuum da regi, & iusticiam tuam filio

tuam filio Regis. Adorabunt eum omnes reges, & Gentes seruient ei.
Hic psalmus loquitur de uero Salomone Christo, quod potentissimus
& maximus rex in terris futurus sit, ante quem omnes reges alij ad genua
sint procubituri. Sic Christus quoq; Psal. lxxxix. rex uocatur. Sed fuisius
de his in titulo de regno Christi. Psal. lxxxix. Ego primogenitum consti-
tuam eum, altissimum inter reges terræ.

Esaïæ xxxij. Deus iudex noster, Deus legifer noster, Deus rex noster.

*Christus
Doctor*

Ipse saluabit nos.

His similia legimus etiam apud Ezechiem cap. xxxvij. & Zacha. ix.
xij. xiiij. Item Iohelis ij. Filij Sion exultate pro gaudio, in Domino Deo
uestro, quia Doctorem iusticiæ dedit uobis. Hic Doctor est Christus
Iesus unicus noster Magister & didascalus Math. xxij. Vnus est Magi-
ster uester Christus. Sed uos estis omnes fratres. Non est autem talis
Doctor & magister qualis Moses aut nos, quia non tantum docet externe
Euangelion in aures, sed & interne in cordibus per Spiritum suum, docet,
& dat ueram iusticiam, quæ coram Deo ualeat, nimirum fidem in ipsum,
quam Paulus Rom. iiij. uocat iusticiam Dei, fides enim in Christū est Dei
opus & donū in nobis, quæ nobis ad iusticiam imputatur Ro. iiiij. Ge. xv.
Item Psal. lxxxiiij. Doctor multa benedictione circundabitur siue or-
nabitur. Doctor hic Christus est, qui profecto mera benedictione ami-
ctus & circundatus est. Omnes enim qui doctrinæ ipsius credunt, ij ab
omni maledictione liberantur, siueq; benedicti filij Dei patris in æter-
num. Perfundit nos inexhausto fonte suorum donorum, & docet nos in
cordibus quod a Deo doceamur, & patrem per filium cognoscamus: in
eo autem consistit uera benedictio, uita eterna.

Esaïæ Ixi, audisti supra Christum a patre missum ut pauperibus afflictis
tibus Euangeliaret, quod ipse confitetur Luce iiij. dicens, se alijs etiam ciuita-
tibus Euangeliaturum, & ad hoc se missum esse.

Ideo Esaias eum appellat lumen gentium, & Euangeliū lumen mun-
di: eo quod nos cunctos sua doctrina & Spíritu illuminat, qui in densis &
profundis tenebris insipientiæ & ignorantiae sedemus, quippe necq; deum
necq; nos ipsos natura nouimus. Ioan. i. Item Samaritis illa Ioan. iiij. ait:
Scio quod Messias uenturus sit, is omnia nobis nunciabit. Ideoq; & Mo-
ses eum Deu. xvij. prophetam uocat eo quod populum suum uerbum dei
esset docturus. Item Esaïæ xl ix. ait Christus, Posuit uel fecit os meum qua-
si acutum gladium, Hoc est, ministerium meum ore aut uerbo admini-
strabo & gubernabo, quod efficax erit & penetrabit ceu acutus gladius.

Sic dicit Pilato Ioannis xvij. se ideo natum esse & in mundum uenisse,
ut de ueritate testificetur, & addit: Qui e ueritate est uocem meam audit.
Zacha. ix. PACEM DOCEBIT INTER GENTES
In summa totum Ioannis Euangeliū ubiq; testatur Christum uenisse

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

in mundum ut doceret nos ueritatem, & ideo mittere Spiritum suum, spiritum ueritatis, ut nos nunc & semper ueritatem doceat, per quam a peccatis liberemur, et a regno mendaciorum redimamur. Audisti supra in uaticinio Eliae ex cap. ix. Christum uocari Ioez, id est, Consiliarium. Docet enim nos indoctos, rudes & ignaros, & consulit nobis sua doctrina, qua via honestas nostros superare & omnia mala declinare & euitare possimus. Hunc Doctorem & magistrum commendat nobis pater ipse celestis, uoce coeli, tuus misla, iubet ut eum audiamus Matthaei xvij. Hunc, inquit, audite. Docet enim, teste Mattheo cap. viij. uelut habens autoritatem.

Et Psalm. cx. IVRAVIT DOMINVS & NON POENTEBIT EVM. TV ES SACERDOS IN AETERNUM SECUNDVM ORDINEM MALCIZEDEK.

Omnes sacerdotes cum sacrificio suo in ueteri testamento praefigabant & significabant Christum uerum & aeternum sacerdotem. Et Paulus ad Hebreos hunc uersum Dauidis de sacerdotio Christi egredie & preclare Spiritu praeuiuite & largo explicat & tractat, quanta fide atque fedulitate Christus sacerdotalem illam functionem pro nobis obeat, hoc est, Deum patrem pro nobis oret, pro nobis intercedat, mediator & reconciliator noster sit, uiam ueritatis nos doceat, seque pro nobis offerat in uitiam & hostiam, nobiscum benedicat. Quae omnia sacerdotalis functionis officia ac munia per Leuiticum sacerdotium in Lege, per Mosen, & per singulare & mirificum illud sacerdotium Melchizedek pulchre, apte, & luculente praefigurata sunt.

Hebræ. ij. Vnde Christus debuit per omnia fratribus similis reddi, ut misericors esset & fidelis pontifex, in his quæ apud Deum forent agenda, ad expiandum peccata populi: nam ex hoc quod ipsi contigit tentatum esse, potest & ipsis qui tentantur succurrere.

Hebreo. iiiij. Habentes igitur pontificem magnum qui penetrauit celos, Iesum filium Dei, teneamus professionem. Non enim habemus pontificem qui non possit affici sensu infirmitatum nostrarum, sed tentatum per omnia, iuxta similitudinem absque peccato. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiae, ut consequamur misericordiam, & gratiam inueniamus ad opportunum auxilium.

Et paulo post: Christus non semetipsum glorificauit, ut fieret pontifex, sed is qui dixerat illi: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Sicut & alibi dicit: Tu es Sacerdos in eternum secundum ordinem Melchizedek. Qui in diebus carnis suæ, & cum precatio[n]es & supplicationes apud illum, qui poterat ipsum a morte seruare, cum clamore ualido & lachrymis obtulisset, & exauditus esset pro reuerentia, tametsi filius erat, tamē didicit ex his quæ passus est, obedientiam, ac perfectus redditus, omnibus qui sibi obedierunt, fuit causa salutis æternæ, cognominatus a Deo pontifex secundum ordinationem Melchizedek,

Ioannis xvij. orat Christus diligenter pro tua Ecclesia. Legetum caput, & uidebis quam fidus Pontifex sit Christus.

Heb. vij. indicat discrimen inter sacerdotes Legis & Christum æternum nostrum sacerdotem, dicens: Et illi quidem plures facti fuerunt Sacerdotes, propterea, quod per mortem non sinerentur permanere. at hic quod idem maneat in æternum, perpetuum habet Sacerdotium, unde & saluos facere ad plenum potest, qui per ipsum adeunt Deum, semper uiuens, ad hoc ut interpellat pro illis. Talis eum decebat ut esset nobis pontifex pius, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & sublimior eccles factus, cui non sit quotidie necesse, quemadmodum illis pontificibus, prius pro proprijs peccatis uictimas offerre, deinde pro peccatis populi. Nam id fecit semel, cum semetipsum obtulit. Siquidem lex homines constituit pontifices, habentes infirmitatem. Porro sermo iurisiurandi, qui supra legem fuit, filium constituit in æternum consummatum.

Item Heb. vij. talem habemus pontificem, qui consedit ad dexteram throni maiestatis in coelis.

Item Heb. ix. Christus accedens pontifex futurorum honorum, per maius & perfectius tabernaculum, non manufactum, hoc est, nō huius strucтурæ, nec persanguinem hircorum ac uitulorum, sed per proprium sanguinem ingressus est semel in sancta, æterna redemptione reperta.

Eumque ibidem mediatorem noui Testamenti uocat. Item Heb. x. de sacerdotibus ueteris Testamenti. Omnis quidem sacerdos assistit quotidie, sacra peragens & easdem saepius offerens hostias, quæ nunquam possint auferre peccata. Hic uero, una pro peccatis oblata uictima perpetuo sedet ad dexteram Dei, id quod superest expectans, donec reddantur inimici ipsius, scabellum pedum ipsius. Unica enim oblatione perfectos efficit in perpetuum, eos qui sanctificantur.

ANNA.

Si æternus rex futurus est, idque pater iureiurando confirmans promisit, ergo in morte manere non potest, sed necesse est ut resurgat & in æternu secula uiuat. Quomodo alias posset nos eterna felicitate beare & liberare. Hoc sane Cleopham & comitem eius consolari potuisset, si has scripturas intellexissent.

VRBANVS.

Equidem uberrima & indicibilis consolatio est nobis deposita in summo Sacerdotio Christi. Nam si ipse Deifilius sacerdos noster est, & pro nobis in coelis intercedit ad dexteram Dei sedens, tum preclare nobiscum agitur, tum belle se res nostre habent. Certum enim hoc est, hunc sacerdotem Deo patri placere, Deus pater ipse eum inaugurauit & consecrauit hoc sacerdotali munere. Et tantum ac tale sacrificium pro peccatis nostris obtulit, quod etiam satis esset liberandis multis mundorum myriadibus,

DE CONC. CHRI. AD. DISC. EM AVM EVNT.

Omniaq; ea quæ ad æternam salutem necessaria sunt uobis promeruit & peperit. Docet etiam nos ipse per Spiritum suum. Quid igitur nos laetare potest peccatum, cum sic expiatum: satisfactio illa est nostra nunc propria, modo in Christum crediderimus, eumq; nostrum Sacerdotem, nostrum Sacrificium pro peccato, esse agnouerimus. Quid iuris nunc habere in nos potest mors? quomodo nobis nocere poterit. Hic Sacerdos per sacrificium suum, ipsius leuum & horrendum aculeum fregit & contudit. Præter hæc, æternus etiam rex noster est Christus, qui in omnibus perculis iuuare potest. Quæ utraq; dignitas, Sacerdotalis & Regia, illius est propria ut ueri primogeniti Dei patris, & benedictæ virginis Mariæ filij. Nos quoq; per fidem in illum sacerdotes reddimur, teste Petro, ut cum fiducia patrem accedere, & ut filij a patre omnia quæ cupimus petere, deamus.

Ex hoc fundamento Psalmi cx. ut & ante dictum, Apostoli mutuatis sunt doctrinam suam de Christo & sacerdotio eius, quod nos ad Deum perducat, Deo recōciliat, pro nobis intercedat ut Mediator, ut magna fiducia & alacritate orare patrem possimus in nomine eterni nostri Pontificis, ut i. Tim. ij. Vnus enim Deus, unus etiam conciliator Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum pretium redēptionis pro omnibus.

Item i. Ioannis ij. Filioli mei hæc scribo uobis ne peccatis: & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum, et ipse est propiciatio pro peccatis nostris, nō pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

Item Eph. ij. per illum (Christum) habemus aditum utriq; in uno spiritu ad patrem.

Et capite tertio: Per quem (Christum Iesum) habemus audatiam et aditum cum fiducia, quæ est per fidem illius.

Item Ioannis xvi. ait Christus ipse. Amen amen dico uobis. Si quid pertieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Sic Paulus ubiq; orat per Christum ut Sacerdotem nostrum, per quem & propter quem tantum nos & orationes nostræ Deo patri nostro placent & acceptæ sunt, sicut dicit Heb. xiiij. per ipsum (Christum) igitur offerimus hostiam laudis (em), per Deo, hoc est, fructum labiorum, confitentium nomini eius.

Præterea obseruandum, q; ubi prophetæ liberationem populo Dei promittunt ut liberentur a peccato, morte & malis omnibus, ibi certo promittatur Christus Iesus, quia constitutum est hoc Deo, quod nulli adesse, nullum liberare uelit, nulli gratiam suam largiri ob aliud quam propter & per solum Christū, sicut docet Petrus Act. iiiij. In nullo alio salus est quam in Christo Iesu. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum inter homines in quo oporteat nos saluos fieri.

Inspice

Inspice nunc uaticinium. Nam & nomen & opus Christi egregie in eo de scribit. Vocatur Iehoschua uel Ieschua id est saluator, qui liberare, iuuare & saluare debet, quam uocem inuenire est in prophetis nonnunquam pluri bus, nonquam paucioribus literis, sed tñ significanter & clare scriptam.

**Psalm. lxxxix. OMNES FINES TERRAE VIDERVNT
IESCHVATH SALVTARE uel saluatorem DEI NOSTRI.**

Sic saepe eum uocat Psalmus cxix. Teschuatecha ; id est, liberatorem uel saluatorem. Sequitur. Anima mea tanto desiderio Salutaris tui tenetur, ut pene deficiam. In his locis ubiqz propheta testatur quanto Christi desiderio crucietur, quam anxie Christum expectet, quemadmodum & D. Augustinus exponit in commentarijs suis in hunc Psalmum. Et hic uis des qz semper ab initio Christus, unicus saluator, tam patrum & omnium electorum spes & fiducia fuerit, quam nunc noster Deus, nostra spes, nostrum solacium est in nouo Testamento. Nemo enim salutem consequi potest nisi sit Christianus, nisi in Christum credit.

Item Esa.li. Prope est iustus meus siue iusticia mea egressus est saluator meus. Salus mea in sempiternum erit & iusticia mea non deficiet.

Hic nomen Ieschua, Iesu saepe iterat, loquitur em propheta de Christo.

Item Esaiae liij. Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, & uidebunt omnes fines salutare Dei nostri.

Item Esaiae xliij. Ego sum Ego sum Dominus & absqz me non est MOSCHIA, id est, Saluator,

Dicitio Moschia hic, derivatur adiunctione Hoschia, id est, saluauit uel liberauit.

Item Esaiae xlvi. Israel saluatus est in Domino, salute æterna.

His assimilia testimonia sunt Esa. xxxiiij. xlvi. lxvi. & alijs locis multis. Esaiae liij. uocatur redemptor. Dominabitur tui qui te fecit te, nomē eius Iehouah, id est, Deus uel Dominus Zebaoth, & redemptor tuus sanctus Israel, Deus omnis terrae uocabitur.

Hic ponitur uox Goél, quæ significat liberatorem uel redemptorem. Quod epitheton ubiqz Christo in Scripturis tribuitur.

Esaiae lxi. Eis qui sunt in Sion ueniet redemptor, et eis qui redeunt ab iniuitate in Iacob, dicit Dominus.

Hanc prophetiā citat D. Paulus Ro. xi. de Christo unico redemptore Zion. Ideo Oseae xiiij. hunc titulum habet. De manu mortis liberabo eos, de morte redimā eos, Mors ubi est mors tua? Inferne ubi est perditio tua?

Sed hoc alio loco fusiū tractabitur. Obiter tamen obserua quod hic Goél siue redemptor non homo tantum sed & uerus Deus uocatur in prophetis. Ideoqz multo fortior est quam peccatum, mors, & Sathan. Et post & uult saluare, & liberare. Tam solido, tam firmo fundamento fides nostra Catholica nititur,

DE CONC. CHRI. AD D I SC. EMAVM EVNT.

His testimonij sinitur & fundatur doctrina Apostolorum. i. Corin. i.
Christus est redemptio nostra.

Gala. i. Christus dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos
ex praesenti seculo malo.

Eph. i. Redemptionem habemus per sanguinem Christi. Coloss. i.
i. Thess. i. Christus liberat nos ab ira uentura.

Tit. ii. expectamus beatam illam spem, & apparitionem gloriae magni
Dei, & seruatoris nostri Iesu Christi.

Lucæ ii. Natus est uobis hodie seruator, qui est Christus Dominus,
in ciuitate David.

Testamentum Neuum refertum est his sententijs.

Porro Christum esse pastorem nostrum, nosq; ipsius ouiculas, ab ipso
sollicitissime custodiri & defendi, incq; pascuis ipsius laetissimis ad uitam
aeternam pasci, testatur Psalm. xcv. qui totus est de Christo. Venite adore
mus & genua flectamus & procidamus cor am Domino, qui fecit nos,
quia ipse est Deus noster, & nos populus pascuae eius & oves gregis eius.

Et Psal. c. itidem de Christo. Agnoscite quod ipse Dominus est Deus,
ipse fecit nos & non nos ipsi, ut simus populus eius & oves pascuae eius.

Esa. xl. Sicut pastor gregem suam pascet, in brachio suo congregabit
agnos & in sinu suo leuabit, foetas ipse portabit.

Sic & apud Ioannem cap. x. uocat se pastorem bonum qui animam suam
ponit pro ouibus suis, & ijs uitam aeternam promittit, & dicit, nemo un
quam rapiet eas de manu mea.

Et Lucæ xv. fidus ille pastor est, qui ouem perditam querit, inuenit,
& cum gudio in humeros sublatam domum reportat.

Ieremiæ xxxi. QVI DISPERSIT ISRAEL, CONGREGA
BIT EVM & CVSTODIET EVM SICVT PASTOR GRE
GEM SVVM. REDEMPTUS ENIM DOMINVS IACOB
& DE MANV POTENTIORIS LIBERAVIT EVM.

Hoc non tantum de carnali sed etiam de Spirituali Israeli intelligendum
est, siue Iudei sint, siue Gentes.

Zachariæ xiiij. FRAMEA SVSCITARE SVPER PASTO
rem meum & super virum coharentem mihi, dicit Dominus exercituum:
Percute pastorem & dispergentur oves

Hanc prophetiam Christus ipse exponit Matthæi xxvi. uocans (ehuc
pastorem, & dicit: Omnes uos scandalum patiemini per me in ista nocte.
Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.
Postquam autem resurrexero, præcedam uos in Galileam.

Ezechi. xxxiiij. Inuenit propheta in infideles et falsos pastores in Isra
el, qui uerbum Dei non sincere & bona fide, sed humanas doctrinas pro
uerbo Dei docebant, seq; ipsos non oves pascebant, dicens: Ecce ego ipse
requiram

requiram oves meas et uisitabo eas sicut uisitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suaꝝ dissipataꝝ. Sicut uisitabo oves meas & liberabo eas. Ego pascam oves meas dicit Dominus & c. Quis uero sit pastor uerus, cuius propriæ sunt oves, quicque eas pascere & ueri uelit ab omnibus periculis, docet Christus Ioannis x. ubi nō simpliciter dicit: Ego sum pastor, sed ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καὶ λόγος. Græca enim sunt significantiora, id est, Ego sum ille ipse pastor bonus. Quasi diceret, Prophetæ multa dixerunt de quodam pastore bono, eum tam fidum esse & tam fortē, ut oves suas & uelit & possit ex omnibus periculis liberare. Hic iam adest pre sens pastor ille uerus. Ego sum is pastor. Sunt & alij multi pastores, sed mercenarij sunt, qui non admodum solliciti sunt de ouibus, nec fidam & sedulam curam ouium agunt. Verum ego sum bonus ille pastor, & pono animam meam pro ouibus meis.

Plura etiam in eodem cap. prophetæ de pastore Deus pater dicit. Suscitabo super ea pastorem unum qui pascat ea, seruum meum Dauid, ipse pascet ea, & ipse erit eis in pastorem.

Hoc non dictum est de Rege Dauid, filio Isai, (Longe enim ante tempora Ezechielis uixerat Dauid) sed de uero Dauide Christo, cuius typus Dauiderat, e cuius etiam familia nasci Christum oportuit.

Ezechi. xxxvii. ERVNT MIHI POPVLVS & ERO EIS DEVS & SERVVS MEVS DAVID RBX SVPER EOS & PASTOR VNVS BRIT OMNIVM EORVM.

Hoc de Christo dicitur, cuius serui nos omnes sumus in ministerio predicationis. Sed uerus ille pastor Christus est, apud quem tutum profugium, presidiū, opem, salutem, pascua & omnia necessaria inuenimus ad hanc & ad æternam uitam. De hoc pastore ait Paulus Heb. xiij. Deus pacis, qui redixit a mortuis pastorem ouium illum magnum per sanguinem Testamētū æterni, Dominum nostrum Iesum.

Item i. Per. v. Cum apparuerit ille pastorum princeps, reportabitis immarcessibilem gloriæ coronam.

ANNA

Sed ubi testantur Prophetæ Christum futurum iudicem mundi, Iudeorum & Gentium?

VRBANVS.

Testamentum nouum est exegesis, interpretatio, & clarum lumen ueteris Testamenti. Ioannis v. ait Christus. Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes filium honorent, sicut patrem honorant. Dedit & pater ei potestatem iudicandi, quia filius hominis est. Hæc uerba Ecclesia semper de extremo iudicio intellexit, in quo mortui resurgent, & iudex cuique reddet secundum opera sua.

η. Corin. v. Omnes enim nos manifestari oportet corā tribunali Christi.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT

sti, ut reportet unusquisq; ea quæ fiunt per corpus, iuxta id quod fecit, siue bonum siue malum.

Romanorum xiiij. Christus & mortuus est, & resurrexit, & reuixit, ut mortuis & uiuentibus dominetur.

Act. x. Christus constitutus est a Deo iudex uiuorum & mortuorum.

Nunc uide Prophetas, quomodo & quid de iudice dicant, qui totum mundum iuste iudicaturus est, & intelliges facile nullum alium esse quam Dominum & Deum nostrum Iesum Christum. Nihil certius est. Hoc fallere non potest. Dicit enim Ioannes, quod pater ei omne iudicium dederit. Et Petrus ait, quod Deus eum ad hoc ordinari. Atq; ita interpretatur & explicat nouum testamentum prophetas in ijs locis ubi de Christo scribunt. Nec est quod nos hoc moretur, quod scriptura Deo iudicium tribuit. Nihil hoc ad rem, nihil hoc nostram sententiam impedit, quia Christus est ille uerus Deus. Quatenus Deus est, eatenus nihil accepit quod ante non habuerit, cum eiusdem essentiæ, potentiae & maiestatis cunctæ sit in æternum. Sed quatenus homo est, accepit a patre potestatem iudicandi omnia, uti Cyrillus interpretatur.

Audi itaq; nunc quid prophetæ de summo hoc iudice sint uaticinati. Psalm. ix. PARAVIT DOMINVS IN IUDICIO THRONVM SVVM & IPSE IUDICABIT ORBEM TERRÆ IN æQUITATE (siue iuste) IUDICABIT POPVLOS IN iusticia.

Hunc uersum facile intelligimus ex viij. cap. Act. ubi Paulus Atheniensibus concionatus dixit: Deus nunc adnunciat hominibus, ut omnes ubi que resipiscant, eo qd statuit diem in quo iudicaturus est orbem terrarum cum iusticia, per eum uirum, per quem decreuerat.

Psal. l. Deus Dñs ille fortis loquitur & uocat terram, a Solis ortu usq; ad occasum. Ex Sion splendere incipit pulcherrimus splendor Dei. Venit Deus noster & non silet, ignis deuorans præcedit corā eo, & circa ipsum est tempestas ualida, aduocat cœlum & terram ut iudicet populum suum. Septuaginta sic habent. Deus noster et nō silebit. Deus manifeste ueniet, Deus noster et nō hu-

Hoc Ecclesia intelligit de secundo aduentu Christi. Tum enim non humili habitu ac forma, celans suam diuinitatem, sed in summa sua maiestate extremo die ueniet ut iudicet uniuersum mundum. Sic Augustinus. Porro radius seu splendor ille pulcherrimus Dei Christus est, is prorumpit & emicat e Zion, hoc est, e tribu Iuda, Dauidis familia, & ueniet manifeste magna potentia & maiestate, comitatus toto Angelorum choro. Matt. xxv.

In priore suo aduentu uenit clam & humiliter citra omnem strepitum. Voluit enim propter nos, ut ouis mactationi destinata, iudicari & occidi, Isa. liij. Verum nouissimo die ueniet cum magno strepitu & magnificencia ut summus Dominus & summus iudex omnium ἐν καινούργιᾳ & uoce Archangeli actuba Dei descendet de cœlo. i. Thess. iiiij. Reuelabitur de cœlo cum

cœlo cum Angelis potentiae fug, cum incendio flammæ, qui infligit ultione his qui nō nouerūt Deū & qui non obediunt Euangelio h̄. Thess.i.
Matthæi xxv. Sedebit super sedem gloriæ suæ, & congregabuntur ante eum omnes Gentes, & separabit eos alteros ab alteris, sicut pastor segregat oves ab hædis, & statuet oves quidem a dextris suis, hædos autem a sinistris. Tunc dicet rex ouibus. Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum uobis ab exordio mundi. Et ad hædos. Discedite a mema ledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.

Et Psalm. lxxij. Deus iudicium tuum daregi & iusticiam tuam filio regis. Ut adducat populum tuum ad iusticiam & eripiāt afflīctos.

Hic filius Regis est Christus. is iudicat mundum hic per uerbū & Spiritum, punit impios, tuetur pios. Et nouissimo die demū exercebit iustum illud iudicium, & eterno supplicio afficiet eos qui ipsum agnoscere regem & Euangeliū suscipere noluerunt.

Et Psalm. xcviij. Dominus est rex, hinc exultet terra, lætentur insulæ quotquot sunt. Nubes & caligo circum eum sunt, iusticia & iudicium est confirmatio sedis eius. Ignis ante ipsum precedit, & incendit circumquacq; inimicos eius. Assulgent fulgura eius orbi terræ, uidet & terretur terra. Montes soluuntur ut cera coram Domino, coram domino uniuersæ terre. Et Psalm. xcvi. Dominus uenit iudicare terram, iudicabit orbem terre iusticia, & populos sua ueritate.

Esaïe lxvi. Ecce Dominus in igne ueniet, & quasi turbo quadriga eius, redde in indignatione fuorem luum et increpationem suam in flamma ignis, quia in igne Dominus iudicabit & gladio suo, omnem carnem. Zachariæ xiiij. Egressetur Dominus & prælibabitur contra Gentes illas sicut præliari solet in die certaminis, Et stabunt pedes eius in die illa super montem oliuarum, qui est contra Hierusalem ad orientem. Et scindetur mons oliuarum ex media parte sui ab oriente usq; ad occidentem, prærupto grandi ualde, & separabitur medium montis ad aquilonem, & medium eius ad meridiem. Et fugietis uallem inter montes meos, quoniam vallis inter montes eos coniungeretur usq; ad Azal, & fugietis sicut fugiatis DEVS MEVS, OMNESq; SANCTI CVM EO.

Hic uaticinatur Zacharias de altero aduentu Christi in extremo die, q; uenturus sit ut miles uel imperator aliquis ad oppugnandos & expugnandos hostes suos, & quod alter hic aduentus eius futurus sit terribilis ualde, adeo ut libenter fuga sibi quisq; consuleret si posset. Terribilis autem futurus est propter incredulos & impios, qui nullas tum amplius uires habebunt, quibus se opponant Christo. Ferociæ illius insolentieq; qua usi contra pios fuerant, & tyrannidis efferatae ac acerbitatibus ac sæuicie, quam exercerent in membra Christi, tum finis erit. Paratus est enim illis æternus carcer, æterna in gehennæ incendio pro meritis supplicia. Vniuersa illorū

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

potentia, cuncte illorum vires, omnis illorum superbia, ferocia, contumacia, & minæ tum cessabunt, nec postea unquam sœuire aut iniuria ulla uelle uiissima Christum aut Christi fideles afficere possunt, uti ante eum nouissimum diem fecerant. Subito & inopinato a facie Domini & a gloria fortitudinis eius in æternum interitum præcipitabuntur. Etenim dies redemptoris est, in qua Christus, uti Paulus dicit, glorificabit in sanctis suis et admirandus fiet in omnibus credentibus ī. Thess. i. Ad describendum aduentum Christi ad hoc iudicium, solet Scriptura huiusmodi similitudinibus uti. Sicut & Paulus i. Thess. iii. Nam cum Christus uenit iudicaturus, tum iam statim superati & prostrati iacent hostes nostri. Impius mundus & Sathan in puncto temporis, in unico momento meritorum gehennæ erunt & manebunt in æternum. Mors absorpta est in uictoriam. Tum omnes pijs rapietur in nubibus in occursum Domini in æra, & sic semper cum Domino erunt i. Thess. iii.

ANNA.

Ex omnibus his uaticinijs de æterno regno & sacerdotio Christi, & futurus sit mediator ad auertendā & sedandā iram Dei, item pastor & redemptor qui semper & ubiqz & in æternum possit pascere & liberare, & tandem mūdum iuste iudicare, hinc facile disci & intelligi potest deredemptione Israelis non fuisse dubitandum ob id quod Christus mortuus erat. Nam cum Deus tantas res in Christo promiserit mundo, non potuit manere in morte, sed tum demum uere uiuere. Sed duo hi discipuli non intellexere quæ prophetæ de Christo scripserant, id quod Christus ipse illis obiicit. Atqz ideo non sine causa tristabantur. Nunc peto ut audiam exte prophetarum uaticinia de miraculis Christi,

DE MIRACVLIS MESSIAE.

VRBANVS.

Propheta Esaias cap. xxxv. sic de eo uaticinatus est. DEVS IPSE VENIET & SALVABIT NOS. TVNC APERIENTVR OCVLI CAECORVM & AVRES SVRDORVM PATEBVNT, TVNC SALIET CLAVDV SICVT CERVVS, & APERTA ERIT LINGVA MVTORVM.

Hęc prophetia impleta est ante M. D. annos, cum Iesus Christus uerus Deus & homo in tota regione Galilææ, (uti Matth. capite iiiij. scribit) circumiret, sanans omnem morbum & omnem languorem in populo. Et ipse Christus ait Matth. xi. ad discipulos Ioannis Baptiste: Ite renunciate loanni ea quæ auditis & uidetis, cæci uisum recipiunt, claudi ambulant, leprosi mundantur, & surdi audiunt, mortui excitantur, & pauperes latent accipiunt Euangelij nuncium.

Ita inuenis ubiqz in Euangelij historia huius prophetæ impletionem. Matthæi

Matthæi viij. mundat Christus leprosum, sanat famulum centurionis, paralyticum restituit, socrum Petri a febri, qua conflctabatur liberat. Item Matth. ix. alium sanat paralyticū, mortuum ad uitam reuocat, mulier profluuium sanguinis sistit, duobus cæcis uisum reddidit. Matthæi xij. pristinę sanitati restituit miserū quendam hoīem cæcum, mutū, surdum, & præterea dæmonio etiam agitatum, sanabat & aridam cuiusdam hominis manum. Matthæi xv. sanat filiam Cananeę a dæmonio agitatam, sanat claudos, cæcos, surdos, mutos, mutilos, & alios multos. Atq; ita potenter his factis, tātis his miraculis satis declarabat se uerum esse Messiam, de quo Esaias cap. xxv. sic scripsit. Mortem in æternum aboleuit aut absorpsit seu deglutiuit, siquidem mortuos ad uitam reuocauit. Matthæi. ix. filiam principis Synagogæ, Lucæ vij. uiduæ filium, Ioan. xi. Lazarum, qui iam quatriduanus erat & olebat. Horæ resuscitatio ad uitam, erat πρόδρομος & certificatio confirmatioꝝ & certum argumentum ueræ illius omnium communis resurrectionis a mortuis, quæ die nouissimo fiet, cum Dominus omnes mortuos in momēto excitatos corā tribunali suo sisteret. Reliqua miracula & signa ab ipso ædita in Euangelistis ubiq; obuiā sunt, ut nihil attineat omnia hic commemorare.

ANNA.

Nunc demum uideo, quare miracula in Euāgelo, ubi CHRIS TVS male habentes pristinę sanitati restituit & mortuos resuscitauit, semper articulo resurrectionis mortuorum includas & accommodes, nimirum ob id ut magnum illud mysterium ultimę illius resurrectionis carnis, per nictius altiusq; animis nostris per hæc miracula imprimi infigiꝝ possit, utq; his miraculis fidem de Resurrectione confirmemus & conseruemus. Sed nunc alios articulos de Messia, uidelicet, de passione, descensu ad inferos, resurrectione & de regno ipsius, e prophetarum oraculis probatos explica.

DE SALVIFICA MORTE, DESCENSU AD INFEROS
& glorioſa resurrectione Iesu Christi. Deq; cauſis & infinitis utilitatibus
passionis & resurrectionis eius, atq; de æterno
ipsius regno.

VRBANVS.

Hi indubie præcipui articuli fuerunt, de quibus Christus Cleopham & Comitem eius in eo itinere docuit. Cum autem Sancti prophetæ de his mysterijs Christi fere in uno & eodem loco uaticinentur atq; ita coniungant, completemur ea & nos quasi una falce, eaque uel una uel mixtim, prout sese prophetiae obtulerint, explicabimus.

Principio audiamus insignem illum prophetam David Psalm. viij.
QVID EST HOMO QVOD MEMOR ES EIVS, & FI
liuſ hominis quod uisitas eum. Derelictum paulisper a Deo sines eum, at

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT

gloria & decore coronabis eum. Dominum constitues eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti pedibus eius. Oves & boues universas & reliquias bestias campi. Volucres sub caelo & pisces maris, & quae perambulant semitas maris. Domine Dominator noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra.

Hic Psalmus octauus, quem nouum Testamentum nobis certa interpretatione explicat, prophetat de Messia, quod futurum sit, ut ad modicum temporis humilietur, minuatur, & a Deo relinquatur. Id autem modicum tempus erat illud triduum, cum in manus Iudeorum & Gentium traditus caperetur, flagellis cæderetur, coronaretur, crucifigeretur, occideretur & sepeliretur.

Hebreus textus sic sonat. Vathechashrehu meat meeloim, hoc est, passus es eum ad exiguum tempus DEO carere, uel paulisper patierum a Deo desertum esse. Etenim tempore passionis suæ usq; in tertium diem quo resurrexit, videbatur Deus non esse cum ipso, cum eum occidi & sepeliri pateretur. Ac iudei putabant plane iam aetum esse cum eo, cumq; prorsus extinctum esse. Necq; enim intelligebant consilium illud salutare Dei, quod filium ideo misisset, ut per crucem nos patri reconciliaret, & quod Christus non coacte id fecerit sed lubenti & alaci animo patri obediens fuerit usq; ad mortem crucis.

Græcus sic habet, (uti & Heb. ij. citatur, ubi etiam Psalmus hic Christo accommodatur) Ιλαττω Κεαυτον Ερεχνι ο παραγέλλος, id est, fecisti eum pauperi inferiorem angelis. Chaldaica Biblia habent in eo loco etiam, Malachia, id est, ab Angelis. Sicut & Dominus ad Petrum dicit, cum seruo principis sacerdotum auriculam amputasset & Christo auxiliaru uellet: An putas, quod non possum nunc rogare patrem meum & exhibebit mihi plus quam duodecim legiones Angelorum? Mat: hæc xxvi. Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quod sic oportet fieri.

Voluit hic egere omni auxilio, ut nobis ferret auxilium. Huc enim se nostra causa demisit, sic se deiecit, sic deseriuoluit & omni ope destitui, ut nullus etiam Angelus auxilium illi ferre & eum eripere posset. Paulus ad Hebreos sequentia etiā uerba Psalmi exponens et Christo adaptans ait: In hoc enim, quod ei subiecit omnia, nihil omisit illi non subiectum. At nondum uidemus illi omnia esse subiecta. Eum uero qui pusilli quid dā diminutus fuerat infra Angelos, cernimus Iesum, propter cruciatum mortis, gloria & honore coronatum, ut per gratiam Dei pro omnibus staret mortem. Decebat enim eum propter quem sunt omnia, & per quem sunt omnia, ut multis filijs in gloriam adductis, principem salutis illorum per afflictiones perfectum redderet, quandoquidem & qui sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno sunt omnes,

Sic itaq; miratur Propheta quod hic uerus homo aut hominis filius ad breviter.

breue tempus suæ dispensationis & passionis derelictus, contemptus, immunitus siue humiliatus est, sed paulo post, nimirum post tertium diem, summa gloria, honore ac potestate affectus & coronatus, & Dominus constitutus omnium creaturarum coeli & terræ, quodq; gloriosum eius nomen postea per uniuersam terram innotuerit, admirabile factum & deprehicatum sit, quemadmodum Paulus multis uerbis docet ex hoc Psalmo: Eph. i, ubi ait: Deus dedit uobis spiritum sapientiae & reuelationis, per agnitionem sui, illuminatos oculos mentis uestræ, ut sciat, quæ sit spes ad quam ille vocauit, & quam opulenta gloria hereditatis illius in sanctis, & quæ sit excellens magnitudo potentie illius in nos, qui credimus secundum efficaciam roboris fortitudinis eius, quam exercuit in Christo, cum suscitat eum ex mortuis, & sedere fecit ad dexteram suam in coelestibus, supra omnem principatum ac potestatem, & uirtutem, & dominium, & omne nomen quod nominatur, non solum in seculo hoc, uerum etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedes illius, & eum dedit caput super omnia ipsi Ecclesie, que est corpus illius, complementum eius, qui omnia in omnibus adimpleat. In hoc Psalmo multa continentur fidei nostræ mysteria, uidelicet, de passione Christi, de resurrectione & regno eius super omnes creature coeli & terræ, qui fructus est operum Christi, hoc est, passionis eius, sed per passionem suam infinita beneficia nobis promereri & efficere debuit, ut omnes Euangelio credentes et regno Sathanæ liberarentur, & in regnum celorum collocarentur, a Christo regerentur & seruarentur in æternum, hic in fide sub cruce, sed post hanc fluxam & eruminosam uitam, palam in gloria.

Alij reges in hoc modo parant, administrant & conservant stabiliuntq; regna sua plerumq; gladio & armis, uictis & prostratis hostiis viribus, uerum hic rex nouo quodam & peculiari planeq; contrario modo regnum suum auspicatur, gubernat, firmatq; uidelicet, patiendo & moriendo, & hoc ipso quod occidit hostes occidit & uincit. Haec passio & maxima hec illius demissio & humiliatio usq; in morte crucis plus efficit, plus prodit, quam omnia omnium creaturarum opera, passiones, & uires potentiaq; praestare & iuuare potuissent. Nam ea uicit Sathanam, & absorpsit mortem & summam gloriam & honorem adepta est, ueluti Paulus docet, Philip. ii, dicens: Christus humiliauit semetipsum, factus obediens usq; ad mortem, morte autem crucis. Quapropter & Deus illum in summam extulit sublimitatem, ac donauit illi nomen, quod est supra omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu se flectat coelestium, ac terrestrium, & in fernorum, omnisque lingua confiteatur, quod Dominus sit Jesus Christus, ad gloriam Dei patris.

ANNA.

Cum Scriptura tam multa mysteria fidei nostræ saepe paucis uerbis

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVMEVN.

uno in loco cōtineat (quod in hoc viij. Psal. audio nunc passionem, relaxationem, ascensionem, & regnum Christi in uno & eodem loco comprehendere, earumq; mentionem simul fieri) qualem ut cōpendio usum mortis & resurrectionis Christi & quid regnū Christi sit, exponas & doceas. Hoc modo in recēlendis uaticinijs de his articulis, prout sese obtulerint, expeditiorem nobis uiam paraueris, ne prolixiore colloquio, quod iam non paucos dies inter nos habuimus, fatigatus delasseris & tādio aliquo afficiaris.

VRBANVS.

Fructus & usus preciosissimae mortis & uictoriosissimae glorioſissime que resurrectionis Christi, est redemptio generis humani ab omnibus malis & calamitatibus, item & uictoria de morte, Diabolo, & æterna damnatione parta: ut per infinita & immensa merita Christi, per ipsius non nostra opera habeamus remissionem peccatorū, gratiam, & pacem cū Deo, ueram iusticiam, Spiritum sanctum cū suis donis, benedictam illam adoptionem, quod Dei filij & Deus pater noster sit, & quod post hanc mortuam uitanam resurrectionē carnis nostrę expectamus, in qua & corpore & anima accipiemus immortalem, incontaminabilem & immarcessibilem haereditatem, uitam æternam, & regnum æternum Christi, quod nobis in Lege & prophetis promissum erat: sed in Iesu Christo tantum, semine Abrahæ & Dauidis, secundum carnem, qui nobis hec promeruit & parauit. Quotidie hoc in Euangelio annunciatur, omnesq; ad hāc gratiam uocantur, nullus ab ea excluditur, nullus repudiatur.

Hunc fructum passionis Christi ubiq; in nouo Testamento Euangelistæ & Apostoli e prophetis magnifice deprædicant, ut qui sint uiri prophetarum interpretes. Paulus Ro. iiij. Christus traditus fuit propter peccata nostra, & excitatus est propter iustificationem nostri.

Rom. v. Commendat autem suam charitatem erga nos Deus, quod cum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus fuit. Multo igitur magis iustificati nūc sanguine eius, seruabimur per eum ab ira: nam si cum inimici essemus, reconciliati fuimus Deo per mortem filij, multo magis reconciliati seruabimur per uitam ipsius.

i. Corin. i. ait Paulus: Christus factus est nobis a Deo sapientia, iustitia, & sanctificatio et redemptio. His paucis uerbis exponit & declarat omnina quæ Moses & prophetæ de sacrificijs pro peccato & delicto, de hostijs & uictimis ante scripsere. Ea sacrificia & hostiæ neminem poterant Deo reconciliare, & a peccatis mundare, sed figuræ tantum erant preciosi sacrificij & sanguinis Iesu Christi. Is nobis patrem reconciliatur & per diuinum suum sanguinem ab omnibus peccatis nos emundaturus erat.

ii. Corin. v. Christus pro omnibus mortuus est, ut qui uiuant post hac non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Deus, enim qui

eum qui peccatum nō nouit, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iusticia Dei per illum.

Gal. i. Christus IesuS DomiuS noStre dedit semetipsum pro peccatis noStris, ut eriperet nos ex præsenti seculo malo, iuxta uoluntatem Dei & patris nostri, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Gal. iiij. Christus nos redemit ab execratione legis, dum pro nobis factus est execratio. Scriptum est enim: Execrabilis ois qui pendet in ligno.

Eph. i. Per Christum habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum, iuxta diuitias gratiæ suæ.

Eph. ij. Nunc autem per Christum Iesum uos qui quondam eratis Ionginqui, propinqui facti estis per sanguinem Christi, Ipse enim est pax nostra quireconciliauit Iudeos & Gentes, in uno corpore Deo per crucem.

Eph. v. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem ac uitam Deo in odorem bonæ fragrantiaæ.

Coloss. i. Deus per Christum reconciliavit cuncta erga se, pacificatis per sanguinem crucis eius, per eundem.

Coloss. ij. Deus excitauit Christum ex mortuis. Et uos cum essetis mortui per delicta & per præputium carnis uestræ simul cum illo uiuificauit, condonans nobis omnia delicta, deleto, quod aduersus nos erat chirographo, quod erat contrarium nobis per decreta, & illud sustulit e medio, affixum cruci, expoliatosq; principatus ac potestates ostentauit palam, triumphantibus illos per semetipsum.

i. Thess. iiij. Nolo uos ignorare fratres de Ihs qui obdormierunt, ne doleatis, quemadmodum & cæteri non habentes spem. Nam si credimus, q; Iesus mortuus est et resurrexit, sic & Deus eos qui obdormierunt per Iesum adducet cum illo &c.

i. Tim. i. Christus IesuS uenit in mundum, ut peccatores saluos facheret, unus enim Deus, unus etiam conciliator Dei & hominum, homo Christus IesuS, qui dedit semetipsum precium redemptionis pro omnibus.

ij. Tim. i. Deus saluos fecit nos, & uocauit uocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam, quæ data quidem est nobis per Christum Iesum ante tempora æterna, sed palam facta est nūc per apparitionem saluatoris nostri Iesu Christi, qui mortem qui dem aboleuit, uitam autem in lucem produxit, ac immortalitatē per Euan gelium.

Tit. ij. Apparuit enim gratia Dei, salutifera omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegata impietate & mundanis cōcupiscentijs, sobrie & iuste & pie uiuamus in præsenti seculo, expectantes beatam illam spem, & apparitionem gloriæ magni Dei, & seruatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniuitate, & purifi-

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Caret sibi ipsi populum peculiarem, sectatorem bonorum operuin;

Hebrei. iiij. Postquam igitur pueri commertium habent cum carne & sanguine, & ipse similiter particeps factus est eorundem, ut per mortem aboleret eum qui mortis habebat imperium, hoc est, diabolum, & liberos redderet eos, quicunq; metu mortis per omnem uitam obnoxij erant serviti. Non enim uidelicet angelos assumit, sed semen Abrahæ assumit. Vnde debuit per omnia fratibus similis reddi, ut misericors esset & fidelis potifex, in his que apud Deum forent agenda, ad expiandum peccata populi. Nam ex hoc qd ipsi contigit tentatum esse, potest & ihs qui tentantur succurrere.

Eodem cap. ait Apostolus, Christum per gratiam Dei pro omnimortuæ gustasse. Vide totam Epistolam ad Hebreos maxime caput v. viij. viij. ix. et x. de sacerdotio Christi, & de sacrificio ipsius: preciosissimus profecto thesaurus est & inæstimabilis.

i. Pet. i. Laudandus est Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui iuxta copiosam suam misericordiam regnuit nos in spem uiuam, per hoc quod resurrexit Iesus Christus ex mortuis.

Et paulo post: Vos non estis caducis rebus uelut argento & auro redempti a uana uestra conuersatione, quam ex patrum acceperatis traditione, sed precioso sanguine uelut agni immaculati, & in contaminati Christi, q; proridinatus quidem fuerat, anteq; conditus esset mundus, sed manifestatus fuit ex tremis temporibus, ppter uos, qui per illum creditis in Deum, qui illum excitauit & mortuis, & gloriam ei dedit, ut uos fidem ac spem haberetis erga Deum.

i. Pet. iiij. Christus ipse peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, quo peccatis mortui iusticiae uiueremus.

i. Pet. iiij. Christus semel pro peccatis passus fuit, iustus pro iniustis uos adduceret Deo.

i. Ioan. i. Sanguis Iesu Christi filii Dei emundat nos ab omni peccato.

i. Ioan. iiij. Habemus aduocatum apud patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed & pro totius mundi. Remittuntur uobis peccata propter nomen eius.

i. Ioan. iiiij. Ad hoc apparuit filius Dei, ut dissoluat opera Diaboli.

i. Ioan. viij. In hoc apparuit charitas Dei, qd filium suum unigenitum dilexerimus Deum, sed quod ipse dilexerit nos: & misit filium suum pro pitiationem pro peccatis nostris.

In summa, hic est omnium apostolicarum concionum nucleus, hoc caput doctrine eorum, qd remissionem peccatorum & uitam æternam consequatur per nullum alium quam Iesum Christum, nec per ulla alia opera qd per preciosam ipsius mortem & uictoriosam resurrectionem. Ideo Petrus magna parhelia Iudeos de Christo docens, totum negocium in summam complectitur ubi dicit Act. iiij. Vos Christum crucifixistis, quem Deus suscitauit

fuscauit a mortuis. Hic est lapis ille, qui reiectus est a uobis ædificantibus, qui factus est caput anguli, nec est in alio quoquam salus. Necem a liud nomē est sub coelo datum inter hoies, in quo oporteat nos saluos fieri. Et Paulus i. Corin. xv. Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas: & sepultus est, et resurrexit tertio die, secundū scripturas. Quod si nō resurrexit superuacanea est fides uestra, adhuc estis in peccatis uestris, igitur & q̄ obdormierunt in Christo, perierunt. Si in uita hac spem in Christo tm̄ fixam habemus, maxime miserabiles oīm hoīm sumus. Nunc aut̄ Christus surrexit ex mortuis, primit̄ eorū qui dormierunt, fuit. Postq̄ em̄ per hoīem mors, etiā per hoīem resurrectione mortuorum. Quemadmodū em̄ per Adam omnes moriuntur, ita & per Christum oēs uiuificabuntur.

D. Augustinus preclarā & memorabilem uocē edidit lib. de Trin. iiiij. cap. iiij. quā ascribemus. Vna resurrectio Iesu Christi, inquit, duas nobis resurrectiones prestitit, uidelicet, spiritualē resurrectionē a peccatis, et corporalē. Nam cū nos Christus a spirituali morte peccatorū per Euangeliū excitat & corda nostra cognitione peccatorū nostrorū & gratia Dei illuminat, ignoscit nobis peccata nostra, & donat nobis S. sanctū, tū resurgimus a peccatis, iusticq; sumus corā Deo. Hęc resurrectio hic fit in hac uita per fidē in Christū, quā accipimus per uocē eius in Euangelio auditā Ioan. v. Amen amen dico uobis, ueniet hora & iā est, ut mortui audiāt uocē filij dei. Et qui audient, uiuent. Quę uerba de hac ipsa peccatorū resurrectione loquuntur, sicuti ea & ipse Augustinus interpretatur.

Altera resurrectio quā nobis Christus cōmeritus est et resurrectione sua prestitit seu parauit, est corporalis illa resurrectio, quę die nouissimo fiet, de qua Ioan. cap. v. sic ait: Veniet hora in qua oēs qui in sepulchris sunt, uocem eius (hoc est, Iesu Christi) audient, & prodibunt qui bona fecerūt ad resurrectionem uitę, qui uero mala fecerunt, ad resurrectionem iudicij.

Ex Pau. i. Thess. iiij. nam si credimus, q̄ Iesus mortuus est et resurrexit, sic er deus eos q̄ obdormierūt per Iesum, adducet cū illo. Hoc em̄ uobis dicimus in uerbo Dñi, q̄ nos q̄ uiuemus et reliqui erimus in aduentū Dñi, nequaq; p̄ueniemus eos q̄ dormiūt. Quoniam ipse Dñs cū hortatu et uoce archangeli, actuba Dei descendet de cōelo, et mortui in Christo resurget primū, deinde nos qui uiuemus, qui reliqui erimus, simul cum illis rapiemur in nubibus in occursum Domini in aéra & sic semper cum Dño erimus. Proinde consolemini uos mutuo sermonibus his, ANNA.

Sepe temptationibus de Resurrectione confector, et apud me torqueor his cogitationibus. Christus quidē resurrexit ppria uirtute & potētia, ut uerus deus. Sed q̄modo resurgenius nos miseri peccatores qui a nostris corporibus ne leuissimum quidem et minimū morbum auferre & pellere possumus. Quapropter terogo ut dicas mihi quomodo Christi resurrec-

Duplex homi
nis resurre
ctio.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

VRBANVS.

Cuius erant ea peccata quæ Christus portauit?
ANNA.

Nostra ea fuisse constat & certum est.

VRBANVS.

Quæ & qualis erat natura, quam Christus assumpsit?
ANNA.

Nostra erat ea natura. Sic enim credimus, quod ueram humanam nostram naturam induerit.

VRBANVS.

Dic igitur, cur assumpsit Christus filius Dei naturam nostram in unionem suæ diuinæ & æterne personæ? Cursuscepit in se peccata nostra.

ANNA.

Factus est uerus homo nostra cauſſa, & tulit peccata nostra ut ea in cruce, uerum pro ihs sacrificium, uera hostia, expiatet, & Deum patrem nostrum celestem reconciliaret.

VRBANVS.

Audio itaq; peccata nostra cauſſam esse mortis Christi. Quid danni attulere peccata generi humano?
ANNA.

Horribilem deuastationem & corruptionem humanæ naturæ tam corporis quam animæ, & omnium uirium eius, æternam damnationem & mortem.

VRBANVS.

Cum Christus peccata nostra morte sua expiet, proq; ihs moriatur ut ea aboleat, certum est quod iugulet & aboleat mortem quoq; que nobis imperitabat & dominabatur. Quod si mortem in nobis abolet, consecratum est certe, quod iterum uicturi simus. Etenim hæc maxima opera, uiderelicet, quod passus est, quod mortuus est, quod resurrexit, non propter se ipsum, non sua ipsius cauſſa fecit; innocens enim est & ab omni peccati macula immunis, ut pro se nihil eorum eguerit, nihil opus fuerit ea facere, sed quicquid fecit & passus est, id nostra cauſſa, ut nobis prodeſſet, fecit & passus est, suamq; uictoriā de morte nobis donauit. Optima itaq; consequentia est, cum dicitur. Christus mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostri, Ergo & nos in propria carne nostra sumus resurrecti, alioqui uirtutem & operationem passionis & resurrectionis Christi in natura nostra abnegaremus, deterioreret etiam omni pietate alieniores essemus quam Turcae & ullæ aliæ Gentes Christum non confitentes.

ANNA.

Nuncreuocas mihi in memoriam quintumdecimum caput prioris ad Corint.

Corin. quod summe & diligentissime toties mihi commendas, in quo dicitis Paulum nostrā resurrectionem & Christi sic cōiunxisse & copulasse, ut non possint diuelli ullo modo,

VRBANVS.

Optarim omnes Christianos qui interris sunt hoc quintumdecimum caput bene ac probe intellectum memoria fida tenere. Tantum in eo consolationis solidissime & suauissime est. In eo capite sic colligit & argumentatur Paulus. Christus resurrexit a mortuis, ergo & nos a mortuis resurgemus, quia propter nos, propter salutē nostram mortuus est et resurrexit. Si in morte maneremus, tum mors et resurrectio Christi nihil profuissent, nihilque in nostra mortali natura immutassent, sed essemus & maneremus in morte, sicut in terreno Adam in mortem nati sumus. Absit autem hoc. Spes nostra certa est: Quam certum est Christum a morte resurrexisse & sedere ad dextram Dei, tam certum est & nos resurrecturos, quia caput nostrū Christus est, est & Sponsus noster, est redemptor noster, est uita nostra. Proinde ubi Christus manet & est, ibi necesse est & nos manere atque esse in æternum. Non est quod metuas ne caput nostrum charissima sua membra, spirituale corpus suum, retro, post se in spiritu terrae relinquat. Audi quid Paulus Eph. v. doceat, quomodo nos Christo alliget & conglutinet. Sumus, inquit, membra corporis eius de carne & ossibus eius.

ANNA.

Benedictus sit in secula seculorum clementissimus & optimus Deus pariter celestis, pro infinita hac gratiae suæ opulentia. Hæc uerba Pauli certe nos consolarent & summe exhilararent. Nam si membra Christi sumus, et de carne eius, certe dubitandum nobis non est, quin, sicut Christus proprio corpore suo resurrexit, ita & nos per uitatem gloriosę Christi resurrectio nis resurrecti simus proprio corpore nostro in uitam æternam.

VRBANVS.

Hoc tam certum est quam certum est quod te hic uides et loquentem audis.

ANNA.

Sed haud dubie alia erit tum ratio & condicio nostrorum corporum q̄ nunc est. Nunc enim corpus edit, bibit, dormit, fatigatur. Qui comedit, concoquit, post cōcoctum & digestum cibum iterum esurit, & nisi cibum & potum sumperferit, necesse est ut contabescat & pereat. Nec tam cibus & potus hic perpetuo eius uitam sustentare potest. Nam mox ubi ingrauescit aetas, ubi morbis conflictamur, ac uenriculus naturales calores & uires suas amittit, tuncque cibi necque potus quicquid iuuat, nec uitā hoīs ulterius cōseruare et progare possunt, sed amitto calore et uitibus naturalibus homo expirat. Necesse est itaque mirificū cibū in futura uita esse, unde eternum uiuimus, longeque alia esse conditionē et statū corporū nostrorū, et multo meliorem et præstantiore, multo beatiorē quam ulla mēscogitare aut quisque optare possit.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.
VRBANVS.

Hoc nos Paulus docuit luculenter, perspicue, & clare, Philip. iiiij. ubi sic ait: Christus in nouissimo die transfigurabit corpus nostrum humile, ut conforme reddat corporis suo gloriose, secundum efficaciam qua potest etiam subiungere sibi omnia.

Hoc loco & i. Corin. xv. docet corpora nostra in resurrectione futura esse pura, clara, lucida, instar stellarum Firmamenti, & Solis ac Lunæ. Inter alia dicit, quod corpus nostrum per mortem corporalem seminetur in terra, uti granum, in corruptione, & resurgat in incorruptibilitate, seminetur in ignominia & resurgat in gloria, seminetur in infirmitate & resurgat in potentia, seminetur corpus animale & resurgat corpus spirituale. Hoc est. Corpus nostrum in hac uita est naturale corpus, quod si sustentari debet, necesse est ut edat, bibat, dormiat, concoquat, excernat: Idemque corpus delassatur & tandem corruptitur & contabescit. Ideoque statim ubi anima e corpore euolauit, cadauer olere & computrescere incipit, ita ut scilicet rem eius nemo ferre possit. Hæc est ignominia quæ propter peccatum in corpus translata est. Verum nouissimo die Deus in tantam pulchritudinem, in tantam claritudinem transfigurabit corpus nostrum, ut solis etiam splendorem equaturum, & semper firmissimum, ualidissimum, & immortale futurum sit, & Deus ipse circa cibos corporales in æternum id conseruabit. Ac propterea dicit Paulus, quasi digito suum corpus significans: Hoc corruptibile, id est, illud ipsum corpus mortale in quo nunc sto, (e) deo, ambulo & loquor, illud ipsum, inquam, corpus oportet induere in corruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fieri sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in uitam, &c.

ANNA.

Audiui nunc fructum passionis et resurrectionis Christi, qui nimis mirum hic est. Quod Sathan in Adamo & natura nostra per peccatum corruptit & perdidit, hoc Christus per mortem & resurrectionem suam recuperavit & restituit, hoc est, peccatum aboleuit, mortem iugulauit, uitam redidit, ut nos qui in Christū credimus a peccatis liberati, e tyrannie mortis & Diaboli redempti, hæredes æternæ uitæ essemus. Nunc expone quale sit regnum, regnum Christi, quod tam magnificis uerbis nobis in Lege, prophetis & Evangelistis promissum & descriptum est.

VRBANVS.

Regnum Christi in prophetis promissum, spirituale regnum est in hac uita, sed non de hoc mundo, Regnum est æterne benedictionis, misericordiae, ueritatis, iusticiæ, pacis, uitæ, sapientiæ, lucis, gaudij, ueræ securitatis, libertatis & æternæ salutis, in quo rex gloriæ Christus in cœlum subiunctus &

latus & ad dexteram Dei exaltatus, regnat per Euangelium & Spiritum sanctū in fide, gubernans & defendens in se credētes inuisibiliter, inter maximos & atrocissimos hostes, Sathanam, hæreticos, mundum, persecutores Ecclesiæ, peccatum & mortem. Intercedit etiam pro nobis in cœlis apud patrem, condonat nobis peccata nostra, mittit Spiritū suum sanctū in corda nostra, corruptam, & uastatam naturam restaurat et renouat, pulcherrimam illam imaginem Dei, quæ per peccatum obliterated & amissa erat, reformat, sanctificat nos, curat, defendit et tuetur nos in omnibus misericordiis ac periculis. Et ita congregat in hac uita semper usq; ad diem nouissimum filios Dei per totum mundum sparsos, in regnum suum, quod regnum est uera Catholica Ecclesia piorum, & uincit in Ihs peccatum, mortem & mundum principem, & præparat eos hoc modo ad magnum & gloriosum illumini plenæ & perfectæ illius redēptionis. Et quanquā pīj corpore mortuantur, tamen omnes in nouissimo die resuscitabit & in eternū apud Christum uiuent in uita aeterna. Ante nouissimum uero diem semper mali & boni, pīj & impīj una & mixtim habitabunt. Et impīj summā pietatis et sanctimonī specie aucupabuntur & pro pījs haberi uolunt, quin primas in mundo etiam tenebunt & ad gubernacula sedebunt, Ecclesiæ capita sese iactabunt, (ut temporis Christi Annas & Caiaphas Synagogam regenter) & uere pios exterminabunt, anathematibus diris percutient, extremē persequentur. Vera enim Ecclesia sic mundo est abscondita, ut aliquando in magnis temptationibus, lib̄n̄pīj etiam sit ad tempus abscondita.

ANNA.

Quid igitur sibi uolunt miserum illud Anabaptistarum uulgus? quæ eos tantæ intemperiae agitant, quod hic in mundo puram, illibatam, incōtaminatam & omni macula expertem Ecclesiam, in qua nullus sit peccator congregare conantur: cum uere pīj etiam, in multis offendant et labantur, maior pars eorum qui uocantur Christiani, sunt puri puti hypocritæ & profligatissimæ malitiæ nebulones.

VRBANVS.

Non intelligunt miseri homines Scripturas, ac proinde nesciunt quid & quæ sit uera Ecclesia, & qualis sit, quæ eius condicio sit in hoc mundo. Solus Christus paleas, hoc est, impios, a tritico bono, hoc est, a Christifi delibus die nouissimo segregabit. Interea temporis pīj inter impios habitare & uersari coguntur in mundo, nec hinc quicquam pīj incommodi aut detrimenti accedet, modo non discant & ipsi impie & perdite uiuere, ad exemplum mundi. Possunt etiā pīj publica officia obire, & politicas functiones munia exercere, quæ Magistratus politicus ordinat, in quibus non cogantur nec iubeantur facere quippiam contra Dei mandata & uerbum. Modo sacrosanctam saluifici Euangeliū doctrinam retinere & conseruare & ad eius prescriptum uitam suam instituere possint, quantum

DE CONC. CHR I. AD DISC: EM AVM EVNT.

attinet ad corpus & bona temporalia , salua conscientia omnibus humanis
& politicis ordinationibus & contractibus, quae ad conseruandā societātem & uitam hanc instituta sunt, uti possunt ac debent.

ANNA.

Cum Christi regnū descripsis, depinge paucis & Sathanæ regnum,
VRBANVS.

Sathanæ Regnum. Sathanæ regnum e diametro pugnat cum Christi regno, plane contrarium Christi regno, estq; regnum æternæ maledictionis, mendacij, peccati, mortis, ignorantie, cœcitatis, tenebrarum, perpetuae tristiciæ, afflictionis & anxietatis, æternæ captiuitatis & damnationis. Hocq; regnum damnationis est in hoc mundo. In hoc regno sunt omnes impij, qui nolunt Evangelio credere & obedire. In his ait, Paulus Eph. ij. operatur et efficax est spiritus ille malus, qui hinc etiam princeps mundi Ioan. xiiij. & Deus mundi huius appellatur. Hic Spiritus incredulorum sensus occitat, ne uiuant clarissimum illud lumen Euangelij de claritate Christi, qui est imago, & character Dei. ij. Corin. iiij.

ANNA.

Quomodo regnat Sathan in hoc mundo?

VRBANVS.

Est fortis ille in atrio, de quo Luc. xi. impiosq; in manu & in ere suo habet, eosq; pro arbitrio & libidine sua agit quo uult, ij. Tim. ij. Exècat eos & efficacibus mendacij, erroribus & tenebris uictos tenet, mentes eorum dementat, in omnia flagicia, in omnes foeditates & turpitudines eos conjicit, ad quoduis sceluseos instigat & accedit. Pjus etiam aduersatur & reficit in omnibus sanctis operibus. Excitat falsos doctores, seducit multos in horrendos errores. Vbiq; molitur & machinatur seditiones, cedes, bella, rixas, simultates, inimicitias, odia, nunquam somno indulget, semper uigilat: hoc infatigabili studio & conatu solum agit, ut humano generi noceat, ut calamitatem aliquam & exicum corporibus, animabus, famæ & fortunis eorum adferat. Atrocissimas in pios persecutio[n]es & acerbitas odiaq; uirulentissima excitat. Breuiter. Quicquid est in terris mali, calamitatum, scelerum, flagiorum, ac maleficiorum, id ab hoc autore proficitur. In summa impedit & obstat omnibus uiribus diu noctuq; pedibus & manibus ne regni Christi limites extendantur & propagantur. Sed omnes illius conatus, & studia, erunt irrita. Nos enim contra hunc habemus Angelos, spiritus illos bonos, qui resistunt & reluctantur Sathan. Habemus & Christum qui murus est igneus & aheneus in circuitu cœdientium, ne ulla iniuria aut calamitate a malis Spiritibus affiantur, ut in tuto & extra omne periculum esse possint. Horribilis hostis est Sathan, actans profecto, ut, nisi per sanctos Angelos suos Deus consilia illius impediret & frangeret, nisi contrariebat & resisteret illius conatibus, nulla esset domus

DIALOGVS VRBAN. RHEG.

effet domus in orbe toto in qua non quotidie calamitatem, flagicium, cædem, tumultus, luctus, turbas atq; omne genus mali excitaret, imo protinus totum mundum uastaret, turbaret, dissiparet, euerteret, & in unum chaos præcipitaret. Iuratus, irreconciliabilis, capitalis & sempiternus omnium piorum hostis est, ἀποδημ bellum usq; ad diem nouissimum cū prijs gerit. Gratiae itaq; tibi quotidie mane & uesperi sunt agendæ Deo, quod pro paternia sua in nos pietate, ab hostibus istis tam crudelibus, tam horrendis tam infestis, tam potentibus, tam noxijs nos tam mirabiliter tam potenter & gloriose defendit & custodit.

AMNA.

Faciam id equidē libenter & sedulo uti par est: Certe gratos nos esse decet Domino deo & patri nostro, q; tam paterne de nobis sollicitus, tam diligenter nostri curam agit, & in tantis periculis ab omnibus malis tuetur. Nam sæpe nunc experti sumus quam nobis insidientur Spiritus illi malefici, quantis molimini bus damna, exicum, internacionem, nobis machinati sint, sed Deus palam eorum conatus fregit & frustratus est. Nunc rogo te ut prophetias de mysterijs fidei nostræ, quarum tractatio nunc in manibus est, uidelicet, de morte, resurrectione & regno Christi recenseas & ex planes.

VRBANVS.

Primum testimonia ex Psalmis producam, ut paulo ante coepi. Inter omnes enim prophetas Dauid corona est, utquitam clare, tam sepe, tam per spicue de Christo, qui e familia seu tribu ipsius secundum humanitatem nasci debuit, deinceps omnibus operibus & mysterijs Christi uaticinatus sit. Supradicti audisti quomodo descriptum sit Regnum Christi e secundo Psalmo, ubi Deus pater filium suum non tantum constituit in Regem Iudeorum sed & Gentium per totum mundum ut sint hæreditas Christi. Vnde sequitur Christum, quamvis ut uerus homo de semine Dauid moriebatur, non posse tamen manere in morte. Nam iuxta institutionem et ordinatem patris totius mundi Regem eum fieri oportuit: id quod non corporali & terreno modo fieri potuit, sicuti Iudei somniabant, Messiam in terris portentis & corporale regnum in mundo auspicaturum. Aliam rationem & conditionem Regni Christi esse oportuit quam regna sunt huius caducæ & periturae uitæ. Regnum Christi æternum regnum futurum erat, & qui in eo regno est is sempiternam iusticiam, pacem, securitatem, uitam, felicitatem, & salutem habiturus est. Ideoque hoc epiphonemate Psalmum claudit: Beati omnes qui confidunt in Domino. Nec loquitur de temporali beatitudine in hoc mundo, quia rex ipse & principes ipsius præcipui & charissimi Prophetæ & Apostolinon abundarunt in hac uita commoditatibus huius uitæ & uoluptatibus corporis, sed miserrime afflitti & grauissimis semper periculis multisque calamitatibus semper expositi fuere.

Christi
Regnum

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Psal. iij. Cubo, dormio & euigilo, quia Dominus sustentat me.

Hanc prophetiam uetus Ecclesia ante mille annos de uera morte & resurrectione Christi intellexit, ut ex Arnobio uidere est.

Psalm. xiiij. VTINAM DARETVR EX ZION SALVS
Israel & Dominus solueret captiuitatem populi sui. Tunc exultabit Iacob
lætabitur Israel.

Hic David in Spiritu Messiam pio & ardentí uoto optat qui solus in
Scripturis uerus liberator & redemptor uocatur, cū per eum Iudei & gen-
tes ex omnibus malis & periculis liberentur, ut per eum & in eo sempiter-
nis gaudijs fruantur. Hæc uerba & D. Augustinus de Christo accipit.

REGVLA

Ac certissima tibi hæc regula erit in diuinis literis: Cum unicus tantum libe-
rator a Deo sit hominibus datus, per quem iusti & salui siant, quod in ijs
locis de Christo scribatur, & quod Christus in omnibus ijs locis sive &
propre & certo significetur & subintelligatur, ubi salutis, aut saluatoris,
aut liberatoris aut redemptoris fit mentio, siue id fiat in typis sive apertis
& expressis uerbis. Nam cum Israel & Iacob, hoc est, Catholica Ecclesia
Iudæis & Gentibus congregata in Christo lætari & exultare debeant, ne-
cessè est ut securi & in pace uiuant. Id autem fieri non potest, nisi conscienc-
iæ consulatur, nisi peccata auferantur & mors aboleatur. Hæc itaque uerba
eum sensum nobis reddunt, & hoc nos non obscure docent quod libera-
tor ex Sion, uel, ut Thargū habet, liberatio sive redemptio, quæ Christus
ipse est, omnia illa sit ablaturus & abolitus quæ pios contristant & affli-
gunt, ueluti sunt tribulatio, peccatum, mala conscientia, persecutio, omnis
generis anxietates & mors &c. Necesse est enim ut captiuam ducat capti-
uitatem, hoc est, ut Sathanam, qui nos captos habet, uincat, nosque ex illius
tyrannide eripiat.

Psalm. xvi. ait Christus: Caro mea requiescat secure. Quoniam non
derelinques animam meam in inferno, nec permittes ut sanctus tuus cor-
rumpatur. Notam mihi facis uiam uitæ, coram te est abundantia læticiae,
& ad dexteram tuam iucunditates in æternum.

Non possunt esse nobis certiores nec meliores Prophetarum interpre-
tes quam Apostoli & Euangelistæ. Exposuerunt autem hanc prophetiam
Petrus Act. ij. & Paulus Act. xij. de Christo Iesu, quod futurum esset ut
moreretur quidem & sepeliretur, sed nō computresceret & corrumpere ut
ut in nostra peccatis obnoxia caro, nec benedicta & diuina eius anima in in-
ferno maneret, sed iterum cum corpore uniretur, & a morte resurgeret, &
ueram æternamque uitam ad dexteram Dei sedens nobis quoque donaret.
Primitias illum esse oportuit inter eos qui obdormierunt i. Corin. xv. qui
gloriola sua resurrectione uiam nobis ad ueram uitam aperiret, & adiū-
expeditum faceret, quæ uia & nobis eunda esset. Hoc autem Petrus, Ioan-
nes & alij Apostoli ante resurrectionem Christi non intelligebant eti-
idsæpeniu-

id saepenumero audierant, Ioannis xx.) donec Dominum iterum uiuen-
tem conspicerent. Quapropter mirum non est Cleopha & comite eius
hoc non intellexisse.

Psal. xxx. Domine Deus meus, cum clamarem ad te, sanasti me. Do-
mitte animam meam ex inferno eduxisti, uiuum me seruasti alijs descen-
dentibus in infernum.

Hanc quoque prophetiam Arnobius & Augustinus de morte & resurre-
ctione Christi intelligunt.

Psal. xl ix. Dominus redimet animam meam ex manu inferni, quia
suscepit me. Et hæc uerba de morte, & de descensu ad inferos, deçrep resurrectione
Christi intelligit Ecclesia.

Psal. lxxi. Tu facis me experiri tribulationes multas & graues, & rur-
sum uiuificas me, & de abyssis terræ reducis me.

Hæc quoque Arnobius de morte Christi, de descensu ad inferos, & de
resurrectione eius exposuit.

Psal. lxxxvi. dicit Christus ad Deum patrem. Eruisti animam meam
ex profundo inferno.

Hoc D. Augustinus de descensu Christi ad inferos & resurrectione
eius, & indubie cum Augustino tota sic Ecclesia Aphricana intellexit.

Psalmus xxiij. Iuculentius apertiusque quam ullus alius Psalmus descri-
bit passionem, resurrectionem, & sempiternum regnum Christi. Suntque

eadem ipsa uerba quibus Christus postea in summo agone & extrema ne-
cessitate in cruce Deum patrē implorauit. Docet & idem Psalmus quomo-
do passus sit Christus, & fructum passionis & resurrectionis eius indicat.

DEVS DEVS MEVS QVARE ME DERELIQVISTI.
Omnes qui me uident derident me, ringuntur & iactant caput. Conque-
ratur Domino, is etipiat eum, saluet eum si diligit eum. Perfoderūt manus

meas & pedes meos, numerarem omnia ossa mea. Ipsi uero respicientes in-
tuentur me. Diuidunt sibi uestimenta mea, & de tunica mea sortiuntur.

Vide quam exacte, quam certo, quam diserte, Spiritus sanctus passio-
nem Christi ante prædixerit, utens ipsisdem plane uerbis, quibus Iudei Chri-
sto in cruce pendenti illudentes usi sunt. Et Euangelistæ in passionis hi-
storia hæc omnia accidisse testantur quæ hic prædicta sunt. Hosque uetus

citant, ut hanc passionem Christi, ex bona Dei patris & filij uoluntate acci-
diffe probent, cum Spiritus sanctus tot ante temporibus uaticinatus sit ea

Christo euentura.

Sed hoc etiam prædixit Spiritus sanctus, quod Christus per hanc pas-
sionem suam ingressurus esset in gloriam suam, & omnium rerum Do-
minus futurus, uti audisti in viij. Psal. In hoc autem Psalmo xxij. sic dicit.

Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ glorificabo te.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Audim⁹: Passio quidē præcedet, sed non manebit in passione & morte, uerum tum demum magnifice nomen patris annunciat & deprecabit, & per totum mundum innotescet & inclarescet. Et ex hac glorioſa & magnifica prædicatiōe de Deo (q̄ proprio filio non pepercit sed pronobis eum in mortem dederit, ut sempiterne uitæ beatitudine per hoceius be neficium potiremur) omnis felicitas & benedictio mundo obueniet.

Sic enim sequitur in Psalmo. Edent afflicti ut saturentur, & glorificabunt Dominum qui requirunt eum. Vbi uiet cor uestrum in æternum.

Edere & saturari

Hoc edere & hoc saturari spirituale est, cum miseri peccatores uerum panem coelestem edunt, hoc est, cum Euangelium de humanitate, patiōe, & resurrectione Christi audiunt & fide in corde seruant, tum per id ad uitam æternam cibantur, iuxta illud Christi Ioannis vi. Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendī. Qui de pane hoc ederit uiuet in æternum. Nec ulla alia re conscientia saturari, hoc est, tranquillari potest, ne anxietat q̄ crucietur, quam solo Christo, fide apprehenso. Sequitur.

IN RECORDATIONEM VENIANT VNIVERSI Fines Terræ, Ut cōuertantur ad DOMINVM, & adorent corā eo omnes cognationes Gentium. Quoniam DOMINI est regnum, & ipse dominatur inter Gentes.

Regnum Christi Ecclesia catholica.

Ephesi, 2

Hoc est, per præconium & doctrinam Euangeliū, homines commoneantur tantorum beneficiorum Dei, excitantur ut agnoscant, adorent, confitentur, glorificant, & inuocent Dominum, qui Dominus constitutus est a Deo patre ut sit Caput super omnia, eiusq; est regnum inter Gentes, p̄tius mundi. Hic habes regnum Christi sanctam catholicam Ecclesiam pertinens orbem sparsam. Vbicq; super omnia Christus erit Dominus, ubi ante spiritus ille malus per mendacia sua dominatus, gentes in omni generis foedissimos errores & idololatriam seduxit, ut essent, ueluti Paulus ait capite ij. sine Christo, sine Dei uerbo, spem non habentes & Deo carentes in mundo. Sequitur.

HABEBIT SEMEN QVOD SERVIET EI, DE DOMINO PRAEDICABITVR DE generatione in generationem.

Si Christus semen, hoc est, spirituales filios per Euangelium natos ex Iudeis & gentibus habiturus est, ergo nō potest a morte uinci, aut in morte manere, alioqui quomodo posset gentes in fide catholica cōgregare & regenerare? quomodo posset tantum regnum auspicari, quod mundum sed totum impleret, cuius limites non in unam aliquam orbis particulam sed per totum hunc uastissimum orbem extenderentur, quodq; nullum unq; finem haberet, sed in æternum duraret? Nam qui credit in Christum, is certe sempiterne uitæ felicitatis consors est futurus. Vbi itaq; prophetæ regnum Christi describunt, q̄ æternam pacem, salutem, & felicitatem habeat, ibi semper significatur & re ipsa indicat mors & resurrectio Christi &

si & Christianorum. Quippe si æternum regnum inchoaturus & habi-
turus esset, necesse fuit ut temporalem et mortalem hanc uitam per mortem
relinqueret, & in æternā & immortalem uitam proficisceretur, ac proinde
a morte nō detineretur. Necesse etiam fuit ut populum aliquem haberet,
quius Dominus & rex esset, quem gubernaret ac regeret. Nec is popu-
lus eius ideo in morte manere potest, sed cum rege suo æterno in æternum
regnabit. Commendo tibi hunc Psalmum diligentissime, quia facile unus
est & præcipuus e maxime consolatorijs Psalmis.

Psalmo Ixix item Propheta mirum in modum aperte & perspicue ua-
ticinatur de Christi passione, & fructu passionis eius. Sic autem loquitur
in persona Christi. ODERVNT ME SINE CAVSSA, EX-
OLVENDVM MIHI EST QVOD NON RAPVI. OP-
PROBRIA OPPROBRANTium TIBI CADVNT SVPER
me. Dant mihi fel ad edendum & acetum ad bibendum, quando sitio.

Hic describitur usus passionis Christi, cur pati uoluerit, uidelicet, ut no-
stra debita exolueret & peccata nostra in cruce portaret. Erat præs et uas no-
ster, cum nos præstare & soluere non possemus ea que debebamus, dissol-
uit ille omnia nostra debita. Si nobis debita nostra exoluenda, hoc est, si
nobis ipsis peccata serenda fuissent, profecto in barathrum usq; inferni nos
detrusos in æternam mortem demersissent. Audis & hic quomodo Chri-
stum crucigentes tractaturi essent, quod Christo ad accelerandam mortē
uel ad dolores & cruciatus conduplicandos daturi essent fel & acetum, Id-
que sic factum esse ex historia Euangelica pater, apud Matthæum xxvij.
Marcum xv. Lucam xxij. Ioannem xix.

Psalms. xli. uaticinatur David quomodo Iudas Christum esset proditu-
rus, dicens: Amicus meus, cui me fidebā, q; panē meū edit, supplantat me.
Ioan. xij. citatur hoc uaticinium ubi de proditione Iude agitur. In eo-
dem hoc Psalmo statim post hæc uerba Christus a patre suo cœlesti petit
resurrectionem & ascensionem in cœlos, ut a morte resuscitatus ad dexte-
ram Dei patris exaltetur dicens: Tu autem Domine miserere mei & resti-
tue me, & retribuam illis. Statuis me in conspectu tuo in æternum.

Psalmo xl. uaticinatur David de abolendis & abrogandis sacrificijs Iu-
daicis, dec̄p uero Sacrificio Christi, quo nos reconciliauit, & quod solus
omnem uoluntatem patris & legem perfecte impletit. Verba prophetæ
sunt: Sacrificium & oblatio non placent tibi, sed
suis persona Christi hec sunt: Sacrificium pro pec-
cato. Tunc dixi (ego Christus) Ecce uenio, in libro uite (hoc est, in Mo-
se & prophetis) scriptum est de me. Tuam uoluntatem Deus meus sponte
facio, & legem tuam habeo in corde meo. predicabo iusticiam tuam in Ec-
clesia magna.

Hinc rogat patrem ne ab ipso in afflictione & cruce deseratur dicens:

DE CONC. CHRI · AD DISC. EMAVM E VNT.

Tu Domine ne prohibeas miserationes tuas a me, misericordia tua & ueritastua semper conseruent me. Quoniam circundederunt me mala innumerabilia.

Paulo post uocat nostra peccata sua peccata, non quod ipse peccarit, sed quod peccata nostra in se suscepserat, ut ea expiaret & dependeret, ac si essent ipsius propria. Hæc profecto inexhausta & infinita misericordia & bonitas est. Verba eius hæc sunt: Apprehenderunt me peccata mea ut nō uideam, superarunt numero capillos capitis mei, & cor meum dereliquerunt me. Placeat tibi Domine ut eruas me. Festina Domine ut me adiuves &c.

Psalmus cxvij. extat pulcherrimum & insigne uaticinium de Christo, quomodo eum Iudei essent reiecturi, maxime n̄ qui doctissimi & sanctissimi inter eos uideri uolebant, Pharisei & Scribæ, sed quod nihilo secus ad dignitatis summæ fastigium prouehendus, quodq; tum Iudeos uera Gentes in unum spirituale catholicæ Ecclesiæ ædificium congregaturus esset. Vaticinij uerba hæc sunt. Lapidem reprobauerunt ædificantes & factus est in caput anguli. A Domino factum est istud, & id mirabile est in oculis nostris. Hic est dies quem fecit Dominus: exultabimus & letabimur in eo.

Hanc prophetiam Apostoli & Euangelistæ diligenter explicant & multis in locis de Christo citant, ut Petrus Act. iiiij. i. Petri ij. Math. xxii. Paulus Eph. ij. quod Christus solus sit Petra et lapis ille angularis, cui per fidem in ædificati aduersus omnia mala ingruētia, aduersus omnes procelias atq; etiam horridissimas tempestates consistere possumus.

Iudei putabant, ob signato monumento, Christum prorsus extinxisse, quod & duo illi discipuli Emaum eentes suspicabantur, sed Petrus Act. ij. longe aliter sentit & prædicat ea dere, ubi scicait: Certo sciat ergo tota domus Israel, quod Dominum & Christum fecerit Deus, hunc iesum quem uos crucifixistis.

Et Act. v. ait ad impios hos ædificatores & seu architectos: Deus patrum nostrorum suscitauit Iesum, quem uos interemistis suspendentes in ligno. Hunc principem & seruatorem Deus exaltauit dextera sua &c.

Sed nunc audies quam insignia & præclara uaticinetur Dauid degloribus populi, & pones me in caput Gentium: populus quem non cognovui, seruiet mihi.

Hoc citra ullam controversiam Spiritus Dei præcipue de Christo locutus est, cui proprius eius populus contradixit, cum nollent eum esse suum regem, ideoq; reiiciuntur, & Christus sit caput & rex omnium gentium per totum mundum. Id factum est post resurrectionem & ascensionem eius in coelos, cum per Euangeliū per totum mundum promulgatus & annunciatus in claruit & in regem susceptus est.

Psalmus

Psalm xxi. canit David de æterno & spirituali regno Christi, deçp magnifica & immensa eius gloria, de hostibus Christi, quam misere sint peri turi: Domine in fortitudine tua gaudebit rex: & in salute tua exultabit quam uehementer. Desiderium cordis eius dedisti ei, & prolationem la biorū eius non negasti (ei) Sæla. Quoniam præuenies eum benedictio nibus bonitatis, pones in capite eius coronam auri puri. Vitam petiit a te, & dedisti ei, longitudinem dierum in seculum & in perpetuum. Magna gloria eius in salute tua: gloriam & magnificentiam pones super eum. Quoniam pones eum (ut affluat) benedictionibus in perpetuum, letifica bis eum in lætitia cum uultu tuo. Quia rex sperat in Domino, & in pietate aliquid non mutabit. Inueniet manus tua omnes inimicos tuos, & dextera tua inueniet te odio habentes. Pones eos ut clibanum ignis in tempore iræ tuæ: Dominus in ira sua deuorabit eos, & absumeret eos ignis.

Hic iterum audimus, quod Christus post humiliationem & submissio nem suam ad infima, super omnia ut uerus rex æternæ benedictionis & omnium bonorum exaltandus fuerit, quodçp ipsius & Ecclesiæ hostes ad internitionem usq; perituri essent. Mirum itaque quod duo illi discipuli ob passionem Christi tantopere offensi sunt.

ANNA.

Mirum profecto quod prophetas suos non intellexerint. Certe cum Iudei nati fuerint, omnia illis meditatissima & explorata esse debuissent. Sed fortassis culpa & desidia incuriaç Ecclesiasticae potestatis seu sacerdotum fuit, quod tam exiguum & pertenuem de Messia deçp regno eius cognitionē habuere. Audire enim me ex te memini qd tum cū Christus in Synagogam uenisset, Scribæ & Pharisæi, postpositis Biblijs, humanae doctrinas & traditiones docuerint & inculcarint. Quid igitur miri, si rudes & simplices homines idiotenihil sacrorum tenent, cum illi qui principes Ecclesiæ se iactabant, occæcati nihil sacrarum rerum intelligerent.

VRBANVS.

Sic seres habet uti dicis. Nam Matth. xv. uides quomodo duces illi cæci illi temporibus posthabitis & neglectis Dei mandatis traditiones, doctrinas & præcepta hominum longe diuinis prætulerint. Sathan semper habet falsos suos prophetas in populo Dei, suac mendacia spargit & serit ubique.

ANNA.

Seruet nos Deus pater & hostis istius consilia & molitiones frangat. Nunc perge in recitandis uaticinijs ex Psalmis petitis.

VRBANVS.

Psalm xxiij. quoque uaticinatur David de Christo, quod potentissimus & invictissimus rex per totum mundum futurus sit, iubetq; ut omnis gloria seu potentia humana huic ter maximo Regi gloriæ fores ac portas

DE CONC. CHR I. AD DISC. EM AV M EVNT.

aperiant, & ubiqz de uia cedant, ut eundi liberum & patentem campum habeat. Esse enim eum Deum cuncti potentem, fortissimum & potentissimum illum Dominum, forte in prælio. Verba prophetæ hæc sunt. Leuate portæ capita uestra, & eleuamini fores perpetuae, & ingredietur rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus fortis bellator. Leuate capita uestra, & eleuamini fores perpetuae, & introibit rex gloriæ. Quis est ister rex gloriæ? Dominus exercituum, ipse est rex gloriæ. Sæla.

Christi regnum quale Psalmo xxix. Dominus manet Rex in æternum: Dominus dabit fortitudinem populo suo: Dominus benedicet populo suo in pace.

Hic Dñs, eternum regnaturus, Iesus Christus nec alius ullus est, cuius solius regnum sempiternum est. Esaiæ ix. Nec est terrenum regnum, in quo Israel secundū carnem in terra Canaan regnet, uti Iudeorē vulgus somiat, sed eternū regnum. Non em̄ dicit hic David, q̄ Domini; populo suo sic daturus urbes, agros, fundos, prata, uineas, opes, ac diuitias, sed dicit uirtutem, seu fortitudinem & robur, nimirum uirtutem Spiritus sancti, qui Spiritus uirtutis & fortitudinis est. Dicit quod & benedicturus sit suos in pace. Et benedicit eos sane uera illa & æterna pace & omnibus spiritualibus donis ditat & auget. De hoc eodē regno Christi spirituali & æterno uaticinatur etiam Psalmus lxxij, pulcherrime & graphice depingens qualem regnum id sit futurum, uidelicet, regnum iusticiæ, in quo uera sit non simulata & ficta iusticia, in quo nulla sit hypocrisis. Item quod sit futurum regnum ueræ pacis, in quo nihil contra ius & fas committitur, nulli si in iuria, sed æquissimo iure, & summa æquabilitate atqz ^{adirete} omniges, runtur & administrantur, summa in eo pax, tranquillitas, humanitas, & æquitas regnant, pauperes, afflicti, oppressi, contempti & uiles in hoc regno uel maxime opem, consilium & solatia præsentissima inueniunt. Item quod id regnum in quo uera uita est, tam uastum sit, ut non Iudaice terre sed totius mundi finibus terminetur. Sic enim canit Salomon,

DEVS IVDICIA TVA REGI DA, ET IVSTICIAM tuam filio regis. Iudicabit populum tuum in iusticia & pauperes tuos in iudicio. Iudicabit miseros qui sunt in populo, & saluabit filios in opum, & conteret calumniatorem. Floredit in diebus eius iustus, & multa erit pax, donec desierit luna. Et dom inabitur a mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad terminos terræ. Coram illo procubent solitudinarij, & inimici eius (humiliati) puluerem lingent. Reges Tharsis & insularum munera redent, Reges Scheba & Seba dona adducent. Et procident coram illo omnes Reges, omnes Gentes seruient ei. Nam liberabit pauperem uociferans, & animas pauperum saluabit. A fraude & iniuria redimet animā eorum, & preciosus erit sanguis eorum in oculis eius. Viuet (pauper & rex) dabit ei de auro

ei de auro Seba & orabit pro eo semper, per singulos dies benedicet ei. Erit nomen eius in seculum, coram sole propagabitur nomen eius, benedictus in eo cunctae Gentes, & beatum eum predicabunt.

Vt hec propheta impleretur, necesse fuit eum a morte resurgere, quo maximum & amplissimum hoc suum regnum inchoaret, propagaret, stabiliret et conseruaret in æterna usque secula.

Item psalmo quadragesimoquinto describit Spiritus sanctus Christū et regnum eius mira uerborum magnificentia, ibique Christum uocat uerum Deum, quod testimonium & Paulus Hebreorū primo citat. Thronus tuus Deus in seculum seculi, uirga rectitudinis, uirga regni tui. Dixisti iusticiam & odisti iniuriam, propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis ultra confortes ruos,

Perlege totum eum psalmum. Nam egregie Christum & regnum eius spirituale describit, quod in eo regno Christi peccatum, mors & Sathan, & omnia ea quæ pios affligunt & angunt, superata & abolita sint, inquit eo cum locum uita æterna substituta.

Item psalmo xlviij. Spiritus sanctus ascensionem Christi in cœlos, glorificationem & regnum eius amplissimum, uerbis suauissimis & lectu iucundissimis describit, sic canens: OMNES POPVLI PLAVDITE MANV, IVBILATE DEO IN uoce CANTICI. Quoniam DOMINVS excelsus & terribilis, REX MAGNVS SVPER omnem TERRAM. Ascendit Deus cum iubilo, Dominus cum uoce tubæ. PRALLITE DEO, psallite, psallite regi nostro psallite. Quoniam REX uniuersæ terræ DEVS, psallite prudenter. REGNAT Deus super Gentes, Deus sedet super solium sanctitatis suæ.

In hoc psalmo omnes gentes totius mundi excitantur & admonentur ut uerum Deum laudent & predicent, qui in Christo nunc per totum mundum regnat. Si igitur haec omnia impleri debuerunt per totum mundum, fieri non potuit ut Christus in morte maneret, maxime cum is ipse exaltari, in summum fastigium euichi & collocari debuerit.

Item psalmo sexagesimoctavo canit propheta David de prælio & uitoria Christi, quō mortem & Sathanam uicerit, omnesque tyrannide aboli captos, maxima & diuina potentia liberarit, inquit cœlos ascenderit, quem psalmum & Paulus Ephesiorū quarto citat: Ascendisti (inquit) in altum, CAPTIVAM duxisti captiuitatem. D. Augustinus hic per captiuam captiuitatem intelligit uel ipsam mortem, quæ omnes Adæ filios, utpote peccatores, captiuos tenebat, & potenter ihs dominabatur: uel ipsos Christifideles, qui sub iugo & tyrannide Satanæ uicti & capti fuerunt, sed per Christi mortem & resurrectionem liberati & redempti sunt. Psalmo, xcij. Dñs regnauit & uestiuit se magnificentia: induitus est

DE CONC. CHR I. AD DISC. EM AVM EVNT.

domini fortitudine & accinxit se: etiam orbis sic firmatus est, ut morari non possit. Paratum est solium tuum a tempore (mundi) a seculo tu es. Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt domine uocē suam: extollūt flumina illisionem suam supra uoces aquarum multarum (& supra) ue hementes illisiones fluctuum maris, est dominus, magnificus in excello: Testimonia tua probata sunt ualde: domum tuam ornat sanctitas, domi ne in longitudine dierum.

In hoc Psalmo uaticinatur Deus Spiritus sanctus de regno Christi, q id Christus rex glorie mirabiliter & potenter conseruet, atq; ita stabiliet ut concidere & euerti nunquam possit, quantumuis immanibus & impetu sis procellis mare huius mundi id impetat & contra id saeuiat eruereq; funditus conetur. Iudæi die parascues hunc regem extinguere summe conati sunt. Nunc, postquam resurrexit a mortuis, opponunt se illi & regno illi us, Iudæi, gentes, Turcae, heretici Pseudochristiani, mundus & Satan, uanissima & impudentissima mendacia contra illum singetes, ubiq; insidias & dolos struentes, cedibus omnia opplentes, nihil non tentantes, omnes uires omnes artes suas explicates. sed multa mouentes promouebunt nihil, omnia consilia eorum erunt irrita, omnes uires & conatus eorum frustraneus erit. Quippe semel mortuus est nec moritur amplius, est que ad dextram Dei supra omnes coelos collocatus, est aeternus & omnipotens Deus, cuius thronus tam solido fundamento ac basi nititur ac firmatur, ut loco moueriat subuerti nequeat. Ipsæ etiam inferorum porte Ecclesiam expugnare non possunt, cum nitatur hoc Capite Christo, Regi coelorum tanto, qui est petra firmissima & immobilis. qui ceciderit super lapidem hunc confringetur, super quem uero ceciderit, conteret eum, Matthæi xxi.

Cum itaque huius regis domus aeternum sit duratura, in aeternum etiam uiuat nobisq; aeternam uitam donet, necesse est.

Psalmo nonagesimo nono. Dominus regnauit contremiscent populi: sedet inter Cherubim & commouebitur terra. Dominus in zion magnus: & excelsior est omnibus populis. Confitebuntur nomini tuo, quod magnum, terribile & sanctum est. Imperium regis iudicium diligit: tu paraisti aequitatem, iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti. Exaltare dominum nostrum, & incuruate uos ante scabellum pedum eius: sanctum enim est.

Hic rex est Christus, qui regit Ecclesiam, spirituale Sion per totū mundum. Hic collocauit thronum suum in locum celissimum in iplos coelos & subsellium pedum suorum in totum mundum, & ubique regnat in omnia secula. Id Satan & mundus in malicia constitutus ferre non possunt, & cum Christum e sede maiestatis suæ deturbare nequeant, frendent & tremunt contra pios, eosque acerrime persequuntur. Sed salutem tamen

men p̄js auferre non possunt, quantumuis hoc sedulo moliantur. Nam ubi rex est, ibi omnes etiam in hunc regem credentes manebunt. Nihil itaque iniuria, quæ uere iniuria dici possit, inferre imp̄j p̄js possunt. Nam cum eos tollunt e medio, uitaque priuant, quæ mundo uidetur maxima iniuria, tum maximo illos afficiunt beneficio, nam mors hæc ipsiis ad æternam uitam ianua & expeditissima uia est. Cæterum hostes Christi & Ecclesie tandem Christi pedibus subiicientur, concubuntur, & quo-uis reiectamento, ruderibus & sterquilinio, foediores ac uiliores erūt.

Psalmus centesimus secundo: Tu consurges & misereberis Sion: quia tempus est ut benignū te exhibeas ei, uenit inquam tempus. Pie enim sentiunt serui tui de lapidibus eius, & pulueris eius miserebitur. Timebuntque gentes nomen domini, & omnes reges terræ gloriam tuam. Cum scilicet dominus ædificauerit Zion, & uisa fuerit gloria eius. Cum respexerit ad orationem solitarij, neq; despexerit precationem eorum. Scribetur istud pro generatione postera, & populus qui creabitur laudabit dominū. Nā propopexit de excelsō sanctitatis suæ. dominus de cœlis in terram aspexit. Vt audiat gemitum uincit, & soluat filios morti (destinatos).

In hoc psalmo uidemus quanto desiderio quam flagrantibus uotis p̄ij illi Christiani qui ante Christi nativitatem fuerūt expectant regnū Christi, in quo solo, nec alibi usquam, peccata remittuntur & mors uincitur. Hui uere Christiani optant & orant ut Zion, hoc est, Ecclesia ubique ex ædificetur, & gloria Christi in toto mundo conspiciatur & propagetur, ut David, Samuel & prophetæ oculis spiritus longe ante uiderunt, futurum ut Messias ante humiliaretur, deinde per totū mundum exaltaretur & glorificaretur. Nec offensi sunt hac humiliatione & passione Christi, quam ultro erat suscepturnus, quia intelligebant ordinationem operum Dei, quod Christum facturus esset Dominum & caput Ecclesiæ, quodq; Zion, hoc est Ecclesiam sanctam in omnibus mundi partibus mirabiliter ædificatus esset. Hunc tantum Regem, ipsiusq; regnum amplissimum p Spiritum eis reuelatum, oculis etiam corporalibus uidere ardentissimis oculi, qui uident que uos uidetis. Dico enim uobis, quod multi prophetae & reges uoluerunt uidere, quæ uos uidetis & non uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.

Et Psalmus centesimo decimo, Dixit Dominus Domino meo, sede ad dexterā meam: donec ponam inimicos tuos scabellum pedibus tuis. Virgam fortitudinis tuæ mittet Dñs ex Zion: dominare in medio inimicorum tuorum, De torrente in uia bibet: propterea exaltabit caput:

In hoc psalmo consolantissima Prophetia est de Christo, quod collorundus sit ad dexteram Dei, hoc est, quod ad summam gloriam, honorem, dignitatem & potentiam sit exaltandus, sed ita tamen ut ante e tor-

DE C O N C . C H R I † A D D I S C . E M A V M E V N T .

rente, hoc est, e calice passionis bibat, atque ita per passionem in gloriam suam ingrediatur.

Psalm. Dixit
Dominus E
narratio

Vnice amabis hunc Psalmū. Describit enim duas res maximas, in quibus uera & solida consolatio & omnis salus consistit, uidelicet, æternum regnum & diuinam potentiam Iesu Christi super omnia quæ in celis que in terris sunt. præterea æternum etiam sacerdotium Christi. Sed etiam dexteram Dei, hoc est, omnem potestatem habet, potentissimus est, omnia habet in sua manu, Dominus & rex est, etiam iuxta benedictam & glorificatam humanitatem suā, omnium creaturarum cœli & terra. Omnia illi subiecta sunt. Potest ita que ex omnibus necessitatibus & calamitatibus cum temporalibus tū æternis nos liberare. Nec ulla Creatura ulla nos iniuria afficere potest, modo in regno Christi per ueram fidem fuerimus.

Deinde iureiurando Deus pater confirmauit & promisit, se daturum Christū ut esset nobis æternus sacerdos. Hic iureiurando constitutus est Sacerdos, & affectu calamitatum nostrarum tangitur non minus quam si propriæ ipsius essent. Peccata nostra proprio suo Sacrificio in cruce expiavit & exoluit, nosc̄z patri recōciliauit. Intercedit etiam pro nobis apud patrem & λείποντα: Docet & donat per uerbum & Spiritum suum omnia, quæ ad iusticiam & salutem æternam scitu necessaria sunt. Quocirca quā uis Christus iuxta humanitatem Dauidis filius fuerit, hoc est, ex carne & sanguine eius propagatus, intelligit tamen nihilo secius Christum esse summum Dominum nō tantum iuxta diuinam naturam, ut creatorē & Dām omnium rerum, sed etiam, ueluti Augustinus dicit, iuxta glorificatam illam humanam naturā, iuxta quam ad dei dexteram exaltatus est. Quippe æternus Israhelis Rex est, qui regnum Dauidis uere erexit & ad perpetuitatem firmauit & constabiliuit. Ad hæc uerus sacerdos & uerus Melchizedek est, qui solus poterat & debebat eternam benedictionem largiri, quia benedictum illud Abrahæ semen est, in quo solo benedicimur, hoc est a peccatis & morte liberati iustificamur & saluamur. Hanc questionem proposuit Christus Matt. xxij Phariseis doctrinæ persuasione tunib⁹, sed quantumuis sibi uiderentur docti, quantumuis scientiæ opinione inflati superbirent, hoc tamen ignorabant, quod scire debebant maxime, cur Dauid Messiam Dominum suum uocaret, qui filius ipsius etiā erat, hoc est, e familia ipsius natus.

Psalmo centesimo tertio. Dominus in cœlis parauit solium suum: & imperium eius præest omnibus.

Psalmo centesimo quadragesimo sexto. Regnabit Dominus in seculū deus tuus Zion in generatione & generationem.

Sion, inquit, Deus tuus regnabit in secula. Non hic loquitur de terreno aliquo regno in terreno Sion, sed de coelesti Ierusalem. Testatur hoc &

& psalmus centesimus tertius ubi sic ait. Dominus non in Chanaan sed in cœlis parauit sedem suam.

Psalmo centesimo quadragesimoquinto. Confitebuntur tibi Domini omnia opera tua, & p̄ij tui benedicent tibi. Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. Ut notas faciant filijs hominum potentias eius, & gloriam magnifici regni eius: Regnum tuum regnum in omnibus seculis, & potestas tua in omnem generationem.

Hæc omnia de Christo & regno eius dicuntur.
Psalmo lxxxix, regnum Christi vocatur regnum coeleste. Propheta ibi dem canit de promissione a deo Regi Dauidi facta secundo Regū septimo, ubi Deus promisit se Dauid daturum filium, qui futurus sit peculiaris, in signis, eximius, summus & omnium regum rex, cuiusq; regnum sit futurum æternum, in quo remissio peccatorum & æterna misericordia sit, ac proinde uita etiam & salus. Nam ubi peccata condonantur, ibi mortis ty rannus uicta & fracta est. Certa salus promissa est propter hunc regem esse mine Dauidis natum secundum carnem, in quo æternum foedus gratiæ ictum firmatum m̄q; est.

Pietates Domini in æternum cantabo: in generationem & generationē notam faciam ueritatem tuā ore meo. Nam dixi, in æternum pietas ædificabitur: in cœlis ipsis firmabis ueritatem tuam. Percussi foedus cum electo meo, iuraui Dauid seruo meo. Vlq; in seculum preparabo semen tuum, & ædificabo in omne eum solium tuum. Sela. Iustitia & iudicium sunthabitaculum solij tui: pietas & ueritas præcedent faciem tuam. Beatus populus qui nouerit iubilationem: Domine in lumine uultus tui ambulabunt. In nomine tuo exultabunt quotidie, & in iustitia tua exultabunt se. Quia gloria fortitudinis eorum tu es: & in benignitate tua exaltabis cor nua nostra. Quia apud Dominum est protec̄tio nostra, & apud sanctū Israelis rex noster. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo unxi eū. Siquidem manus mea firmabitur super ipsum, & brachium meum robarit eum. Non violentus contra eum esse poterit hostis, neque filius ini quitatis affliget eum. Ego concutiam ante faciem eius aduersarios eius, & eos qui odio eum habent percutiam. Eritque ueritas mea & pietas mea cum eo: & in noīe meo exaltabit cornu eius. Ponamq; in mari dominii eius, & in fluminibus dexteram eius. Ipse inuocabit me: pater meus es tu, siorem regibus terre. In æternum custodiā illi pietatem meam: & foedus meum erit ei firmum. Et ponam in perpetuum semen eius, & solium eius sicut dies coeli. Si deseruerint filij eius legem meam & in iudicijs meis nō ambulauerint. Si statuta mea prophanauerint, & precepta mea non custo dierint. Visitabo in uirga iniuitatem eorum, & in flagellis scelus eorum. Pietatem autem meā non auferam ab eo, neq; mendax ero in ueritate mea.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Non prophanabo pactum meū, & quod egressum est de labijs meis nō mutabo. Semel iuraui per sanctitatem meam: si Dauidi mentitus fuero. semen eius in æternum erit: & solium eius est sicut sol in conspectu meo. Quasi luna firmabitur in æternum: & testis in æthere fidelis.

Gratia certa
in Christo

Vide q̄ certa & rata sit gratia Dei nobis in Christo & propter Christum Iesum regem nostrum. Ut maxime peccemus adhuc, non tamē dam nabit nos peccatum, modo in Christo manserimus. Quicquid ēm̄ Deus dixit, id ueritas est, & non potest non fieri, nec potest fallere. Nam etiā indigni sumus, nec ad tanta rā infinita bona ac beneficia ulla propria merita habemus, sed peccata tantum & infirmitatē, hoc nos tamen solamur, hac spe bona fulcimur, q̄ Deus nobis hęc tanta promisit nō propter merita & dignitatem nostram, sed ex misericordia tantum in Christo. Cetera itaque & firma sunt que hic promittuntur, certa est omnis salutis nostrae ratio, quia nititur fundamento æternę misericordiæ & ueritatis Dei, cuius eum poenitente quam nunquam etiam recantare & reuocare potest.

Psalmio centesimo undecimo. Redemptionem misit populo suo, mandauit in seculum foedus suum.

Hic promittitur Christus quod futurus sit redemptor & liberator: neq̄ em̄ alius ullus liberator est quam solus Iesus Christus. primo Cori. primo. Hic Psalmus canebatur in Iudaea loco gratiarum actionis festo Paschatis cum ederent agnum, quod Deus eos e captiuitate Aegyptiaca libe rauerat. Sed temporalis illa seu corporalis liberatio, & agnus ille, nihil su it aliud quam figura ueræ & æternæ liberationis & ueri nostri agni Iesu Christi, per cuius sanguinem nos ex inferni æterna captiuitate liberati in cœlestem patriam transserimus.

Psalmocentesimo decimotertio itidem uaticinatur propheta de gloria & magnitudine Regni Christi, quale id sit & quātum futurum per totum mundum. Ait em̄ futurū ut ab ortu usq; ad occasum solis nomen Dei la detur, id quod fieri non potest alio modo quam per fidem catholicam, uidelicet, ut gentes Euangelium Christi audiant, ipsiusq; gratiam per id cognoscant & prædicent. Hoc est sacrificium laudis Christianorum. Verba Psalmi sunt.

Laudem dicite serui Domini, laudem dicite in quam nomini domini. Sit nomen domini benedictum: amodo & usq; in seculum. Ab oru so lis usque ad occasum eius, laudatur nomen domini. Excelsus super oēs gentes Dominus: & super coelos gloria eius. Quis sicut Dominus Deus noster, qui sublimat se in habitatione: Et tamen humiliat se ut uideat, ea quæ sunt in coelo & in terra.

Affimiliter psalmus cxvij uaticinatur futurum esse ut Christum totus mundus, Iudei & gentes prædicent, et pro suo Deo honorent & agnos cat in ipsius regno, in quo omnis est felicitas, mera gratia & misericordia, remissio

remissio omnium peccatorum, uera iusticia, uera pax, cōsolatio, gaudium & uita æterna, dicens: LAUDATE DOMINVM OMNES GENTES, honorate eū uniuersæ nationes. Quoniam aucta est in nos pietas eius, atque ueritas domini (manet) in seculum.

Psalmo centesimo tricesimo decātatur etiā Gratia Dei in Christo, quā nobis in Christo, uero propiciatorio & uero reconciliatore promisit: Domine apud te est remissio. Spera tu Israel in domino, quia apud Dominū est pietas, & copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel, ex omnibus iniquitatibus eius.

Hoc de Christo intelligendum est. Nouum enim Testamentum nū deus est & certa plenacq; interpretatio ueteris. Nouum Testamentū ubi que testatur nullum usq; alium esse liberatorem & redemptorem & reconciliatorem quam Iesum Christum, docetq; eam redemptionem & reconciliationē per Christum factam esse, qui unicum Sacrificiū & satisfactio est pro peccatis totius mundi. Quapropter ubi liberatio, redemptio, reconciliatio, remissio peccatorum, gratia Dei in prophetis promittitur, ut maxime Messias non addatur expresso nomine, tamen semper in ijs locis Christus intelligendus est, eiusq; mors, sacrificiū, & sanguinis profusio. Maxime enim hæ res remissio peccatorum, reconciliatio &c. per nullum aliud medium præparate, impetratae, & partæ sunt quam per mortem & sacrificium Christi Iesu. Hanc habeto tibi certam regulam in tota Scriptura, quæ fallere non poscit.

Atq; hæ fere sunt præcipua prophetiæ Davidis de Christo.

ANNA.

Quid habet Esaias de Christo, de passione, resurrectione & regno æterni Christi?

VRBANVS.

Post Davidem Esaias insignis & eximius propheta est. Nam & is de omnibus mysterijs Christi clare & perspicue uaticinatus est. Capite secundo describit spirituale regnum Christi, hoc est, Ecclesiam Catholicam, q; ampla & gloria futurabit, in toto mundo, inter gentes per Euangelium, per quod homines Dei gratiā in Christo cognoscunt & cōuersi Deo lumbentes & læti seruiunt, eumq; colunt. Sic autem ait: Et erit in nouissimo dierum: erit præparatus mons domus Domini in uertice montium, eleuabiturq; supra colles, & fluent ad eum omnes gentes. Sed & populi multi ibunt & dicent: Venite & ascendemus in montem Domini, in domū dei Jacob, & instruet nos de uīs suis, & ambulabit in semitis eius: Quoniam de Zion exhibet lex, & uerbum domini de Ierusalem. Et iudicabit inter gentes, arguetq; populos multos: & concident gladios suos in ligones, & lances suas in falces: nec leuabit gens contra gentē gladium, & non discent ultra preliū. Domus Jacob uenite, & ambulabimus in luce Domini.

*Esaias de
Christo &c.*

ANNA.

Prophetæ mirabili loquendi modo utuntur, perinde uerba facientes & uaticinantes de regno Christi, ac si loqueretur de temporali & politico aliquo regno in his terris. sic Esaias hic loquitur, q̄ totus mundus ad montem Zion in Ierusalem concursurus, ibi q̄ uerbum Dei auditurus sit, nul lumq; in terris bellum sed meram & summam perpetuamque pacē inter omnes futuram esse: Quod tamen impossibile & incredibile est.

VRBAN VS.

**Prophetarū
peculiaris
Dialectos**

Habent prophetæ suam dialecion ac peculiarem loquendi cōsuetudinem. Maxime autem cum de regno Christi uaticinatur, tum uerbis utur mirificis ac mire figuratis picturatis ac uarieгatis, m̄iris ac uarijs figuris & similitudinibus, ac si loquerentur de magnis ac præpotentibus huius mundi dominationibus & corporalibus regnis in terra. Sed initio statim huius colloquiū nostri ex priore Epist. Petri te monui, prophetas de nullo & infinito maioribus et excellentioribus rebus loqui quam prima facie uerba eorum hominibus Scripturarum ignaris sonare uidenti, nimis, de sempiterna salute, de Christo Iesu Dei filio, quod is in mundum debuit uenire, ex Abraham & Davidis stirpe uerus homo ex uirgine nasci, peccata mundi portare, morte sua delicta, iniquitates & mortem nostram dele, atq; iterum a morte resurgere, omnēq; potestatem in celo & terra accepere, & omnibus Christifidelibus æternum regnum & uitam sempiternam dare, quod regnū tantam tam immensam gloriam esset habituri, ut in terris nullus oculus uidere, nulla auris audire, nec in cor ullum descedere, aut mens ulla concipere ac cōprehendere possit, uti Esai. cap. Ixij. ait, ut omnis maiestas, potestas, magnificentia, splendor, ornatus, potentia, opes, gloria, dignitas, honores, amplitudo, uoluptates, gaudia, pax, securitas, solatia, fortitudo, robur, uires & uita in hoc mundo, breuiter quicquid hic uisibilis & periturus mundus honorum & felicitatis habet idoneum ne ne somniū quidem umbræ alicuius sit ad futurā regni Christi gloriam.

**Prophetæ
cur figuratis
uerbis utan
tur, de regno
Christi uatici
nantes**

Cum itaq; prophetæ de rebus tam arduis tam amplis & immēlis loquuntur, a Deo nobis in filio ipsius Christo promissis, longe oēs sensus, omnēt rationem, omnēm captum humanum excedentibus, & tam magnis ut Angelii etiam in celis deijs gaudeant & exultent, sumendae sunt illis loquendi eiuscemi formulæ & similitudines comparationesq; de rebus corporalibus & terrenis, de corporali regno, de corporali potentia, pace, gloria, & similibus, ut per ea uisibilia, temporalia, nota, & oculis obvia, sensibus expedita nos excitant & manuducant ad considerāda summiscq; uotis extenda spiritualia, inuisibilia & aeterna. Propter quæ bona sempiterna cū angelis cōditi sumus ad ea possidenda, & ut ihs fruamur. Nam ad tempus tantum breue tanq; hospitibus & peregrinis in hoc uisibili mundo peregrinandum nobis fuit, sed tandem in spirituale & sempiternum regnum Christi,

Christi, in sodalicium Angelorum, Angelis similes constituemur & collocabimur.

Sed si diligenter & attente prophetarum uaticinia inspexerimus, tum & circumstantijs orationis eorum deprehendere & facile iudicare licet, eos de spirituali & sempiterno regno uaticinari. Ea enim & tanta Christi regno tribuunt, ut possibile non sit, ad eum modum in terreno aliquo regno ea fieri & accidere posse, utpote, quod scribunt eius regni regē primum deuenturum in summam paupertatē & contemptu in mundo laboraturum, docturū, passurum, moriturum, sepeliendū, & nihilo secius tamen per hæc media hoc modo maximū & potentissimū Dominum peccati, mortis, & Satans futurum, & sempiternum regnum habiturum.

Quid quod nouum etiam testamentum habemus, Apostolorum & Euā gelistarū scripta. H̄i sunt certissimi & uerissimi prophetarum interpres, & nouum Testamentū certa est interpretatio prophetarū. Iam uero cū auidamus in Testa. nouo regnum Christi esse non terrenum & temporale, sed spirituale, coeleste, & æternum, necesse est ut Prophetæ a nobis intelligentur iuxta interpretationem Noui Testa. Id si fecerimus errare & falli non possumus.

Nouum Testa
mentum ex
plicatio Pro
phetarum

ANNA.

Exponas igitur mihi, quid sibi uelit Elaias his picturatis uerbis. Quis est mons ille de quo hic uerba facit? Quæ est domus illa Domini? Quo currunt gentes?

VRBANVS.

Non opus est mea explicatione longiore. Nam Paulus exponit Hebr. xij, ubi inquit: Vos accessistis ad montem Zion, & ad ciuitatem dei uiuentis, Hierusalem coelestem & ad innumerabilium angelorū cœtum, & ad conzionem primogenitorum, qui conscripti sunt in cœlis.

Hic audimus terrenū montē Sion, Davidis domicilium & terrenā Ierusalem nihil aliud esse quam figuram spiritualis mōtis Sion, & spiritualis ciuitatis Hierosolymorū, hoc est, Catholicæ Ecclesiæ, omnium electorum ad hunc montem. In hanc ueram Hierosolymā gentes confluunt, que domus est Dei uiuentis. Sp. sanctus mittebatur cœlitus manifeste & uisibiliter in terreno Sion & Ierusalem. Ibi Euangeliū etiā prædicatum est per Christum & Apostolos, ibique Ecclesia revelatione noui Test. coepit. Atq[ue] ita doctrina Christi e Sion exiit, nec ibi tamen mansit, sed in totum mundum diuulgata est, ut spiritualis Hierosolyma per totū mundū propagata, inde exedificata sit, teste Christo Lu. xxiiij. ubi ait: Oportebat Christū pati, & resurgere a mortuis tertio die, & predicari sub noīe eius penitentiā & remissionem peccatorum in omnes gentes.

Vera Hierusa
lem

Hoc initium habitorum erat Hierosolymis. Eo gentes cateruatim

DE CONC. CHRI. AD DISC. EM AVM EVNT.

confuebant ad EVANGELII prædicationem. Quam late uel solus Paulus sparsit EVANGELIVM CHRISTI: Quam multæ gentes cucurrerunt in montem DOMINI, ut uiam DOMINI, Legem & Euangelium discerent: erroneis & deuijs prioris impiæ uite & Idololatriæ uis relictis. Iudicabat enim Dominus inter gentes, cum per Euangeliū & Spiritum sanctum de peccatis mūdum argueret, ut peccatis agnitis poenitentiam agerent, gratiam Christi expetentes Christiani seu Christifideles fierent, perq; eam fidem pacem cū Deo in conscientijs suis haberent. Sic gladij inter Christifideles conflantur in uomeres, cū spissitudine pacem accipiunt per Euangelium, cū ueram & solidam pacem cum Deo corda illorum percipiunt, deinde & pacifice uiuunt cum proximo, concordie ubiq; & semper studentes. Eiusmodi pacem habet regnum Christi, hoies humiliatur ac submittunt se, nō rixant, nō acerbe et contumeliose derelicta digladiant, misericordia affectu erga proximum calamitibus pressum tanguntur, omnibus se cornes, faciles, humanos & mansuetos exhibent, innocentiae & integritatis, iuris & æquitatis sunt studiosissimi, simulationum ac dissimulationum iuxta ignari, aperti, simplices, omnibus propensi, &c. In summa, uerissimi Israhelitæ sunt, in quibus dolis non est, & fraus nulla latet, quia rex eorum Christus donat & regit eos spiritu suo sancto, qui regeneratos ac renouatos ex vindictæ cupiditate facit mansuetissimos, iniuriarum quæ inferuntur patientes, ita ut etiam Iesu nō ledere studeant, imo bene cupiunt malevolentibus, beneprecantur deuuentibus, pro maleficio reddunt beneficium.

Quantum itaq; ad eos attinet nihil opus est gladio ullo, sed proper in fideles & impios, qui gladio & uicem cohercendi & regendi sunt, ne p̄ij & bene agentes ab improbis opprimant & laedantur, quæadmodum & Elias capite secundo de regno Christi loquitur¹, non nocebunt necq; detrimetum inferent in uniuerso monte sanctitatis meæ: eo quod implera sit terra scientia Domini, quasi aquis mare operientibus.

De hac autem pace spirituali in regno Christi uaticinatur & Micheas capite quarto. Sed sedebunt singuli sub uite sua atq; sub sicutu sua: Et non erit qui incutiat terrorem.

Et Hoseas capite secundo: Sed ego percutiam cum eis foedus in die illa (intellige regni Messiae) cum bestijs campi, & cum uolatili coeli atq; cū reptili terræ, & confringam arcum, gladium, & bellum de terra, & faciam eos habitare confidenter.

Et Zacha. nono. Et ego eliminabo currū de Ephraim & equum de Ierusalem, & exterminabui arcus bellicus, loqueturque pacem ad gentes.

Hæc omnia non corporaliter & crasse intelligenda sunt, sicuti Iudei excepti & Chilastæ somniabant, sed spiritualiter de pace spirituali in regno spiritu.

no spirituali C H R I S T I. Si itaque gentes per totum mundum iuxta hanc Prophetiam ad D O M I N V M currere in Ecclesiam seu Christianismum, eiusq; doctrinam suscipere, & ueræ pacis cōpotes fieri deberent, necesse fuit C H R I S T V M resurgere, ut tantum regnum ex Iudæis et gentibus conflatū institueret, instauraret & confirmaret. Nam cum moreretur nihil dum de eo sciebant gentes. Et ipsi etiam Iudæi ab hoc suo Rege abhorrebat, unde & Propheta Iudæos sub finem huius prophetiae monet dicens: Domus Iacob uenite, & ambulemus in luce Domini, hoc est, in Euangeliō & fide Christi.

Et capite quarto consolatur Esaias populum & prædictit ihs, q; quam grauem cladem peressuri & ruinam miserandam facturi Iudæi es-
tent, tamē multi ex Israelitis sint euasuri oēm ruinam & mala, adepturiq; Gloriam illam summā & bona incomparabilia que Deus promisit, dices:
IN DIE ILLA ERIT GERMEN DOMINI IN PVLCHritu
DINEM ET GLORIam, ET FRVCTVS TERRAE IN MAG-
NIFICENTIAM ET DECOREM, HIS QVI SALVATI FV-
ERINT DE ISRAEL. ETERIT QVIRELICTVS FVERIT
IN ZION, & qui RESIDVVS MANSERIT IN Ierusalem, dice-
tur ei QVOD SANCTVS SIT: OMNIS QVISRIPTVS est
CVM VIVENTIBVS, IN Ierusalem. CVM scilicet LAuerit Do-
minus sordem filiarum ZION, & sanguines Ierusalem amouerit de
medio eius, in spiritu iuditij, atque in spiritu ardoris.

IN HAC Prophetia uaticinatur propheta quam gloriosum & mag-
nificum regnum Messiae sit futurum, & loquitur proprie de temporibus
noui Testamenti, quibus C H R I S T V S suum regnum Ecclesiam ele-
gantissime exornauit supra omnem modum, omnibus donis SPIRItus
sancti. Abluit enim & mundat sanctificariq; filiam SION, Ecclesiam, ECCLIA
um, primæ Ioannis primo. Mortificat ueterem Adamum spiritu iu-
dicij & ignis. Et cum hic in carne contra maximos & atrocissimos hostes
Ecclesiæ ipsi pugnandum sit, cumque in maximo periculo uersetur in
terris, promittit ei C H R I S T V S rex omnipotens solatium, defensi-
onem, præsidium & suppetias in omnibus aduersis & calamitatibus, q;
futura sit tutta sub protectione Altissimi.

Ipse enim suturus est nubes ECCLESIAe suæ per diem, & ignis seu
splendor ignis flammantis in nocte, sicuti populum suum uisibiliter libe-
ravit ex domo seruitutis ægyptiacæ, uti legimus Exodi decimotertio:
ET PRæcedebat EOS DOMINVS, INTERDIV per CO-
LVMNAM NVBIS, VT CONDVceret EOS per VIAM,
& NOCTV per COLVMNAM IGNIS, VT LVMEN
ILLIS PRæberet, QVO (inoffense) AMBVLARENT die

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

AC NOCTE, non RECESSIT COLVMNA nubis per diem
nec COLVMNA IGNIS per NOCTEM, A CONSPEC-
TV POPVLI.

Christus ter-
refructus uo-
catur

Notabis hic etiam q̄ Propheta Dominū nostrum Christū uocat Dei
germen seu frondem & terrę fructū, eo quod Christus Dei naturalis fili-
us est & uerus etiā hōis filius, Mariæ perpetue & castissime uirginis eru-
bu David. Hinc terrae fructus appellatur, quod sanctissimam suam huma-
nitatem uere ex Adæ filia sumpliit, qui Adam e terra factus est, Gen. iij ca-
Hanc prophetiam Iudæi in Babylone & postea etiam de Christo intellex-
erunt. Thargum em̄ Jonathan ait, Hoc tempore Messias Dominie erit in
gaudium & gloriam.

ANNA.

Cleophas & comes eius ex hoc uaticinio facile intellexissent, Israelem
nō propterea in totum interitum quod Christus moriebatur. Nam si
fructus terræ id est naturalis homo esse debebat, quid igitur mirerat eū
moriturum. Verum cum germē etiā Dei esset, non potuit manere in mor-
te, alioqui Deus ipse in morte maneret, quod impossibile est. Potuit itaque
& se & alios à morte resuscitare & liberare. Super hęc, cū non omnes qui
erant Hierosolymis & in Sion, sed relicti tantum sancti futuri & inter u-
uentes scribendi essent, necesse fuit aliquot esse Hierosolymis impios &
prophanos ac proinde Christo sanctissimo contrarios. Quippe sanctitati &
simum prophaniſſimi & impiſſimi Pontifices & principes in mortem tra-
debāt. Nihilo segnius tamen Israelem liberare potuit, imo illa ipsa morte
fuit uia & modus quo solo Deus Israelem uerum liberare decreuerat, sicut
ti prophete descripserūt, non ui, armis & gladio, uti somniabant, sed sum-
ma iusticia, ueluti Deo uisum fuit. Sed Luce xxiiij cap. uidere est bonos il-
los discipulos personam & ministerium Messiae, uidelicet q̄ morte morte
uincere posset & deberet, nondum sciuisse nec intellexisse.

VRBANVS.

Recte sentis. atq̄ ideo uocat eos Christus stultos & tardos corde ad cre-
dendū & intelligendum, in oībus quae prophete de Messia locuti fuerāt.
Christus prae-
dare cito
Sed audi quid Elaias cap. viij. de Christo dicat. Primo, Christo indit
militare nōmē uocans eum, p̄dare cito, Velociter spolia detrahi. Sic
autem eum uocat propter omnipotentiam ipsius, cuī nō potest resistere. Ideoq̄ si quid facturus est, non opus habet multo ad id tempore ut
nos puri puti homines. Ad hęc Leo ille inuictissimus est detribu Iuda,
Apocal. v. qui omnes hostes nostros propria uirtute ac cito prosternit &
fundit, nosq̄ ab illorū tyrannide potentissime redimit. Eodē etiam cap.
octauo

Ostauo indicat Propheta fore ut multi offendantur in Christo, dicens:
Sed Dominū exercituū hūc sanctificabitis: ipse sit timor uester, & ipse
sit paor uester. Ipse erit in sanctuarium (refugij) in lapidem offendiculi
& in petram ruinæ duabus domibus Israel, in laqueum & in tendiculam
habitori Ierusalem. Et impingēt multi in his (offendiculis) corruent &
cōterentur, irretientur & capientur.

Hic uides quamvis CHRIS TV S sit preciosus ille lapis ~~κρεμανώ~~
spiritualis ædificij ad uitam æternam, atq; ideo in mundū uenerit, ut nos
illuminatos ab omnibus calamitatibus & malis æternis liberaret, multi tu-
men primum obdurentur & excæcentur cum Christus docetur, multi iu-
eo offendātur & impingāt, secq; ita in exīcum extremū conſciunt, sed ex-
tra culpam tamen Christi: sicuti Sol almo & pulcherrimo iubare seu radijs
suis circa suam culpam oculis lippientibus aut epiphora lemaue laboranti-
bus dolorē adfert, sanis autē & nullo uitio affeſtis formosissimus ille so-
lis splendor uoluptatem adfert & iucundissimus atq; gratissimus est. Bea-
tus quisquis nō fuerit offensus per me, ait Christus ipse Matt. xi. Sed mū-
dus in ihs offenditur, quibus emēdari & iuuari posset. Christum reiſcere
conatur: sed ut testaceum & argillaceum uas aliquod in duram aliquā rupē
in Israhele accidit, ubi in illo offensi sunt, sanctimonia uitæ fucata cōspicui
Phariseū, & dementati Sadducei. Idq; fit nūc quoque, & usq; ad diē no-
uissimum multis hominib; petra erit offensiōis, sed circa Christi culpam,
sicuti hanc prophetiam nouum testamentum interpretatur. Nam Lucæ ij
ait Simeon ad Mariam: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectio-
nem multorum in Israel, & in signum cui contradicitur.

Hec non egent multa explicatione. Videris enim palam quam multi
offendātur saluifica Christi doctrina, sicut fanaticum & insanū Anabap-
tistarum uulgs stulti Pharisæi Christo contradicunt, quantū attinet ad ip-
sius personam & ministerium. Idq; semper factum est. Nam iudei di-
cebant Acto. uicesimo octauo ad Paulum Romæ: de secta ista notum est
nobis, quod ubique ei contradicitur.

Hic obdurati iudei Ecclesiam Christifidelium & uerum Euangelium
Dei uocant sectam, sicut nunc Papistæ H̄eresim uocant.
Paulus Romanorum nono explicat hoc uaticinium quomodo Chri-
stus iudeis lapis offendiculi fuerit, dicens. Israhel qui lectabatur legem
iusticiæ ad legem iusticiæ non peruenit, propter quid? An non circumci-
debant, an non sacrificabant, an non ieunabant, an non feriabantur,
operaque legis faciebant? Certe in his toti erant. Sed respondet Pau-
lus, Ideo non consecutos esse iusticiam, quod non ex fide in C H R I S-
T U M eam quæsierint, sed tanquam ex operibus legis, hoc est,
ad D E V I M peruenire & iusti fieri contendenter sine M E S S I A,

Christus, quo
modo Lapis
offensionis

DE CONC. CHRI AD DISC. EM AVM EVNT.

id quod impossibile est. Et impegerunt in lapidem offendiculi, quemadmodum scriptū est: Ecce pono in Sion lapidem offendiculi & petram offensionis, & omnis qui credit in eo non pudebit.

Et Petrus primae capite secundo: Vos accessistis ad Dominum, ut ad uiuum lapidem qui ab hominibus quidem reprobatus, apud Deum uero electus ac pretiosus: ipsi quoque ueluti uiui lapides ædificemini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum ad offerendū spirituales hostias, acceptabiles deo per Iesum Christū, quapropter & continet scripture: Ecce pono in Zion lapidem, in summo ponendum angulo, electum pretiosum. Et qui crediderit in illo non pudebit. Vobis igitur pretiosus est, qui creditis. Cæterum Ihs qui non credunt, lapis quem reprobauerant edificantes, hic coepit esse caput anguli: & lapis in quem impingitur, & petra ad quem offendit, nempe Ihs qui impingunt in sermonem, neque credunt in id ad quod instituti fuerant, de quo eciam Esaiæ xxvij Cap.

A N N A.

Si duo illi discipuli sciuissent fore eam conditionem liberatoris Israhelis & regni acuerbi eius, non tantopere offensi fuissent morte Christi,
VRBANVS.

Esaiæ xi quoque Christus describitur, unde nasci debeat secundum humanitatem, qualis rex futurus sit, & quale dominium sit ipsius regnum, & qualem populum in suo regno sit habiturus.

Verba prophetæ hec sunt.

Etegredietur uirga de stirpe Isai, & surculus de radicibus eius fructiffrabit. Et quiescat super eū Spiritus dñi, spiritus sapientie & intelligentie, spūs consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & timoris dñi. Et faciet odo- rari eū in timore domini: nec iuxta visionem oculorum suorum iudicabit, nec iuxta auditum aurū suarū arguet, sed iudicabit in iusticia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terre: & percutiet terrā uirga oris sui, & in spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iusticia cingulū lumborum eius, & fides cinctorium renū eius. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit.

In hoc uaticinio primū habes Mariam & Christum filiū eius, quia Maria est e tribu Isai, qui Dauidis pater fuit: hic est ille rex cuius hic meminit.

Deinde indicat quibus rebus instituerit tantū & eternum regnū. Quibus itē rebus cōseruet. Regnū spirituale est, corporalibus igitur & terrenis armis nō opus habet, nec Ihs defendi & cōseruari potest. Sed Spiritus sanctus Christi, donis suis gubernat id regnū, & oīa bona in eo operat. Opera autem & dona illius sunt sapientia, qua nos docet Deum agnoscere, & quæ ad pietatem & Deo placentem uitam pertinent, item quid Christus sit, & quid faciat ac proposit. Intellectum eciam nobis dat ut iudicare possimus, quid uita pia sit, quid item impium, irreligiosum, quid synceræ doctrinæ.

spiritus sancti opera &
dona

doctrinę repugnet, quid ei analogum & consentaneum sit. Consilij etiā salutaribus & presentibus iuuat, ut p̄ij in Cruce sciant, quomodo se gere, re, quomodo omnia perferre moderato & infracto animo debeant, afflitos m̄cestosc̄p̄ consolatur. Addit etiam nobis robur in tribulationibus & afflictionibus, ut animum impavidum & inconcussum retineamus, omnia q̄ mala & aduersitates fortiter superemus. Donat & scientiam prudētiām̄p̄, ut pius in regno Christi sciat qualem & quomodo se erga q̄ uēc̄p̄ gerere debeat siue firma siue imbecilli fide p̄dictum. Donat & Dei timorem, qui inicium est uerē sapientiae. Hinc uidemus nostrum Regem Ioniā, qui regnare & regere suos quam Reges in terris. Regestereni int̄ḡma cordis peruidere & ea que in recessu & penetralibus pectoris humāni delitescunt scire nequeunt, hinc s̄p̄fit ut quempā putent esse integrū & probum iuxta sensum oculorum & aurium, qui pessimus & improbissimus est in corde. At Christus rex ut qui sit scrutator cordium uere iudicat, sicut Euangeliā historia testat, ubi cū Phariseis agit. Matt. v. xxiiij cap. alijsc̄p̄ locis, ibi cognoscit cogitationes eorum secretas, nihilc̄p̄ moratur externam illam sanctimonīæ fucat̄ speciem & laruā, sed arguit eorum fūcatam & personatam iustitiam & sanctimoniam, subinde appellans eos hypocritas.

Christi regis

populus

Sed qualem & quem habet hic rex populum? Titulus eorum hic in ter-
ris est, (quē & Christus Rex Zachariae ix ipse gessit) pauperes, afficti,
m̄cesti. Hic uides spirituale regnum. Si mundanum regnum esset, tū res
gem non pauperē, affictū, m̄cestum q̄ in terris esse oportuisset, sed opu-
lentum, magno strepitu & magnificētia cōspiciendum & lātum. Itidem
di uoluptatibus ac cōmoditatibus affluere oporteret. Sed oīa hic spiritua-
lia sunt. Non tamen semper & in perpetuū manebunt pauperes calamito-
ferent crucem suam: uerum sicut Rex post afflictionem & passionem magi-
nus factus & ad summē glorię fastigium prouectus est, sic & omnes fide-
les fient die nouissimo, cum gloria filior̄ Dei in Rege glorię manifestata
fuerit. Interim, ut scribit Paulus, mori nos mundo, & affictos, persecu-
tioni expositos, despicabilesc̄p̄ esse in hoc mundo oportet.

Quippe uera uita nostra abscondita est cum Christo in Deo. Quan-
do autem Christus, qui uita nostra est manifestatus fuerit, tūc & nos cum
illo manifestabimur in gloria. Colossenium tertio. Interea temporis
& argui oportet. Neque enim regnum C H R I S T I caro
& Adam ille possidebit. E contra ueram iusticiam in nobis erigi opor-
tet, hoc est, fidem in Christum, cum Deus nobis propter CHRISTVM
peccata condonat & ex gratia in CHRISTO iustificat, aut pro iustis re-

DE CONC. CHRI. AD DISC. EM AVM EVNT.

SCEPTRUM
CHRISTI

putat. Nec sceptrum seu uirga regis nostri terrena est sed spiritualis, inde licet, sacro sanctum & saluificum eius uerbum & Spiritus sanctus. Hac uirga ante diem extreñū percutit terram, hoc est, ueterem nostrum Adā qui e terra aut terrestris est. Percutit & arguit & punit impietatem, ut homines per uerbum Christi accusati, peccatum odio prosequantur & fugiant, adq̄ meliorem frugem resipiscentes in posterum uitam piam & innocentem exigant. Prosternit etiam uerbo suo omnes terrenas erroneasque doctrinas, quibus seducimur. Percutit etiam & interficit seu conficit, ut Paulus dicit secundo Thes. secundo Antichristum spiritu oris sui. Nam sicut regnum eius hoc mundanum non est, sic & arma mundana non sunt sed spiritualia, uidelicet, iusticia, fides & ueritas. Pugnamus enim contra exercitum inferorum & satanicā illam militiam & fide in Christum (Hic Christus est iustitia nostra) & oratione ex fide proficisci: hanc exaudi, sicuti promisisti nobis.

Evangeli
prædicati
fructus

Quod autē de lupis & agnis dicit, figuratū est & picturata oratio. Neque enim propheta hic tanti facit bruta ista animantia, sed significare uolat, Ecclesiam ex uarijs hominibus congregandam, & qui ante inter se acer-
tame dissidebant & hostili inter se animo fuerunt, eos per Euangelium tam mansuetos tam cicures futuros ut neminē lädere cogitēt. Hic est fructus prædicati Euangeli, quod agrestes, ferae & indomitae gentes, præfereoce & tumidi Pharisei, & potentes huius mundi per Euangeli prædicationē cicurantur, domātur, humiliātur & conuertuntur, in que Ecclesiam Christifidelium adducuntur.

Sequitur in Elsaia in eodem xi capite. Et erit in die illa, radix Isai, quæ stat in signum populorū, illam gentes inquirēt: & erit requies eius gloria. Erit deniq̄ in die illa, adiūciet Dominus secundo manum suam, ut possideat reliquias populi sui, quæ relinquuntur ab Assur & ab AEgypto, a Patthros, ab AEthiopia, ab Elam, a Sinear, ab Hamath & ab insulis mariis. Et leuabit signum in gentibus, congregabitq̄ electos Israel: & dilispersi-
nes Iehuda congregabit a quatuor plagis terræ & cetera.

Hic prædictit Propheta quā amplum & latum futurū sit regnum Christi, docetque nos quis sit futurus status temporis noui Testamenti, nēmpe, quamuis radix Isai, hoc est, Dauidis filius Iesus Christus apud suum populum contemptus & reiectus fuit, q̄ tam gloriosus tamen & potens magnificusque rex sit futurus, ut per totum mundum omnes gentes cum culturae & adoraturæ sint. Erigetur enim & statuetur in signum seu uexillum, ad quod in prælijs omnium oculi directi & intenti sunt. Hoc signum consolantissimum est, & animū fortē, constantē & impavidum addit, signū uictoriæ est. Signum hoc est Rex noster in cruce exaltatus seu erectus, qua cruce Satan uictus est & animæ liberatæ sunt. Et sicut Iudei in deferto ad exaltatum æneum illum serpentem confugiebant, cum letali uulnere a

re a serpentibus percussi essent, sic et Christus nobis exaltatus est ut oēs ad eum configiant eumq; fide inspiciant & contemplentur, ac sanētur a peccati letali morbo uincatq; uirtute ac potentia Signi, hoc est, Crucis Christi, potentiam tenebrarum.

In primis autem hoc obseruandū est q; propheta dicit: Gentes eum querent uel inquirent. Septuaginta reddiderunt hæc uerba sic. Qui resurget Gentium ut sit princeps Gentium, hoc est, oīm nationum in terris, in eum Gentes Vocatio sperabunt, sicut & patriarcha Iacob, iuxta interpretationem Septuaginta, Genesis quadragesimono capite dixit, Siloh gentium spes erit uel experientia. Hic clarum & apertum testimonium habemus de uocatione gentium ad Euangelij gratiam, siquidem de Christo interrogabunt, uel Christum ut unicum saluatorem inquirent, suamq; spem in ipsum collocabūt. Quid hoc aliud est, quam Christum uerum Deum & hominem uerum, e stirpe Davidis esse agnoscent. Spes em̄ in primo precepto honor est, qui uni & soli uero ac uiuēti Deo debetur. Sic regnum Christi iuxta hoc uati cinium tam amplum & latum erit quam totus orbis est, ita ut Iudei ministri & tenuissima pars regni Christi futuri sint. Hoc caput omnes etiam Iudei de Messia intelligunt, qui regnum Israelis recuperare & restituere debebat.

Quod autem Propheta dicit, Requies eius gloria erit, hoc est, mors & sepultura eius erit gloriofa. Corpus enim eius nō corruptum aut putrefactum est, morsq; eius innocens fuit, quæ nos Adæ filios ex æternā ignominia in æternā gloriam & honore prouexit. Christus enim per hanc suam sanctissimam & sauluficam mortem in suum regnum æternę glorię ingressus est, sicq; suum regnum post mortem demū auspicatus est. Cum uel Iudei putarent eum mortuum & extinctum prouersus & omnia illa quæ suspicabantur, ibi e morte rediuiuus prodijt, mortemq; uicit, confecit & iugulauit, turnque demum factus est gloriosus & rex Iudeorum & Gentium, & æternum regnat, & hostes suos perpetua confusione prosternit.

Primum itaq; his uerbis comprehenditur mors Christi: Dicit em̄ prophetæ, requies eius. Deinde etiam significatur eius gloriofa & uictoriosa resurrectio. Dicit enim q; requies eius gloria sit. Non esset autē requies aut mors eius gloria aut gloriofa siue honorifica, si in morte mansisset, nihilq; morte sua præstisset & perpetrasset.

In Exodo scribitur q; Dominus manum suam extenderit, suamq; omnipotentiam grandibus miraculis declarauerit, ut captum & misere afflatum opprimumq; populum suum ex AEgypto, in terram promissionis Canaan educeret. Hic autem Propheta iterum promittit tale auxilium, sed multo maius gloriōsius & mirabilius, quam illud fuit, cum Pharaonē cum suo exercitu in mari submergeret, suumq; populum sine damno &

DE CONC. CHRI. AD DISC. EM AVM EVNT.

iniuria ex omni periculo in terrā promissam duceret. A Egyptiaca libera-
tio figura tantū fuit huius liberatiōis, de qua hic loquitur Propheta. Volt
enim Deus per Christum reliquos Iudeos & gētes ex æterna captiuitate
Satanæ liberare & in regnum Christi congregare, ubi nullis unquam in
æternum in commodis aut malis afficietur. Omnesq; gentes per totū m-
dum uocat. Redemptio enim per totum mundum se extendit, ut dispersi &
palantes filij Dei ex omnibus plagiis totius orbis aggregentur in regnum
ipsius, sicut Christus ipse dicit. Iohann. xij. cap. Cum exaltatus fuerit a ter-
ra omnes ad me traham. Et Iohann. xi: Christo moriendum pro gente, &
non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi, congregaretur
unum.

De hoc immenso & inexhausto beneficio ueræ & spiritualis in Chri-
sto ab æterna calamitate redemptionis propheta Esaias cap. xij, psalmum
præclarum canit, in quo gratiam Dei in Christo mire prædicat his verbis.
Ecce Deus salus mea, confidam & non pauabo, quoniam fortitudo mea
& canticum Dominus Deus: factusq; est mihi in salutem.

Si Cleophas & comes eius hunc uerum saluatorem & liberatorem II.
ra elis sic cognouissent, uti Esaias, tū tam mœsti non fuissent. Sequitur
in Esaias. Haurietis aquas in gaudio, de fontibus salutis. Et dicetis in die
illa: confitemini Domino, inuocate in nomine eius: nota facite in populis
studia eius: recordamini quod exaltatum sit nomen eius. Psallite domino
quoniam magnalia fecit, & hoc diuulgatum est per uniuersam terram. Ju-
bila & carita habitatrix Zion, quoniā magnus est in medio tui sanctus
Israelis.

Audi quanto, quam exuberanti gaudio in Spiritu exultet pro-
pheta de opulenta Dei gratia in Christo unico saluatore & liberatore ob-
lata. Cum Euangelium gratiæ dei docetur, tum Spiritus sanctus cum suis
donis datur uidelicet remissio peccatorū, pax conscientiæ, & uerum gau-
dium. Hic certe fons & scaturigo est aquæ uiuæ, de qua Ioannis qua-
to Christus quoq; ait: aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salien-
tis in uitam æternam.

Et Iohann. viij. Si quis silit ueniat ad me & bibat. Qui credit in me, sicut
dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc autem dixit
de Spiritu, quem accepturi erant credentes in ipsum.

Hunc Spiritū sanctum nobis morte sua promeruit, & potenter declarav-
uit q; per suam mortem & uictoriā resurrectionis pro nobis uicerit pecca-
tum, mortem, & Satanam. Hinc equidem merito uerus Sion, hoc est,
fidelium catholica Ecclesia infinitis gaudijs exultat & iubilat, decq; hoc me-
rito gloriatur, unde habet remissionem peccatorum, ueram iusticiam, Spi-
ritum sanctum, pacem conscientiæ, & sempiternam salutem. Paulus enim
ait primo Corin. xv. q; Deus nobis tam gloriosam uictoriā & triumphū
delegat.

de lege, peccato, morte, & inferno donarit per Dominum nostrum Iesum Christum.

Capite xxv. uaticinatur Esaias itidem de uictoria Christi, dicens. Perdit(Messias) mortem in æternum, & absterget Dominus Deus lachrymā a cunctis faciebus, et opprobrium populi sui auferet ab uniuersa terra: quoniam Dominus loquutus est.

Si mortem deglutiuit, certe a morte liberati sumus. Nihil enim iuris habet mors in Christum, nec habuit, posteaq; ab omni peccato immunis fuit. Sed potestatem & ius habet in omne genus humanū. Verum Christus peccata totius generis humani dependit, mortemq; in seipso uicit & absorpsit, ut posthac nos mordicus arripere ac deuorare nequeat, quia per virtutem resurrectiōis Christi oēs resurgemus qui in Christū credimus.

Potuisset & hoc Cleopham & eius comitē consolari, & docere, Christum esse regem spiritualem, qui non corporale illud regnum Israheliticū restituturus, sed ueros Israhelitis, hoc est, filios promissionis per totū mundum in regno Satanae redempturus & in spirituale & æternum regnum uitae & immortalitatis translaturus esset.

Cap. xxvi canit Esaias Psalmum pulcherrimum de regno Christi, de Ecclesia fideliū, dec̄q; eius fortitudine & securitate. Vrbs fortis est nobis: salutem ponet(Deus pro) muris & antemurali.

Hoc est, moenia eius & arma eius sunt salus & uictoria Christi, quæ inuictissima & insuperabilia sunt. Aperite portas ut ingrediatur genus iusta custodiens ueritates.

Hic ciues huius ciuitatis describuntur, nempe, iusti qui fide in Christū prædicti sunt. Sequitur: Affectus innixus est(tibi) custodiente te(illum) in pace, eo quod in te confisus sit.

Hoc de rege huius ciuitatis spiritualis dicitur, q; semper & ubiq; almā perpetuam & ueram pacem conseruet, donet, contra Satanam, mundum, & carnem. Hæc pax in corde per fidem in Christum est.

Paulo post uaticinatur Esaias de resurrectione mortuorum eorum qui in Messiam crediderunt & ciues sunt spiritualis Ierusalem, dicens. Viuet mortui tui, cum cadauere meo resurgent: euigilate & cantate habitatores pulueris, quoniam ros herbarum ros tuus, & terra inferos ejicit. Veni post pale meus, intra in cubicula tua, & claude ostia tua circa te: abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio. Ecce enim Dominus egreditur de loco suo, ut uisitet iniquitatem terræ, contra eum: & discole

Quod si iusti resurrecti sunt in proprijs suis corporibus quæ in humo iacent, tum certe ipsum ante resurgere oportuit, qui caput & rex eorum est, per quem & iusti facti, atq; a peccatis liberati sunt, per quem etiam resuscitandi sunt. Vaticinatus est itaq; hic citra controversiam Propheta

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAV M EVNT.

**Resurrectio
mortuorum.** de resurrectione Christi & Christianorum, uocatqz Christifideles, mortuos Dei, hoc est, ad Deum pertinentes uel qui Dei sunt, quorum rationem Deus habiturus, quos conseruaturus minimeqz in morte relitur, sed ad uitam reuocaturus est. Nam si Deus ipsorum, & ipsi Dei proprii sunt, certe in morte manere non possunt, nec mors eos toto deglutiuit nec eos in nihilum redigit, sed animam & corpus duntaxat ad breuetimeps sciuixit & distraxit, quandoquidem Deus non Deus mortuorum sed uorum est Matthæ. xxii. Anima apud Christum est, corpus in terra. Sed Deus nouissimo die corpora repurgabit & purificabit, gloriaqz ineffabili & infinita ornabit.

**Vita æterna
qualis** Qualis autem post hanc uitam æterna uita sit, docet nos Esaias, ubidicit, Exergiscimini & cantate. Si pijs canere debent (indubie autem catus ri sunt illud æternum Alleluia, quod mors in uictoria Christi absorpta est) certe uita nostra post hanc temporalem uitam beatissima uita erit, quæ perpetua gaudia, nullis doloribus aut calamitatibus mixta aut obfuscata, perpetuam sanitatem sine incommoda ualetudine, perpetuas & ueras uoluptates delectamenta & iucunditates sine tristio & molestia ulla habitura est, nulli morbi corpora iterum infestabunt, nec uires corporis unquam ultra senio flaccescent et decrescent, sed perpetuum uer, perpetua amoenitas, perpetua uiriditas erit. Ideo dicit Ros tuus ros est uirentis prati, hoc est, post resurrectionem non marcescetis non contabescetis, sed semper & in perpetuum florebitis, sicut prata letissima uel horti ex rore & grato uiore & amoenitate oculos omnium pascunt.

Sed ante diem huius lætissime omni fidelium resurrectionis, mulum afflictionis & tristitia subeundi erit, ut & monet Christus Ioan. xvi. In mundo afflictionem habebitis. Hoc patienter & moderate ferendum est, ut imagini Christi conformes siamus in patiendo, atque proinde etiam in gloria, pro nostra mensura. Sic & Paulus ait Philip. iii. Quæ mihi lucrat erant ea arbitratus sum dampnum esse, ut Christum lucrificiam, ut cognoscam illum & potentiam resurrectionis illius, & communionem afflictionum illius, dum conformis sim morti eius, si quo modo pertingam ad resurrectionem mortuorum.

Interea sedemus conclusi, mundo ignoti, in penetrali seu coclavi aut cubiculo nostro sanctæ Ecclesiæ, sanctissime Euangeli doctrinæ fidientes eius, que promissionibus fidem & animū nostrum firmantes, usqz ad iudicium, ut indignatio pertranseat, utqz iudicetur id quod iudicari debet. Nostra afflictiones non erunt perpetuae, sed hic ad tempus breue, quod momentum oculi est ad æternitatem. Exacto hoc tempore ueniet Deus ad iudicium, & reddet unicuiqz iuxta opera sua. Tum pius & infons Abel epulueribus terræ prodibit, nec amplius terra sanctorum corpora conteget sed proficeret in apricum ut una cum animabus suis glorificantur.

Et cap

Et cap. xxvij uaticinatur Propheta de regno Christi & Ecclesia catholica, uocatq; eam uineam. In die illa cantate ipsi (Ecclesiæ) uinea (proferēs) merū. Ego Dominus custodio eam, per momēta irrigabo eam, & ne forte (hostis) uisitetur eam, nocte & die seruabo eam. Veniunt (dies) & radicem mittet Iacob, pullulabit & florebit Israel, & implebuntur superficies orbis fructu. Eterit in die illa clangetur cum tuba magna, & uenient qui perierant in terra Assur, & qui expulsi erant in terram Aegypti, & adorabunt Dominum in monte sancto, in Ierusalem.

Hæc uinea est fidelium Ecclesia quæ uerbo Dei comprehensa & septa est. Hæc ornata est S. sancto, & rigata atq; humectata precioso sanguine Christi. Quamuis autē multe bestiæ noxiæ hanc uineam circumueant & insidiaborint in eam irrumperet, & totam deuastare conentur, nihil locius tamē uirabit et fructificabit, quia Dñs ipse est custos eius, est et uigil & speculator summa diligentia & cura eam custodiens. Sic & nouum Testamentū de Ecclesia loquitur Math. xx & xxi.

Quamuis autē hæc uinea magnas tempestates, impetus, & graues atrocēs procellas patiatur, non tamē dilaceratur nec fit minor & arctior, sed subinde & indies maior & florulentior uiridiorq;. Crescit em̄ Ecclesia & dilatatur in quatuor propagata mundi partes. Apostoli Dei oriundi e se in Iacob, & Israhelitę iuxta carnem, Euangelium sparserunt & propaganda uerunt inter omnes gentes. Per hanc eorum plantationē & irrigationem Deus dedit incrementū ita ut per Euangelium in toto mūdo ex gentibus facti sint spirituales Iacobitę aut Israhelitę, qui spiritualis patris sui Iacob fidem habent, suacq; uita eam profitentur & testantur quod fide patriarcharum prædicti sunt, filiijq; eorum fide sunt.

Sic uerus Iacob aut Israhel, hoc est, Ecclesia per totum mundum se ex tendit, quæ ante in Iudegatantū fuit. Quippe multi ab oriente & occidente uenturi & cum Abraham Isaac & Iacob in regno ccelorū accubituri erāt, Matt. viij. Bodemq; tempore gratiæ, ut gratia Christi omnib. mortalibus aperiaretur & offerreretur, tubā Euangeliū per totū mundū intonare oportuit, ut Iudegi & gentes in unam Ecclesiam cōgregarētur ex orbe toto, Domini nūm̄q; Iesum Christū adorarent in sancto monte Ierusalem, hoc est, in catholica Ecclesia, quæ est mons Dei & cœlestis Hierosolyma. Terrestris enim Hierosolyma habet suū finem, iamq; deuastata est, ac typus tantum fuit cœlestis. Iam uero cū ueritas & res significata aduenerit & præsto sit, nihil opus amplius est figura. Cassa iraq; & frustranea est spes & expectatio Iudeorum, qui has Prophetias de terrestri Ierosolyma intelligunt, que nunquā ad pristinā stiā dignitatē & statū reditura est, uelut Daniel cap. ix predixit.

Quod si haec uinea Ecclesia catholica aut Christianismus per totum mundum esse debuit, sicut omnes gentes Christū adoratur, ueruscq; Israhel fu-

DE CONC. CHRI. AD DISC. EM AVM EVNT.

turē, præsidioq; & auxilio Christi floridature & uirides futurē essent, certe Christum a mortuis resurgere oportuit, ut magnā ac spaciōsam hanc uineam plantaret & custodiret, utq; ita non tantum Israhel secundū carnem, sed & nos gentes, spirituales Israhelitas liberaret & conseruaret. Hoc duobus istis discipulis in mentem non uenit.

V R B A N V S.

In omnibus his uaticinijs, diligenter & penitus introspectis & excusis, inuenitur resurrectio Christi & Christifidelium. Hæc est uera liberatio Israhelis, non tñ a Rege Assyriorū aut Babylonis, sed ab inferorū Tyranno immanissimo & horrendissimo Satana, & a Morte sempiterna.

Alijs etiam locis uaticinat̄ Esaias de tempore illo gratienoui Testamēti, quo Christus uenit & S. sanctus in corda credentiū mittebatur, per quē in regno Christi uera pax & uera summaq; securitas cōscientiarū donabatur. Sic aut̄ uaticinat̄ cap. xxxij. Pallacium desertū erit, donec effundatur super nos sp̄ritus de celo, & stat ex deserto ager cultus, atque ager cultus pro sylua reputetur. Habitabit iudiciū in deserto, & iusticia in campo ferri illi manebit. Et erit opus iusticæ pax, & opus iusticæ tranquillitas atq; securitas usq; in seculū. Et sedebit populus meus in habitaculo pacis, & in mātionibus securis, atq; in refrigerijs tutissimis.

Esaias prædixerat Iudæis futurū ut urbs et regnū eorum deuastaretur, id quodet postea per Chaldaeos factū est. Hocq; fieri oportuit, anteq; ueniret Messias, qui oībus calamitatibus finē imponeret. Et S. sanctus Hierosolymis, ubi Christus suis Apostolis uisibiliter misit, Acto. ij. Tūdem uera Hierosolyma super lapide angularē Christū per Apostolos ædificata est.

Tum & desertum, hoc est, reliqui ex Iudæis & gētibus, erunt ut ager diligenter & laboriose cultus, ferentq; fructū copiosissimū in fide Christi. Et ager qui ante uirebat, hoc est, synagoga redigetur in saltum & desertū. Tum uera iusticia in hoc regno Christi habitabit, hoc est, fides in Christum quæ producit fructū pulcherrimum & iucundissimum, ut p̄ pacem, nimirum pacem ueram in Domino, pacem conscientiæ, de qua Romanis v. ueram quoq; & æternam securitatem.

Vocat aut̄ Ecclesiā Christi, habitacula pacis & tabernacula fiduciae seu domicilia tuta, eo q; nusquā alias pax, nusquā securitas sit a tyrannide maiori illius sp̄ritus, a peccatis & morte, q; in sola Ecclesia Christi. Nam qui Ecclesiā custodit & tuetur, is ipse est Dñs ille exercitum, qui Satanam uicit, & Sion, hoc est, Ecclesiā firmo & solido fundamento stabiluit, et ubi que ab oībus imminentibus malis potenter defendit. Is solus recōciliationē peperit & promeruit. Ecclesia est spirituale illius corpus, est templū eius, est regnum eius in quo habitat. Proinde nusquā esse potest uera pax alibi, q; in Ecclesia in qua pacem cum Deo habemus per unicum mediatore & reconciliatorem.

reconciliatorē Christum. Extra hoc habitaculū Dei mera est indignatio, bellum & infesta oia. Nā in eo qui in Christū non credit, manet ira Dei, eumq; in æternum perire necesse est. Sed uera pax & securitas, quā hic in fide habemus per arrabonē futurę hæreditatis S. sanctū, in futura uita de-
mum incipiet, cum ultimus hostis mors in totum abolita fuerit.

Item Elsa. xxxv. cap. est prophetia plena consolationis de Christo & re-
gno Ecclesiæ, de doctrina Euangeliū, de miraculis & signis Christi, deq; uera liberatione per Christū, et de æterno gaudio Christifidelium. Verba
prophetiae hæc sunt. Lætabunt̄ solitudo & desertū, et exultabit locus squali-
lids, florebitq; quasi lily, florens florebit, & exultabit subinde exultati-
one atq; iubilabit, gloria libani dabitur ei, decor Charmel & Saron: uide-
bunt̄ illi gloriā Dñi, & magnificentiā Dei nostri. Confortate manus re-
missas, & genua nutatia & roborate. Dicite ad eos qui præcipites sunt corde:
confortemini, ne timeatis: ecce Deus uester ueniet cum ultione (uidebitis)
retributionē Dei: ipse ueniet & saluabit uos. Tunc aperientur oculi cæco-
rum, & aures surdorū referabuntur. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & in
laudē prorumpet lingua muti: quoniā effossæ sunt aquæ in deserto, & flu-
mina in solitudine. Redactus q; est locus aridus in stagnū, & terra sitculo
la in scaturig ines aquarū: & in habitaculo ubi draco recubuit erit locus hu-
mectus p arundine & iuncō. Erit quoq; ibi semita & uia, & uocabiſ uia
sancta: nec transibit per eā immundus, sed erit illorū: & non oberrabunt,
affuetus itineri & stulti. Non erit ibi leo, necq; sequū animal ascendet per eā
(uiam) nec inuenietur ibi, sed redempti ambulabunt (per eam uiam). Re-
dempti in quā Domini redibunt & uenient in Zion cum exultatione, &
gaudium perpetuum erit super caput eorum: & apprehendent gaudium &
læticiam, fugientq; tristitia & gemitus.

Tum Iudæi, tum Christiani hoc caput Elsaiae accipiunt de tēpore Mef-
siæ, quo nouū Testamentū per totum mundū promulgatur. Vtitur autē
Propheta oratiōe picturata sub qua magna mysteria recōdūtur. Libanus
charmel & Saron sunt loca terræ Canaā, per quæ incole eius terre intelligi-
debent. Etho florere & exultare, spirituale est, quod in pectoribus homin-
um, cum Euangeliū Iesu Christi audiunt. Estq; hæc sententia Prophetæ.
Eisī recal citrans & inobediens synagoga, principes in Iudæa & maxima
pars Iudeorum una cum regno suo deuastabuntur & abolebūtur, attamē
aliqui superstites & reliqui erunt, populusq; Dei florebit & augebit. Id tem-
poribus Christi in terris agētis in Iudea impletū est etiā in Iudeis. Christus
nāc et discipuli eius peragrabāt totā eā regionē. Fuit et Christus in deser-
to. Euangeliū itē in ciuitatibus, uicis, pagis, agris, aq; s, mōtibus, editis etiā
maximis et stupēdis miraculis prædicabatur. Et quis in torrido & infrugife-
rodeserto siebat, lætū tamen & frugiferū desertum fuit, cum fontes gratiæ

DE CONC. CHR I. AD DISC. EM AVM EVNT.

Dei tam copiose & exundanter ibi scaturirent & manarent, & S. sanctus per Euāgeliū tam præclarum & eximium fructum ferret, ubi ante prop̄ ter tenuem de Deo cognitionē tanta ariditas siccitas & infœcūditas fuerat.

An non eximij & pulchri fructus sunt, an non fragrantissima et formo lissima lilia sunt, fides in Christum, cognitio peccatorum & gratia Dei, remissio peccatorum, læta & serena conscientia in Domino, & opera bona ex uera charitate & fide non simulata. Hæc aut̄ gratia non tantū hæsit apud reliquias Synagoge, sed & per Iudæos hoc est Apostolos in aridum horridum & uastū desertum gentiū delata est, quod fonte Euāngeliū quoq; irrigatum & fœcundum factū est. Atq; ita præsignia & inæstimabilia dona Dei, quæ ante apud Synagogam tantū fuerant, nunc Ecclesiæ ex reliquis Iudæis & gentibus data sunt, uidelicet quod habemus uerbum Dei, Legem, Prophetas, & Euāngelistas, eorumq; sanum & uerum intellectum. Quæ omnia in creduli Iudæi non habent.

An nō maximia & infinita gratia, gloria ac donū est Dñm uidere, hoc est, Iesum Christū cognoscere, cuius cognitio & sciētia nos iustificat. Et illi, per quam liberamur a peccatis, a morte & ab omnibus querūnos satani réos agebat.

ANNA.

Quæ est autem concio & lætum Euāngeliū per quod tanta sunt:

VRBANVS.

Praecones & doctores Christi consolationibus uberrimis & solidis erigent atq; firmabunt omnia contrita & humiliata peccato quæ agnoscunt & confitentur peccata sua, gratiamq; Christi expetunt. Nā Deus illis constituit & promisit auxilium consolationē præsidium in Christo, ut a morte & tyrannide Satanae nihil periculi ipsiis sit.

ANNA.

Quod est illud solatium & auxilium?

VRBANVS.

Evidē uerissimum & firmissimum est auxilium, Deus ipse præsens in propria persona ut nos liberet. Ait em̄ hu iabo, ipse ueniet. Vbi igitur relinqueret loci aliquid peccato, morti & Satanae, cum Deus ipse uenerit ad nos ab ijs redimendos; Necesse est eos ad contemptū Dei fugere & euangelizare. Hæc Prophétia impleta est in Nazareth et Bethleem cum Dei uerus et naturalis filius, æternum uerbum patris, in propria persona humana natu rā assumēs in unitate æternæ suæ personæ in uirginea aluo Marie propterea nos uerus homo nascere, ut in æterna innocentia inculpata & iustissima illa sua persona, perditum & lapsum genus humanum restauraret & in pristinam dignitatem restitueret, & ex omnibus calamitatibus liberaret. Id quod & per passionem & resurrectionem suam præstítit.

Cleophas & comes eius tam diligenter hoc uaticinium de Messia non satis excusserunt, nec probe intellexerunt, Nam si intelligissent, incredibili laetitia exultassent, dixissentq;. Indignentur sane fremanfuriātq; Pha-

DIALOGVS VRBAN. RHEG.

risæi & scribenostri impotentissimi. Quid tum postea? Messias noster illorum quantumuis immanem sœuiciam atq; impotentiam facile uincet, nec illa crudeli iracundia in totum nobis auferetur. Quod semel moritur, id uoluntate eius fit. Vlro em eam morte p opter nos subire uoluit. Nisi se sponte tradidisset Iudæorum manibus & crudelitati, ne leuissima quidē iniuria afficeret nec contingere eum potuissent. Sed non manet in morte quia Deus est, qui etiam nobis miseris peccatoribus auxilium, subsidium, & æternā consolationem ac gaudium promisit, eacq; omnia dare & potest & uult que promisit. Et quia Deus erat a mortuis propria uirtute resur- rexit, morticp omnem potentiam abstulit, primū in propria sua persona, deinde in nobis etiam qui in eum credimus. Evidem uidimus tanta et totius miraculosa facta, quæ sati testantur eum esse uerum Messiam, uidelicet, quod cæcis uisum restituit, surdos audire fecit, mancos ac debiles sanare, mutis sermonis uisum reddidit. Atq; hinc dicit Propheta. Tunc aperiētur oculi cæcorum. Per uocem TVNC intelliges tempus illud optatissimum & lætissimum gratiæ Noui Testamenti, tempus illud Christi, quo tempore fontes aquæ uiuæ in desertis in quibus Deus ignorabatur & no- tuus non erat, ex alio loco in aliud fluent: quia ex una Ecclesia aut cōgrega- tione piorum Euangeliū dimanabit & latissime propagabitur in alia lo- ca, ut & in ijs Christū discant agnoscere. Vbi ante etiam serpentes uirus il- lud false doctrine superstitionis atq; idololatriæ effuderunt, istuc sana do-ctrina ueritatis apportabitur, eacq; fructus amplissimos feret.

ANNA.

Quid est autem semita & uia sancta in hoc uaticinio per quam pollu-
tus non transit?

VRBANVS.

Loquitur in prophecia hac de Euangeliō Christi & Ecclesia eius: est ita q; sancta uia cuius hic mentio fit, fides in Iesum Christū uerum Deū & via sancta uerū hominē ex semine Abrae & Dauid in tempore natū. In hac uia eūt que uere Christifideles, electi, In hac uia ambulauerunt Abraham, Isaac, Iacob, Dauid, Maria, & Apostoli. Nec ulla alia ad Deum uia est quā hæc. Iohann. xiiij. Ego sum, inquit Christus, uia ueritas & uita. Nemo uenit ad patrē nisi per me. Evidē nulla est fides alia uera quā Christiana & catho- lica fides. Relique sectioēs sunt aliud nihil q; errores & superstitiones Sa- tanice. Nemo hoīm unq; saluatus est nisi fuerit Christi fidelis, hoc est, nisi in Christū credidit. Ideoq; fides hec Christiana siue in Christū, uera, expe- dita, unica & sancta in æternā salutē uia est. Qui hanc uia ingreditur, quis quis tandem fuerit, etiā rudissimus oīs mundanæ sapientie, etiā simplicissi- mus idiota, is non potest nō æterne salutis consors fieri. At qui alia insistit uia, quantumuis secundū mundū doctus, sanctus, sapiens et prudens fue- rit, istota uia adeoq; toto coelo errat & recta ad inferos properat. Hæc sola etiam uia tutissima est & munitissima, in qua Leones & sera-

DE CONC. CHRI. AD DISC. EM AVM E VNT.

sylvestres nos iedere non possunt. Quippe qui in hac semita manet, qui sunt de nusquam declinant, eos neque Tyranni neque falsi doctores laedere possunt. Nam ut maxime facultates & corpus etiam ipsi ablatum fuerit, nihil inde damni sed summum lucrum faciunt. Omnia enim in salutem illis cedunt prouidente Christo, qui eorum curam agit, eosque custodit ita ut ne minutissimum quidem ossium eorum perire patiatur.

ANNA.

Sed qui sunt redempti a Domino?

VRBANVS.

Et Iudei & Gentes omnes in Iesum Christum credentes, hoc est, omnes uere Christiani. Hi erant abducti a Sarana in horribilem captiuitatem peccatorum & mortis, in eaque captiuitate in perpetuum detentifuerint, nisi Dominus ipse uenisset, eosque suo preciosissimo sanguine redemisset. Sed uenit Dominus ille, Satanamque deuictum spoliauit, atque ita redempti hi redeuent in Sion, hoc est, in Ecclesiam sanctam Catholicam, per fidem & sacramenta, & ueniunt cum laude, iubilo, exultatione. Quo enim captiuitas tertiaria atque horribilior fuit, eo maior est etiam laetitia inde redemptorum. Atqui haec captiuitas æterna & tenebris horrendissima fuit, in qua æternum & corpore & anima miserrime omnibus cruciatuum generibus cruciandi fuissimus. Haec calamitas, rationem ac sensus omnes operat. Ideo & merito laetitia haec in Domino in Sion infinita & immensissima est.

Mundus sua quoque gaudia habet, sed mundi gaudium momentaneum & per breve gaudium est. Aufertur enim & finem habet. Sed Christifidelium laetitia æterna est. Hic incipit in fide, sed tum demum prorumpet & exeret se cum ultimus hostis Mors absorpta, & Satan cum mundo suo celerato & impio in abyssum inferni in æternum cruciandus præcipitatus fuit, ac tunc omnes qui in Christum crediderunt, hoc est, totum regnum Christi, ab eo tempore nullis hostibus neque calamitatibus in posterum conflictabitur. Tum demum inchoabitur uerum & æternum gaudium Christifidelium, omnesque tristitiae, doloris & eruminque finis erit. Quippe regnum Christi, cum gloria eius manifestata fuerit, peccatum amplius tum non habet, nec mortem nec morbos nec persecutionem, nec ullas calamitates aut incomoda sentiet, omnesque causæ molestiarum per Christum tum sublate sunt, sicuti Christus testatur Ioannis xvi. cap. Iterum uidebo uos & coruestrū gaudebit, & gaudiū uestrū nemo tollet a uobis. Et Apo. xxi. Deus abstulerus est omnem lachrymam ab oculis eorum. Et mors ultranone erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra.

ANNA.

Cum per Messiā tam plenā & absolutā redēptionē ab oībus peccatis morte et damnatione, uitamque æternā cum perenni gaudio habituri essemus, certe ipse in morte manere neque debuit neque potuit. Utinam hoc si de etiā apprehenderemus & semper in Domino gauderemus.

Christianorum uera gaudia

VRBANVS.

Equidē hoc a nobis fieri debebat. Sed Spiritus ille malus temptationibus suis nonnunquam densam & atram nubem Soli huic obducit, ut eumали quando non uideamus, tristitiaq; afficiamur, ut tam immensæ & iuæstima bilis promissionis de uita æterna obliuiscamur, aut certe non tam diligenter apud nos expendamus & nobis tam alte infigamus. Verum gladium spiritus sancti, hoc est, Euangeliū, semper in manib; gestabimus, eoq; ab ignitis telis hostis nos defendemus, fidem usū & seria diligentiq; tractatione atq; auditiōe ac lectione scripturarū excitare atq; exercere debemus, ne in securitate carnali obdormiamus. Subinde cum sanctissimo propheta David prorumpere in has uoces: Aspice & exaudi me Domine Deus meus: illumina oculos meos, ne forte dormiam in morte. Ne forte dicat ho-

ris meus: præualui ei, & tribulatores mei exultent si lapsus fuero.
Exiit & uaticinium de Christo Esaiae xl. hoc. Super montem excelsum ascende tu Sion annunciatrix, eleua uiriliter uocem tuam Ierusalem annunciatrix: exalta & netimeas: dic ciuitatibus lehuda, ecce Deus uester. Ecce Dominus Deus ueniet potenter, & brachium eius ex seipso potens erit: ecce merces eius cum ipso, & opus eius ante ipsum.

Hic Sion & Hierusalem admonentur ut annuncient gratiam & potentiam Dei in Christo & aduentum eius. Quasi diceret ad alias Iudeæ ciuitates, Iampridem expectatis Messiam, qui in lege & Prophetis promisus est. Nunc respicite nunc arrigite aures & animos. Videte hic est Deus uester, nempe Messias ille, potentissimus dominator, qui potētiam suam declarat hoc ipso q; uos redimit ab hostibus potentissimis & crudelissimis, uidelicet, peccato, morte & inferno. Quicquid uel cogitat facere, id potest præstare & absoluere, ita ut nemo eius conatum remorari aut impedire possit. Quippe Deus ipse est in & sub natura humana. Sequitur etiam in Esaia quomodo suum populum aut regnum gubernet, uidelicet summa cura, fide & sollicitudine, dicens: ipse quasi pastor gregem suum pascet, & brachio suo congregabit agnos, portabitq; in sinu suo, & foetas suauiter ducet.

Nos sumus agni Ioan. x. Christus est pastor, pascit aut nos saluiflico uero suo, quod cibus noster est. Et quamuis adhuc imbecilles & imperfecti sumus secundum carnem, non tam propterea nos abiicit et a se repellit, sed gestatos nos in sinu ac gremio souet. Est enim regnum Christi regnum gratie. Sic certe duas has infirmas ouiculas Cleophā & comitem eius gestauit, quia ualde rudes & tardi atq; imbecilli fide prædicti erant, sed pascit eos uerbo Dei, eaq; eis commemorauit unde maxima læticia affecti & uehementer animo recreati sunt, ut & alios consolari possent.

Item Esa. xlivij ait Christus ad populū suū. Tu seruire fecisti me in peccatis tuis, & fecisti me laborare in iniuitatibus tuis. Ego ego sum, qui delecterat tua propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Causa et fru
ctus passionis
Christi

Hic uidemus quid Christum coegerit pati & mori, nimurum, peccata nostra. Solus autem Christus nec alius ullus pro Ihs debuit & potuit Deo satisfacere: opera & passiones nostræ id prestare non poterant. Non itaq; iusticia nostra in nobis, in nostris operibus aut passionib; sita est, sed in passionibus & operibus Christi, Is expiat condonat & delet peccata nostra non propter dignitatem meritorum nostrorum, sed propter seipsum. Hic habemus causam & fructum passionis Christi. Cogitassemus igitur hic duo illi discipuli. Passus quidē est, nō coacte tamen sed ultro. Patris uolū tas fuit, fuit & ipsius Christi uoluntas ut pateretur, Hacq; unica ratione ac modo uoluit uerum Israelem redimere & regnum suum auspicari.

Paulo post cap. xliij. indicat qui fructus ex tantis laboribus, eruminis & cruciatibus a Christo propter nostra peccata toleratis proueniant, uide licet q; datur Spiritus sanctus cū donis suis, per que regnū Christi, Ecclisia crescit uiretq; instar agri foecūda pluua in Maio irrigati & humectati. Cum Deus impium iustificat, tum condonat ei non tantum peccata, sed & Spiritum sanctum illi largitur cū donis suis fide scilicet, charitate, spe, gaudio, & pace conscientiæ. Inde crescit & prouenit uerus Iacob & Israhel. Sic itaq; affatur Israelem. Effundam aquas super sicutientem, & fluentia super aridam: effundam Spiritum meum super semen tuum, & benedictionē super germina tua. Et succrescēt quasi (seminata essent) inter herbas, & quasi salices iuxta riuos aquarum. Iste dicet, dñi ego sum, & iste uocabit se nomine Iacob: & ille scribet manu sua Domino, atq; in nomine Israhel denominabit se.

Hic habes uocationem Gentium q; & ipse futuræ sint Iacob & Israhel in spiritu & fide, q; ore manibus q; Christum suū Dominū & Deum esse professuræ sint. Hæc itaq; uera liberatio Israhelis est q; Christus tum ludæos tū gentes a peccatis, ab oī bus erroribus, & ab eterna morte liberat: & spiritum suum sanctum Ihs largitur, ut Deum agnoscant, cōfiteantur, laudent, & glorificēt & tandem e morte resurgent, in sempiternum cum Christo uiicturi. Hæc est benedictio benedicti seminis Abrae ex quo regnum Christi succrescit.

Discipuli fortassis suspicabantur fore ut Messias Iudæos uī & armis liberatos omnium opum affluentia & pacis perpetuæ omnigenis commoditatibus ditaret in regione Canaan. Sed leuis hæc & misera liberatio est collata ad liberationē ab æterna illa captiuitate & tyrannide Satanica quam premebamur. Cumq; Propheta Israelem propter Idolatriam obiurgatum accusasset, q; uerum Deum nō uere & rite colerent, sic deinde ait: Recordare istorum Iacob & Israhel, quoniam seruus meus es tu: ego formauī te ut sis seruus meus: Ideo tu Israhel ne obliuiscaris mei. Ego deleui quasi nubem iniquitates tuas, & quasi nebulā peccata tua: reuertere ad me quoniam redemi te. Laudate cœli quia fecit Dominus (bona populo suo) iubilate

bilate inferiora terrae, rumpite montes in laudem, sy Iua & omnia lingua eius: quoniam redemit Dominus Iacob, & in Israel magnificabitur.

Hoc Ecclesia de Christo intelligit uero redemptore et liberatore. Nec enim ullus alius redemptor est generis humani quam Christus. Nec ulius Deus alius est qui peccata deleat & condonet quam Christus Iesus solus. De hac gloriosa, incomparabiliter atque inestimabili liberatione, merito uniuersa creatura gauderet & exultaret. Nam summum & maximum beneficium hoc est & tantum, ut nullum nobis maius, nullum excellentius contingere possit, quod unicus & aeternus sacerdos & rex Israhelis Christus Deo nos reconciliat, peccatis nostris deletis & morte inferis nos deuictis ac prostratis.

Vaticinatur & cap. xlix. de Christo & Ecclesia Christi Esaias mulieris & perspicuis uerbis, ubi sic ait. Sic dicit Dominus, redemptor Israel & sanctus eius, ad eum cuius anima contemnitur, & in abominatione est genus & dominantium est seruus: reges uidebunt & surgent principes & adorabunt, propter Dominum qui est fidelis, & sanctum Israel qui elegit te! Sic dixit Dominus: in tempore gratiarum uoluntatis exaudiui te, & in die salutis adiui te: ego seruabo te & dabo te in feedus populi, ut resuscites terram & possideas haereditates desolatas. Dicas uincitis, exite; & his qui in tenebris sunt, reuelamini: iuxta vias pascuntur, & in omnibus locis emigrantibus erit pascua eorum. Non esurient neque sitient, & aestus aut sol non percutiet eos: quia miserator eorum dirigit eos, atque iuxta scaturigines aquarum duget eos. Et ego ponam omnes montes meos in uiam, & semper meae eleuabuntur. Ecce isti a longe uenient, & ecce isti ab Aquilone & a mari, & isti de terra Sinis (Australi) Cantate cœli, & exulta terra & montes erumpite in laudem: quia consolatus est Dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur. Zion autem dixit; dereliquit me Deus, & Dominus meus oblitus est mei. Nunquid obliuiscetur mulier infantis sui, ut non misereatur filij interi sui? etiam si illa obliuisceretur, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus sculpsite, muri tui coram me stant, ate discedent. Leua per circuitum oculos tuos & uide, omnes isti congregati uenerunt ad te: Viuo ego dicit Dominus, quia omnibus his ueluti ornamento uestieris, & quasi sponsa circumligaberis eis. Siquidem de solatio[n]es tue, deuastationes tue, & terra tua euersa, nunc angusta erit ppter habitatores, & elongabuntur, qui te absorbebant. Fiet quoque ut ad huic dicturi sint in auribus tuis filii tui orbat: angustus est mihi locus, secede a me ut habitare queam. Et dices in corde tuo, quis genuit mihi istos, cum ego fuerim sterilis & solitaria, exulans & abducta: quis inquam enuit istos? ecce ego sola sum relicta, & isti unde sunt: Sic dicit Dominus Deus: ecce leuabo super gentes manum meam, & inter populos exaltabo

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

signum meum , & adducent filios tuos in sinu , & filiae tuæ super humerum portabuntur. Eruntq; reges alumni tui & reginæ eoru nutrices tuæ. Facietenus coram te in terram procident , & puluerem pedum tuorum lin gent, & scies quia ego sum dominus , & quod nō confundentur qui me expectant. Nunquid auferetur a fortis rapina? & nunquid captiuitas iustilibe rabitur? Verum sic dicit Dominus: nedum quod fortis abduxit auferetur, sed & rapina tyrannica recuperabitur, & cum eo qui contendit tecum ego contendam, acq; filios tuos ego saluabo . Et cibabo eos qui tibi uim fecerunt carne sua, & quasi musto sanguine suo ineibriabuntur: & sciet omnis caro, q; ego sum Dñs saluator tuus et redemptor tuus magnificus Iacob.

Hoc uaticinium consolatur uerum Israelem, hoc est, Ecclesiam, spirituale regnum Christi iudeis & gentibus congregatum, docetq; nos quis sit condicio regni Christi in hoc mundo, uidelicet quod nihil sit contemnitibilis ac uilius quam ueri Israhelitæ aut uere p̄ij in Christum præse fert, & adeo ab omni fastu, ferocia, ostentatione, magnificencia istam mundanam alienus est, ut mundus ob idem contemptui habeat & nihil faciat, perinde ac si nihil essent omnia quæ egisset. Nam cum fere in trigeminum quartum annum usq; , in specie humili ac uili perinde ut peregrinus interris obambulasset, tādem morte probrofissima & ignominiosissima obiit. Ac nunc Christifideles suo capiti conformes fieri , & in terris contemptibilem, afflictum & omnibus calamitatibus expositum populum esse oportet, teste Paulo , i. Corin. iiiij.

Tertullianus scribit in Apologetico contra gentes, Christianos suæ tate homines inutiles esse uocatos, ut qui nulli rei usui essent. Cyprianus contra Demetrianum scribit, q; suo tempore , quicquid infortunii interris accidebat , quecunq; annonæ caritas erat , deniq; quicquid usquam mali ac infolicitatis eueniebat, hoc totum Christians ferebatur acceptum. Et Paulus Romanorū viij. ex xliij. Psal. Christifideles in hoc mundo uocates mactationi destinatas. Nam omnes qui Christo aduersantur, uere in Christum credentes mactare ac dilaniare conatur, & qui eos mactari, putat se Deo etiam gratissimum cultū præstissem. Ioan. xvi. Quapropter in primis necesse est ut hic se muniant p̄ij & firmis consolationibus pectora aduersus omnes impetus obfirment, ne sub cruce delassati desponsio ante succumbant.

ANNA:

Quid igitur consolationis in his tantis eruminis suppeditat S. sanctus?
VRBANVS.

Primum uocat reliquias populi sui, Christifideles scilicet, animas quidem uiles ac contemptiles quas mundus abominatur , quæq; tyrānorū uores mactationi destinatae esse coguntur, sed contra promittit illis fore ingen-

tem

tem mutationem in his hostibus, uidelicet quod plane alij sint futuri, suū que ingenium, mores, animuni, mutaturi, & tales futuri ut pios summo gaudio summoq; honore afficiant propter Dominum, quem per Euangelij prædicationem cognoscent & suscipient. Hoc accidit tum cum Romanorum Cæsares, qui ante acerrime regnum Christi infestabant & gravissimi persecuendo imminebant, quotidie Christifidelibus mactatis & trucidatis, tandem et ipsi Christianū nomen profiteri sustinuerunt, uereq; prijs summos honores habuerunt & eos ut dilectum DEI populum unicē & amanter coluerunt, ut Cōstantinus Magnus, Theodosius, Carolus Magnus & alij plures Cæsares pī factitarunt, unde in Christum credentes in hoc etiam mundo summa uoluptate delibuti et gaudio maximo affe-
ctisunt.

Sed uera consolatio in uerbis sequentibus demum aperietur, ubi Propheta dicit: Exaudiū te in tempore placito &c. Hoc tempus acceptum seu placitum est tempus illud gratiæ Noui Testamenti in quo Deus fons misericordiæ exundantissimus thesauros & *κερπίλια* suæ gratiæ aperuit, et secundus perennis suæ misericordiæ publicitus per totum mundum promulgari iussit. Sicut & Paulus hoc uaticinium interpretatur ij. Corin. vi. Nam Deus misit Christum. Christus autem omnia persecutus quæ ad liberationem humani generis pertinebant, peccata perlitabantur & expiatabantur, mors absorbebatur, lex implebatur, Satan fractus & prostratus uincebat. Hæc tanta beneficia & bona, tantamque uictoriæ Deus mundo iussit offerri & douari per Euangelium. Enim uero hæc dies alma & optatissima lætis- simaq; Domini est, dies ueræ salutis & auxilij.

Deus etiam suos, hoc est, in Christum credentes in foedus populi dei-
dit, sicut Christus inter Deum & homines foedus est. Siquidem in Eccles-
ia & apud Ecclesiam inuenitur Dei uerbum, & ueneranda Sacra-
menta, per quæ Ecclesia alios etiam adducit in foedus gratiæ, ut & illi diuinæ pro-
missionis participes fiant.

Donec homines nulla Dei cognitiōe imbuti sed falsis de Deo opinio-
nibus, superstitionibus & idolatrijs animos occupatos ac dementatos ha-
bent, per dissipatorem & disturbatorem Spiritum illum malum, Luce xi.
dispersi & diuisi sunt, & haereditas dissipata est. Sed per Euangelium &
doctrinam Ecclesiæ, Christifideles congregantur in unitatem saluantis
Fidei.

ANNA?

Quid docet autem Ecclesia nondum credentes?

VRBANVS.

Hoc docet quod hic Esaias dicit. Exite & reuelamini uel prodite, quasi
diceret. Sedetis in carcere Satanicō & in tenebris incredulitatis & omnium
peccatorum, si in eo carcere & tenebris permāleritis in æternum peribitis.

DE CONC. CHR I. AD DISC. EM AV M EVNT.

Ideoq; exurgite, exite, & nulla mora facta fugite e regno Satanæ, penitentiam agentes ad meliorem frugem resipiscite, credite Euangelio, tunc cognitione Dei illuminabuntur corda uestra, tunc et uos ipsos cognoscere distis, iusticiamq; & salutem accipietis. In regno & carcere Diaboli nihil est aliud quam æterna fames, penuria, & omnium rerum extrema inopia, at in Ecclesia quæ est regnum Christi sunt lætissima & saluberrima pascua. Quippe Euangelium est nuncium & uerbum uitæ lætissimum & iucundissimum summaq; consolatione plenum, in quo ueram & solidam & omnigenam uoluptatem atq; omnium rerum affluentissimum penet cor nucopias inuenimus & habemus, uidelicet remissionem peccatorum, ueram iusticiam, pacem cum Deo, gaudium Spiritus, securitatem et tranquillitatem conscientiae, summam & ueram consolationem & uitam. Hoc uult Propheta his figuratis uerbis ubi dicit: super vias pascentur et in omnibus planis pascua eorum. Non elurient neq; sitient & non percutiet eos austerus & sol &c.

Sed unde hæ delitiæ hæc uoluptas tanta illis proficiscitur? Respondet Propheta, Quia miserator eorum reget uel ducet eos. Sunt, ut audis, in regno misericordie ubi eos Christus ipse ducit per uerbum & Spūm suū. Hæc uerbum scilicet, Sacramenta & Spiritus sanctus sunt dulces fontes & scaturigines quibus sitis spiritualis ubiq; & semper extingui potest. Ecce non hæc spiritualis sitis extinguatur, utque pascua uitæ inueniri possint. Dominus omnes montes ponet in viam, hoc est, in omnibus congregationibus aut coetu Christianorum locus dabitur, ut nullo negotio & facilitate ad eum perueniri possit. Erit uia tritissima & frequentatissima, facilis et expedita, ne quis queri de ea uia possit, quo minus Christifidelis fieri potuerit. Nā quocunq; in statu & genere uitæ quisquam fuerit, quod modo contra Dei uerbum non est, si in Christum crediderit, nihil erit periculi, peccatorum remissionē accipiet & hæres æternæ salutis erit, siue iudeus siue gentilis, siue herus seu seruus, hera aut serua, magistratus aut subditus.

Et de longe uenient. Ante Christifideles aut populus Dei erant intertra parua Canaan, Ecclesiæq; tum finibus artis circumscripta erat, sed nūc extendetur per totum mundum, & ueluti Christus ait, Luce xij. Veniet ab oriente & occidente et aquilone & austro, et accumbent in regno Dei.

Iubet hinc Propheta omnes creaturas exultare & iubilare. Oœcum exultaturæ sunt in duobus locis, uidelicet in coelis & terris. Causa autem exultationis & iubili est quod Deus pater filium suum misit in mundum, nobis que Euangelium dedit e coelis, quod nuncium est reconciliationis inter Deum & hominem, & uerbum gratiæ ac remissionis peccatorum. Etq; nunc populus Dei, hoc est, Christifideles extra omne periculum sint, sed præclare cum illis agatur. Mortem enim deuictam esse. Vocata autem Christifideles pauperes seu afflictos. Siquidem in hac uita contristantur & affliguntur.

fliguntur, intus pauoribus & terroribus mortis & futuri iudicij diuini, extra persecutionibus & omnis generis calamitatibus concutuntur. Sed haec est consolatio nostra quod nos Deus suum populum uocat. Quod si ipsi us populus sumus, sic ipse nos consolatur & nostri miseretur, merito lætari debemus. Quippe si Deus pro nobis quis contra nos? Quid potest nocere & contristari nos creatura, cum creator ipse consolatur & præsentि auxilio suo nobis adest?

Sed caro tamen admodum infirma est, cumq; tempestas & caligo crudelis atq; tribulationum ingruëtes nos obruunt, cum conflictamur aduersitate uehementioribus, cum doloribus acerbioribus infestamur, tum consolatoriæ illæ promissiones Dei de gratia & auxilio ipsius, eualescunt & effugient oculos nostros, ut suspicemur a Deo nos de relictos, Deumq; nobis irasci, incq; eam calamitatem nos coniectos ut pereundum sit nobis. Sic enim dicit Sion, hoc est, misera afflita & in arctum coacta Ecclesia, in infirmitate & temptationibus maximis: Dereliquit me Dominus & oblitus est mei. Peccata mea nimia & nimis magna & grauia nimis enormia sunt, o Deus. Quid me fiet, o miserum me. Quomodo mortem æternam & iram diuinam effugiam?

ANNA.

Profecto hoc sæpe mihi usu uenit, sæpe tanta tristitia, tantis pauoribus & temptationibus confector, ut putem Deum nullam mei curam agere, non respicerem, eumque in afflictionibus & cruce derelictum memiseram & perditurum.

VRBANVS.

Caro infirma & meticuloſa non potest eas cogitationes semper excutere, quamvis promissiones Dei sint opulentissimæ & innumeræ quamvis toties Deus tam manifesto tam præsenti auxilio nobis adsit, ut præsentia illius palpare etiam manibus possimus. Attamen cum afflictio & tribulatio recurrat, omnis tum auxilij ante nobis lati obliuiscimur, atq; ita perturbamur et angimur quasi nostri obliuisci posset, cum tamen id nunquam possit. Promisit enim nobis consolationem & subsidium. Et stabit ille promis. Nam uerax est, & potentia ea prædictus, ut quod promisit præstare etiam possit. Ideoq; Esaias subdit huic querulationi piorum sub cruce gemitum consolationem solidissimam et uberrimam, qua pusillanimati et desperationi huic occurramus & corda sub cruce luctantia erigamus. Ut licet et storgis naturalibus effectu materno in sobolem tenere amatam. Ex perimur enim quod affectum ardentissimum amoris in fructum uteri ipsius matris inseuerit Deus, ut potius ipsa mori sustineret quam pateretur iniuria & calamitate aliqua liberos suos affici. Attamen si qua mater fidei

DE CONC. CHRI. AD DISC. EM AVM. EVNT.

suæ obliuisci posset, tamen hoc persuassimum esse debet omnibus Christifidelibus, quod DEVS paterni sui in nos amoris & affectus obliuiscit non possit. Eius in nos fides & affectus longe superat affectum & fidem omnium creaturarum. Id quod Christus Matthæi viij. satis significat in filio a patre panem petente, cui pater non lapidem porrigit loco panis. Si igitur nos qui mali sumus, bona dona damus filijs nostris, eosque summa fide cura & sollicitudine tuemur, quanto maior firmior & constantior erit Dei in nos fides & amor. Memorabilis & notabilis uox haec est, sed fide tantum potest apprehendi, alias non intelligitur.

Deinceps uero Propheta etiam docet quam diligit DEVS Ecclesiam suam, ubi dicit, quod eam in manibus suis descriperit. Quo significat, quod tantam eius curam agat, tam diligenter & attente eam respiciat, ut non quam eius obliuisci possit. Ut eius rei obliuisci non possum quam manibus semper ob oculos præsentem gesto. Cum etiam muri huius spiritualis ciuitatis semper coram oculis DEI stent, ut nos custodiat, nostri curam agat, pro nobis uigilet, in nos respiciat, ergo certe nemo nos adorari, aut ciuitatem hanc obsidere neque oppugnare potest, ut id Deum lateat. Viz. det id profecto Deus. Et si aliquando patitur nos ad tempus tentari & affligi, non tamen patitur nos submergi & perire.

Habet haec ciuitas præstantes etiam structores, seu architectones, hoc est, sinceros & pios doctores, qui eam subinde ampliorcm et munitionem reddunt. Et quamuis haeretici & tyranni conentur eam ciuitatem expugnare et subuertere, non tamen succedit quod conantur, sed ignominiam ex ea oppugnatione auferent: quia firmissimæ & solidissimæ Petrae in ædificata est, cui portæ inferorum non preualent.

In sequentibus & hoc Propheta docet, quod undique ex omnibus locis magna hominum uis sit concursura, & Euangeliæ doctrina suscepit in Ecclesiam congreganda. Deus etiam sancte iurat, quod multietiam ex Ihs qui principio Ecclesiam oppugnauerunt, in Ecclesiam uenturi, Ecclesiæ ornamento futuri sint, ut de Ihs gloriari possint. Id quod in Paulot alii compluribus accidit. Et præ multititudine ingenti hominum concurritium Ecclesia indies magis magisque dilatabitur. Principio angustatus, per exiguum habuit populum, sicuti sterilis solitaria est in domo sua, sed Christifideles quorum tam pauci erant mirabuntur tantam eorum multitudinem fieri, adeo eos augeri, & undetot populi ueniant.

Ad haec respondet Spiritus sanctus. Ego adducam, Ecce leuabo manus meam & exaltabo signum, hoc est, Crucem Christi, ad quod filios tuos conuocatos congregabo. Idque fiet singulari & eximia quadam humanitate & comitate. Est namque Euangelium blanda, humana, suauis & paterna uox, quæ filios allicit consolantissimis & suauissimis promittit, onibus

onibus omnis auxiliij & felicitatis , per quas summi etiam huius mundi & potentissimi reges & principes in Ecclesiam pelliciuntur & pertrahuntur, ut Euangelio credant, Ecclesiaç subsidio & præsidio sit. Summum etiam honorem deferent Ecclesiaç, reuerenterque eam habebunt & obseruabit. Nam uultu in terram demisso eam adorabunt, hoc est, in faciem coram eaproculbent.

Hæc est Dei promissio, quam necesse est impleri, quamvis coram munere id impossibile videatur, & sæpe plane contrarium appareat, sed expectandus est Deus, non abiencia protinus spes. Præstabit quod promisit. Vbi autem præstiterit, tum liberati & felicissimi sumus: Quicunqz enim sperauerit in eum, eiusque auxilium expectauerit, ac uerbo eius crediderit, si non confundetur sed accipiet & uidebit ea quæ sperauit.

Si uero Ecclesia in sua pusillanimitate & infirmitate dixerit: Bone Deus quomodo fiet istud, quod me dicens tam foecundam liberorum futuram qui ad Euangelium sunt peruenturi, cum tam crudelibus tyrannis subiecti sint, ut ab ihs liberari & ad me peruenire non possint. Evidem peccatum immanis tyrannus est, per id sunt excæcati, mors & infernus tam ducas & tenacibus catenis eos uinctos tenent, idqz iure faciunt: quia obdurate sunt. Hoc sibi uolunt hæc uerba: Nunquid tolletur a forti præda? Ad hoc respondet Deus quod Ecclesia sit futura magna, ampla & gloria, et qui nunc sub Tyrannis sunt, sint futuri liberi, nolentibus uolentibus Tyrannis, Nam ipse DEVS Tyrannis istis resistet, suos qz adduceret, & Ecclesiam absoluat totam, ipsique Tyranni se seuerent. Quod autem dicit, Nunquid quod captiuum fuerit a iusto redimi poterit? Sensus hic est, Lex, peccatum et mors iure nos captiuauerant, posteaquam peccatum nos occupatos & uictos tenebat, eramus eorum captiui & serui, ij. Petri i. sed fortior Heros est, cui nomē Christo Iesu, is iure etiam nos manu afferuit, & preciosissimo & inæstimabili æxvñ, hoc est, per seipsum nos redemit, ut summo iure nec uis tantum a potestate Satanæ liberati simus. Sic Elalias proprietatem & conditionem regni Christi graphicè & eleganter depinxit, ne quis cum obcæcatis Iudeis & Anabaptistis terrenum Christi regnum expectet.

Elalias quinquagesimo capite uaticinat aperte etiam de Passione Christi, & ait sub persona Christi.

CORPVS MEVM DEDI PERCVIENTIBVS, & GENAS MEAS VELLICANTIBVS: NEC ABSCONDIFACIEM me AMABIGNOMINIIS & SPVTO. ET DOMINVS DEVS AVXILIABIT VRMIHI, PROPTEREA NON CONFUNDOR: & OB ID POSVIFACIEM MEAM SICVT SILIECM, & SCIO QVOD NON CONFVNDA.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Duo illi discipuli putabant Christum iam uictum & confusum esse;
sed tertio die longe aliter serē habere cognoverunt, uidelicet, hostes Chri-
sti confusos esse, & Christum in summam gloriam exaltatum.

Esaiæ li. consolatur Propheta Ecclesiam, quæ ex reliquis in Iudea &
ex gentibus conuocatur. Hæc in mūdo afflictionem & tribulationem ha-
bet, ideoq; eam consolatur exemplo Abrahæ & Saræ. Abraham & Sara
sterilis & iam ætatis tam prouectæ ut spes proliſ nulla esset, non uideban-
tur iſ esse, ex quibus tantus et tam clarus populus proditurus esset. Nihilo
secius tamen id fit, & semen eius sic multiplicatum est, ut arenam maris
numero æquaret, iuxta promissionem Dei, ipsi Ahrahæ factam. Sicutiā,
quamuis pusillus grex populi Dei in mundo, eo tempore ut sterilis & de-
ferta annosacq; uidua fuit collatus ad innumeram multitudinem impiorū,
eo tamen resreditura est, o Ecclesia, ut crescas, ut augearis & gloriam sum-
mam & infinitam indepturas. Quanquam enim atrocissimi tibi sunt in
mundo hostes, qui omnes suos conatus huc destinant, ut te e medio subla-
tam cupiant & extirpare conentur, nihil tamē poterunt nocere tibi, non ha-
bebunt eorum consilia & conatus successum, imo ipsi quanti sunt sunt
nihil & plusquam nihil sunt. Tineat comedet eos ut uestem, & uermes ar-
rodent & consument eos, ut panium. Sed mea iustitia manet in aetér-
num & salus mea a generatione in generationem. Et addit uocem summa-
consolatione plenam: Dominus consolatur Sion, consolatur omnes rui-
nas seu deserta eius. Et ponit desertum eius quasi delicias & solitudinem
eius quasi hortum Domini. Gaudium & læticia inuenietur in ea, gratiarū
actio & uox laudis. Hoc est: Quamvis Ecclesia similis Abrahæ solitario
& deserto sit, attamen benedicetur, uiirebitque instar horti amoenissimi.
Ideoq; non debet nos offendere uilis & humiliis species Christi & aduen-
tus eius prioris, Ecclesiæq;, dum in hoc conselerato seculo peregrinatur.

Post aliquot uerba in eodem capite sic affatur Deus populum suum:
EGO EGO IPSE CONSOLABOR VOS. uel: EGO EGO
SVM CONSOLATOR VESTER. Hoc in lig-
ne & maximum mysterium est. Nam humanitatem Christi hic intelligi-
mus, quasi diceret: Hactenus uarie & multum uos consolati sunt seruimeti
Prophetæ, sed nondum uera illa Israhelis consolatio uenit. Nunc nunc
igitur longe aliter & uiuidius uberioriusq; uos consolabor. Nam ipse ipse
ego ueniam in persona propria Sionem consolatus. Hoc implenum
est tum cum homo fieret, & ad nos mirabili modo ueniret, homoque fa-
ctus cum hominibus ageret. Neque enim Prophetam aut Angelum ge-
misit, sed ipse, in plenitudine temporis, uenit in carnem, ut humanum ge-
nus uere consolaretur. Hanc consolationem die paschalis duo illi duci-
puli probe senserunt, cum DEVS ipse in humana & clarificata natura
cos

eos consolaretur e Scripturis , tristiaque eorum corda maximo gaudio ex-
 hilararet .

Item Esaiæ līj. Consurge cōsurge, in due fortitudinem tuam Zion, in
 due uestimenta decoris tui Ierusalem, ciuitas sancta , quoniam non adī-
 ciet ut amplius ueniat in te in circumcisus & immundus. Excute te de pulue-
 re, consurge & sede Ierusalem : extrica te de uinculis colliti, captiuia filia
 Zion. Quoniam sic dicit Dominus: gratis uenundati estis, & ideo absq;
 pecunia redimemini. Sic enim dicit Dominus Deus: in Aegyptum de-
 scendit populus a principio, ut ibi peregrinaretur, & Assur absq; causa ca-
 lumniatus est eum. Et nunc quid mihi hic est dicit Dominus? quoniam ab
 latus est populus meus gratis, & qui dominantur ei faciunt(eum) ululare
 dicit Dominus, & iugiter tota die nomen meum blasphematur . Propte-
 re sciāt populus meus nomē meum : Propterea inquam(sciet) in die illa,
 quod ego sum qui loquor, ego inquam. Quam ornatū sunt super montes
 pedes annūciantis, diuulgantis pacem, annūciantis bonum, prædicant
 is salutem, dicentis ad Zion: regnat Deus tuus. Vox speculatorum tuo-
 rum; leuauerunt uocem & pariter iubilant: quoniam oculo ad oculum ui-
 debunt cum conuerterit Dominus Zion. Erumpite in laudem, & iubila-
 te pariter solitudines Ierusalem: quoniam consolatus est Dominus popu-
 lum suum, redemit Ierusalem . Denudauit Dominus brachium sanctum
 suum in oculis omnium gentium; & uiderunt omnes fines terræ salutem
 Dei nostri.

Nunc iterum consolatur Propheta populum Dei promittens Christū
 uerū redemptorem, quasi diceret: Age Sion que toties afflita & tribulata
 es , quæ ab hostibus tuis capta & iterum liberata, hinc iterum capta & deua-
 stata es , ita ut misera uere & afflictissima dici possis , sed nunc recipe ani-
 mum, nunc lætare & exulta, erit huius calamitatis aliquando finis, & meli-
 ore mibi beatioremq; statum rerum tuarum polliceor. Hactenus ad tem-
 pus ab hostibus redempta es & ad tempus tranquilla fuisti, deinde iterum
 afflita es: nunc aliquando solidum & firmum auxilium feram quod eter-
 num erit, post quod nulla deuastatio nulla captiuitas amplius sequet. Qua-
 nius exime animo omnem tristiciam, collige animum, expurgiscere, Ve-
 nit aliquando tempus quo uere liberaberis. Atq; ita uaticinatur Prophe-
 ta de æternā liberatione quam in Christo habemus , qui hostes nostros a
 quibus capci affligebamur & angebamur, uicit, nosq; hostibus eruptos in
 libertatem pristinam restituit. Idque fecit nullo nostro merito sed ex mera
 gratia , quamuis summum , charissimum & preciosissimum quod habuit
 propter id expendere coactus sit. Siquidem corpus suum obtulit pro ho-
 stia, sanguinemque suū preciosissimū profudit, ut per eū oīa peccata no-
 stra expiatet, mortē deleret, infernū subrueret & euerteret, Hisq; operibus

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Suæ æternæ & infinitæ personæ æternam redemptionem peperit. Heb. ix.
Cruciat & male habet Spiritualem ciuitatem Sion quod impios apud
se & inter se ferre cogitur. Necz enim æquo animo ferre potest tantas no-
minis diuinis blasphemias, ideo promittit Deus hic per Prophetā quod
in circumcisio et polluti, hoc est, increduli quorum corda per fidem in Chri-
stum non circumcisæ nec purificata sunt, qui Ecclesiæ odio prosequuntur,
quod hi in Ecclesia nō sint regnaturi & mansuri. Id sit in hoc mundo spiri-
tualiter. Qui namqz in Christum non credit etiam si in cathedra Petri fe-
det aut primum inter principes aut gubernatores Ecclesiæ ueantistites lo-
cum tenet (ut Annas & Caiphas Synagogæ primates erant, & præterea
multi impij Iudæi pro p̄js uolebant haberi) attamen nullum membrum est
ueri Sionis, hoc est, Ecclesiæ. Non enim Spiritum Christi habet: quomo-
do igitur ad Christum caput ipsum pertinerent aut membrum eius
Extra communionem sanctorum est. Sed die redemptionis cum Christus
adiudicandum uenerit tunc demum omnes impij increduli et pseudo Chri-
stiani a credentibus etiam corporaliter separabuntur. Tunc demum etiam
Sion pulcherrima & amoenissima futura erit, cum omnes qui habitent in
ea pulchras & nuptiales uestes induerint, Ecclesiæ prorsus absqz omni
ruga & macula fuerit. Hanc uestem nuptialem qui non habuerit, is ligatis
pedibus ac manibus in exteriore tenebras projectetur. Interea temporis
Sion, iuxta externam faciem, miserabilem speciem habet, quia peregrina-
tur etiamnum in carrie, & uetus homo nondum etiam prorsus mortifica-
tus est, Satan & mundus contumelij nos afficiunt & extreme perseguun-
tur. Psychotyranni excruciant & excarnificant nos doctrinis & traditioni-
bus humanis. Sed non carnali securitati indulgendum nobis est, uerum e-
pulueribus exurgendum & corpus erigendum est, somnusqz excutiebus.
Et quamuis corpore non attigerimus metam & absolutam perfectionem,
corde tamen aspirandum & euolandum ad Christum redemptorem, uti
Paulus docet, Philip. iij. πολιτεομενοstrū inquit in coelis est. Ad hæc in
libertate persistere debemus quam Christus tam eximio & inestimabilis
precio peperit nobis, puraqz & illibata fide Christo mordicus adharere,
ac uincula humanarum traditionum e conscientijs prorsus abſicere, uſo-
lus Christus in conscientijs regnet, alioqui persistere non poterimus.

Loquitur hinc Propheta de dupli captiuitate & transmigratione:
prior est corporalis, cum in Aegypto miserrimi & afflictissimi serui
essent, & postea in Assyria etiam & Chaldæa, qui hostes grauiores &
infestiores erant quā Iudæi, atque ideo indigni qui populum DEI pro-
sua lidibine uexarent & discruciarent. Nunc autem C Deus per Pro-
phetam loquitur) misere adhuc uexamini & affligimini, Nam qui
dominantur populo meo, uidelicet Pharisæi, Sadducæi & similes

Lamentationibus & querulationibus causas dant, excarnificatis miseris & anxijis conscientijs, ut captiuitas illa corporalis tolerabilior fuerit quā hęc spiritualis captiuitas conscientiarum. Ideoq; finem faciam istius tyrannidis & carnificinæ in conscientias exercitæ, meumq; populum ipse ad me uocabo & congregabo, ut nomen meum, quod solus eorum iustificator & redemptor uerus sim, cognoscant.

Quādō autem istud fiet: Respondet, eo tempore, hoc est, tempore prioris aduentus Christi. Pergit itaq; dicens: Ecce ego ipse loquar. Hic iterū Deus suam humanitatem promittit. Nam cum Dei filius homo fieret & in terris ageret, erat singulari quodam & ante non consueto modo apud nos, uidelicet, ut uerus homo, loquebaturque ipse, qui ante per Angelos & prophetas locutus fuerat & cum hominibus egerat, Is nunc propria persona præsto est, uerus doctor, qui solus nobis audiendus est, sicuti præcepit pater, Matthæi xvij, dicens. Hunc audite. Quod loquitur id & re ipsa præstat.

ANN.

Quis est autem sermo eius? Quid loquitur? Persona siue legatus maxime uiseft, oratio igitur eius insignis et preclara extra oēm controversiā erit.

VRBANVS.

Venit, uti Paulus ait Ephe. ij. annunciare nobis pacem, quod Deus propter ipsum nobis uelit peccata remittere, in æternum non irasci, sed perpe tuo misericors pater esse.

Hoc certe lætum iucundum & optatum nuncium, & uerissimum Euā gelion est quod de æterna pace loquitur. Dicit itaq;: Quam speciosi siue amabiles pedes Evangelistarum. Quippe apportant bonum & lætissimum nuncium e coelis. Christus ipse gratiam patris, nobis donatam, ludæis prædicauit ut minister circumcisionis, hocq; nuncium seu Euangeli um de æterna pace & salute Apostolis mandauit ut prædicarent, & prædictae etiamnum, per suos ministros quibus Spiritum sanctum largitur, ut scripturas intelligere & docere possint.

Hic uides spirituale regnum, quod non corporalibus armis sed per Euangelium erigitur & instituitur. Nihil enim agunt aliud prædicatores quā ut in suggestu proclament & deprædicent gratiam Dei & æternā pacem in Christo, dicentes: Ante Satan potenter & efficaciter in mundo regnauit, at nunc uenit fortior, O Zion, ipse Deus tuus Rex est, hoc est, Christus Iesus Satanam & mundum uicit, & rex potentissimus omnium est, & dominat omnibus creaturis. Ergo nulla creatura nocere nobis potest, dum sub protectione & defensione huius Regis cunctipotentis sedes. Nam hic rex Deus ipse est.

Vigiles excubatores seu speculatores sunt Apostoli qui sic eleuauerū vocem suam, ut totus mundus illorum uocibus sit repletus. Hi simul exul-

DE CONC. CHR I. AD DISC: EM AV M EVNT.

tarunt & iubilarunt quod saluator Christus ipse adesset ut saluaret & liberaret. Videbatur etiam oculis corporalibus quod hic rex Sion conuerteret. Non uiolentiam & tyrannidem exercuit imperitando in Zion, quia nunc ascendit Hierosolymam, nunc inde descendit, prae se ferens peregrinum & hospitem. Sed conuertit Zion, hoc est, populum suum Euangelio ut reiectis erroribus ac peccatis ad ueritatem & uitam piam se conuerterent. Omnia siebant uerbo & Spiritu Christi, sed tam potenter, ut unico uerbo praestiterit & perficerit, quod totus mundus collatis oibus uiribus & opibus praestare nequit. Est mirificum & per amabile regnum. Ideoq; hora tur Ierusalem, hoc est, populum suum ut gaudeant & unanimiter similitudinem tam immensam gratiam praedicent et iactent. Vocat autem Hierusalem desertam ideo quod populus Dei tum per exiguis et nulla specie fuit. Causa autem gaudi grauiissima est, quia summa consolatio adest, ipse enim Dominus consolatur populum suum, redimitq; ex summis, extremis & ternis calamitatibus. Misit proprium filium suum, quem uocat Brachium Dei, hoc est, potentiam robur et fortitudinem. Hunc manifestauit et innotescere uoluit omnibus gentibus per Euangelion, ut nunc omnes fines terrae salutare Dei nostri, hoc est, Iesum Christum uideant, de quo ante inter gentes nihil sciebatur, sed in Iudaismo tantum expectabatur.

ANNA.

Quid dicit Isa. de Christo capite. liij, quod semper aureum caput uocas, et sic commendas, ut ediscendum etiam omnibus p̄ijs et semper presenti memoria temendum esse dicas.

VRBANVS.

Hactenus audisti quomodo Esaias Spirituale regnum Christi sub cruce & inter ea insignem et inestimabilem consolationem quam inde Ecclesia habet, descripsierit, uidelicet, q; in Christum credentes in Messia plenaria liberationem habituri, & post Crucem summam & infinitam gloriam adepturis sint. Sed in hoc cap. liij. docet Esaias per quae rex noster Christus tantas res, uidelicet, plenam liberationem ab omnibus malis, aeternum regnum, sempiternam pacem gaudium & salutem pepererit et parauerit. Vaticinaturq; clarissime de passione, resurrectione & gloria Christi, in quam per passionem ingressus est. Vaticinijs uerba haec sunt. Ecce seruus meus prudenter aget: exaltabitur & eleuabitur, & ualde sublimis erit. Sicut obstupuerunt super te plurimi, quod sic deformatus esset praeter humanum modum aspectus eius, & forma eius (alienata) a filiis hominum. Sic faciet loqui de se plures gentes: Sed & reges claudent super ipsum os suum, eo quod uiderint quod non est narratum eis, & audierint quod non uoluerunt in animo. Quis credidit auditui nostro, et brachium Domini cuire uelatum est. Ascendit enim sicut uirgultum coram eo, & sicut radix de terra deserata: & non est forma eius nec decor: uidentibus quidem eum, sed non est asperitus

pectus ut desideremus eum. Despectus est, et deuitatus ab hominibus: homo est doloribus (plenus) & qui expertus est infirmitatem: (& quisque erat) quasi abscondens faciem ab eo: fuit enim contemptus, ideo non reputauimus eum. Et tamen infirmitates nostras ipse portauit, et dolores nostros hos ipse sustinuit: & nos reputauimus eum cæsum & percussum a Deo & afflictum. Ipse uero uulneratus est propter iniquitates nostras, & contritus propter scelera nostra, fuitq; castigatio pacis nostræ super eum, & per liuorem eius medicatum est nobis. Omnes nos quasi oues errauimus, singuli in uiam propriam respeximus: & Dominus fecit concurrere in eo omnium nostrum iniquitates. Vim est passus, & inique tractatus, & tamen non aperuit os suum: quasi pecus ad mactationem duceſ, & quia si ouis, quæ ante tonsores suos obmutescit, sic ille nō aperiet os suum. De carcere & de iudicio sublatus est: & generatiōem eius quis enarrabit: quo niam succisus est de terra uiuentium propter inquitatem populi mei, qui bus plaga (debebatur) & dedit apud impios sepulchrum eius, & apud diuitem in mortibus eius: cum tamen nihil iniquum gesserit, nec fuerit dolus in ore eius. Complacuit autem Domino eum sic conterere et infirmitatem inferre, ut si poneret animam suam pro hostia delicti, uideret semen, quod longos uiueret dies: & uoluntas Domini in manu eius prosperum habuit successum. De labore animæ suæ uidebit (fructum) & saturabitur: & cogitatione sui, qui iustus seruus meus est, iustificabit multos, quorum iniquitates ipse portabit. Et idcirco ego portionem ei segregabo in multis, & cū robustissimis diuidet spolia, eo quod effudit animam suam in mortem, & cum iniquis numeratus est: ipse peccatum multorum tulit, & pro ini- quisrogauit.

ANN A:

Si uerba huius capitatis diligenter expenduntur, nemo est qui non uidat hanc Prophetiam de nullo alio loqui quam de Iesu Nazareno. Tam difertis, tā claris uerbis passionem Christi describit per omnia consentiens Euangelistarum historiæ.

VRBANVS.

Recte dicas. Ethoc Iudæi uident, sed a Satana dementati quod uident non uident, uariaq; & mira effugia, absurdas & coactissimas interpretatio- nes querunt, quibus elabantur, ne de Christo caput hoc interpretari cogā tur, reicq; homicidij, quod patrarunt ante 1500 annos in Messiam suo peraganter. Queruntur quidem & suspicantur sua peccata a se cōmissa multo atrociora & grauiora esse quam patrum suorum, eo quod iam annos amplius 1500 hac captiuitate pressi sunt: (Patres enim eorū propter Idolatriam septuaginta duntaxat annos in Babylonie capti erant) at cū hanc ipsorum captiuitatem tam multos annos durare uideant, nihil solidæ consolantur ex lege aut Prophetis habent, nec spem certam concipere poslunt

DE CONC. CHRI. AD DISC. SEMAVM EVNT.

Hanc captiuitatem aliquando finem habituram, ita ut in terram Canaan redeant, sicuti ex alijs captiuitatibus semper liberati & in suam terram redirentur. Id ipse Rabbi Samuel testatur. Sunt etiam tam obstinati & tam pœnitentes nesciunt, ut etiam cum e Prophetis uident quod Iesus Nazarenus iuxta omnes suppationes uerus sit Messias, tamen silentio illa tegantur, nec in Synagogis suis ea de re quicquam simplicibus & iuuentuti dicant, atque ita eos in errore illo detineant.

Koheleth e Praga D. Philippo Melanthone, D. Ioanne Brentio et cum illo disputantibus in Augustanis comitijs, hoc caput interpretari uoluit de Iudeis huius temporis, qui per totum mundum inter Iudeos dispersi, contempti, & afflicti sunt, sed tam absurdam tam futilam tam ineptam insulsa & ἀποστολικα adferebat, ut se turpissime daret & coram omnibus pudore suffunderetur.

Ante autem quam Iudei propter effusum Christi sanguinem in hanc cæcitatem & reprobum sensum prolapsi sunt, uidelicet, ante nativitatem Christi, cum adhuc Prophetas haberent, hoc caput de Messia interpretationem. Id quod uidere est e Thargo Ionathæ, qui capit is huius interpretationem Messie auspicatur. Haizach abdi Meschiho, hoc est, Ecce seruus meus Messias fortunabitur. Veteres etiam Hebrei hoc caput sic exposuerunt. Messias magis exaltabitur quam Abraham & magis euheretur quam Moses, & longe maximus ac celissimus futurus est, maioremq; celsitudinem & dignitatem adepturus quam Angeli Dei.

ANNA.

Horribilis certe cæcitas nostrorum Iudeorum est quod haec legentes in suis libris, intelligere & uidere non sustineant. Nam uti Paulus dicit, usque ad hodiernum diem Mosaicum uelamen cordibus Iudeorum obdutum & impositum est, ut de Messia legentes, nihil tamen intelligent. At si conuersi fuerint ad Dominum, tolletur uelamen. Mox ubi Euanglio crederent, omnes de Christo Prophetæ illis future essent apertissime & clarissimæ, ita ut facillime eas intellecturi essent, ubi nunc ne apicum quidem earum intelligunt. An non haec profunda, & densa cæcitas est, quod somniant Messiam in his terris mundanum & corporale regnum auferendum & habiturum. Quod autem omnium hominum peccata esset expiatum, totumq; genus humanum e morte liberatus, hoc Iudeos latenter offendit, eo quod Prophetias nullas intelligent, ac indies in maiorem densitatemq; cæcitatè deuoluant, donec aliquando deus illorum misereatur Rom. xi.

Sed nulla crassior mihi cæcitas uisa est quam istius male feriati acdemæ tati Rabbi in Hannover, qui in Synagoga te presente dicere sustinuit, quod apud Messiam, ut maxime ueniret, remissionem peccatorum ei iustificari nullo modo quæsitus & expectatus esset. O horrendam, o execrandam & miserandam cæcitatem,

VRBA

VRBANVS.

Eundem hunc tam scendum tam abominandum errorem mihi audire contigit a ludegi Brunsuigi in eorum Synagoga. Paulus i. Thessa. ij. uocē & sententiam de eis grauem & horrendam protulit, uidelicet, quod ira per uenerit in illos in finem. Neq; personam necq; ministerium Christi cognoſcunt aut intelligunt. Sed millos faciemus obcaecatos istos homines & ad Prophetæ uaticinium reuertemur. Nobis qui in Christum credimus satis superq; est quod Euangelistæ & Apostoli hoc caput liij, Esaiæ tam clare tam euidenter et diserte de Iesu Christo ubiq; interpretantur, ut Mattheus viij. Mar. xv. Lucas xxij. Ioan. xij. Act. viij. Roman. x. iiiij. & xv. i. Petri ij.

Principio autem notandum quod hoc caput fere in uersibus singulis testatur regnum Domini nostri Iesu Christi non corporale & mundanū sed Spirituale regnum esse. Etenim nullam in mundo speciem, nullam gloriam & magnificentiam mundi huius habet & ostentat. Ipse huius regni caput & rex est contemptui & ludibrio sannisq; in mundo expositus est, et occisus. Quapropter in gens et summa ignorantia ac stupiditas erat, quod somniant quidam etiam credentium Iudæorum, quod regnum mundum Israhelis esset restauratus & redintegratus ut esset rex corporalis & mundanus Iudæorum in terra Canaan, eosq; a tyranno ide gentium liberaret. Ob longe lōge maiores causas uenerat quam totius mundi uniuersalia regna, dominationes, potestates, magnificentia, opes ac diuitie sunt, uideretur ut Satanæ opera & regnum peccati & mortis uastaret, & æternum regnum iusticiæ & uitæ æternæ erigeret & stabiliret. Sed carnales carnali ter promissiones Dei intelligunt, donec magistrum & doctorem ueritatis Spiritum sanctum accipiunt. Is demum oculos cordis uere aperit ut diuina ueritas cerni, intelligi & credi possit. Euangelistæ de persona Christi sic loqui solent, ut nunc de illius diuinitate & gloria, nunc de humilitate, submissione, afflictione, miseria, & cōtemptibili coram mundo illius specie ac conditione loquantur, prout occasio ac locus exigit.

Ante audiisti quomodo Esaias predixerit unigenitum Dei filium Iesum Christum, qui ab initio per Prophetas locutus est, in propria persona ad homines uenturum. Nuncautem in hoc cap. liij, ostendit & docet Esaias quid facturus sit in hac præsentia in carne, uidelicet quod sit nobis seruitus. Ac uocat eum pater seruum suum iuxta dispensationem, ob id q; nobis seruiturus patri obediens est uq; ad mortem, mortem autem crucis, quodque se humiliat infra omnes homines & se uilissimum & addictissimum facit mancipium omnibus, ut nos exaltet. Indicat autem Propheta & hoc quod Christus post hanc humiliationem in summæ celsitudinis & gloriae fastigium subuehendus sit.

ANNA.

s ij

DE CONC. CHRI. AD DISC. EM AVM EVNT.

Quomodo igitur seruiet & quomodo reget Christus?
VRBANVS.

Sapienter. Nam ministerium ipsi a patre cœlesti mandatum tanta sapientia administrabit, ut nunquam quisquam mirari satis queat. Quāq; enim rationi uideatur stultissimum & absurdissimum esse quod Christus promittit se alios a morte liberaturum cum ipse moriatur, & credentes in gloriam æternam translaturum, cum ipse ad extremam ignominiam & cōtemptum deueniat. Attamen hæc optima et commodissima ratio fuit qua ræ res conficerentur. Quomodo æterna Patris sapientia faceret aliquid, quod non optime & sapientissime fieret?

Posset Iaskil etiam reddi, dabit sapientiam siue intelligentiam, uel sapientes & prudētes faciet. Christifideles enim docent in schola Christi umam & ueram sapientiam, quam in hoc mundo nulla ratio unquam intel ligere potuit. Filii huius mundi ex sapientia carnis nihil amplius quam cœlestis fluxa q; huius mundi bona inquirere ac parare possunt. Sed Christifideles multo sunt sapientiores: utuntur mundo et bonis eius perinde uero spes diuersorio, ueraq; & æterna bona cœlestis patriæ inquirunt.

*Iudei cur
christum
Thalui uocet*
Notandum est autem. Hanc seruitutem Christi non diu duraturam quodq; eam secutura sit, mera & summa gloria et infinitus honor. Ideo dicit hic Esaias: Exaltabitur, eleuabitur & sublimis erit ualde. Hoc autem significet, ut multi propter summam illam & extremam humiliationem, mirari & offendiculum passuri sint. Id euenit iudeis qui exhorrescent & abominabile summamq; impietatem esse putant dicere Messiam in Propheticis promissum pati & probrolissimam ignominiosissimamque morte subire coactum esse. Hinc Christum contumeliosissime & horrende blasphemæ nominant Thalui, hoc est, suspensum. Causa autem quod Cruce Christi offenduntur haec est, q; querunt in Messia corporalia bona & temporales honores ac dignitates huius mundi. Opinantur scelestæ & impie dilectum esse, Regem tantum Israhelis inter latrones pendere, ac si esset & ipse malefici & capitalis criminis reus.

Verum si aspectus eius tam miserabilis tam deformis tam ingloriustā fœdus futurus est, ut coram oculis corporalibus non uideatur esse, qui alios possit in gloriam subuehere & liberare, atq; hinc petra offendit, quomodo potuit regnum eius esse mundanum? Mundanos Reges splēdores, magnificientiam, ac maiestatem tantam ostentare oportet, ut ad ea obstupecant homines. Mundanum regnum constare non potest nisi potentia & reverentia adsit. Vbi Dominus aut princeps egestate laborat ac contemptu, & hostium uiolentia atq; tyrannide premitur, nec potentia & opibus præminet, ibi necesse est regnum eius concidere.

Sed noster rex hac sua humiliatione plus efficiet quam omnes principes ac Reges in terris uniuersa sua potētia atq; opibus. Quid igitur faciet? Asper-

Alisperget gentes multas, inquit Propheta. Hebraica hęc phrasis est. Vox Iasēb quid.
 Iasēb proprie significat huc illuc spargere, sicut guttae aquarum huc illuc item sparge-
 sparguntur. Spargere itaq; gentes hic nihil aliud significat quam uerbum re Gentes.
 inter gentes docere & spargere. Hoc factum est cum Apostoli per uirtutē
 Spiritus sancti, inexhaustum illum fontem diuinæ gratiæ in Christo gen-
 tibus per totum mundum docerent, & ceu foecundam pluuiam in Maio
 cadentem spargerent, ut fructus cognitionis Dei ubiç proueniret ac cres-
 ceret, tantumq; per hanc uerbi prædicationem consecutum est ut potentis-
 simi etiam Reges & Cæsares Christum colerent, adorarent, metuerent, o-
 raque sua obstupefacti compescerent. Et inter gentes ubi ante de Euangelio
 & facris literis nihil sciebatur, ibi docebant maxima mysteria Euangeli,
 eaq; sic docebant ut intelligerent. Cum igitur per Christum tanta tam ad-
 miranda fiant, uidelicet quod Deus hominē induit et extreme se humiliat,
 inq; suabenedicta & innocentissima humanitate (humanitatem uoco na-
 turam humanam assumptam) tantam ignominiam, dolores & calamitates
 patitur a proprio suo populo illatas, quem summis et infinitis & corporis
 mortem ad summam gloriam euchi debet, regnumq; spirituale erigere,
 quod primum etiam ita uti rex eius sub cruce laborabit et omnis generis cō-
 tumelias ac calamitates patientur, & tamen per hanc ipsam crucem uere de-
 num exaltabitur summaq; & æterna gloria condecorabitur. Hæc inquā
 cum in Christo et regno eius iam miranda contra omnem rationem fiant,
 certe incredibilia mundo erunt cum ea audierit. Hocq; Propheta uidit in
 Spiritu, ubi dicit. Quis credit auditui nostro, hoc est, prædicationi aut do-
 ctrinae nostræ? Tanta tam celsa sunt tam incredibilia, ut Ratio persuaderi
 non poterit tanta tam admiranda facta esse aut fieri posse. Quomodo prin-
 cipio statim a Iudæis Euangeli doctrina accepta est? Quam absurdâ quā
 incredibilis illis uisa est? An non ipsi cognati Christi secundum carnem,
 ei credere principio renuerunt? An non Ioannes Baptista magno nego-
 cio uix discipulos suos a se auocatos ad Christum pertraxit? Et cum etiam
 miracula tantâ & tot uidissent, tamen ægerrime uix tandem Christo crede-
 re sustinuerunt. Sic offensi sunt Iudæi uili specie & deformi humiliq; con-
 versatione Christi, suspicantes semper, eum si Christus aut Messias uerus
 esset, longe splendidiorem, longemagnificentiorē atque augustiorem spe-
 ciem habiturum.

Quid accidit Cleophæ & comiti ipsius? An non hæc Prophetia in il-
 lis uerificata & impleta est? Audierant ante ab ipso & uiderant facta ali-
 quo & miracula insignia, unde diuinabant ac statuebant eum esse uerum
 liberatorem Israhelis: Verum cum in parasceue paschatis tantam infirmita-
 tem & humilitatem in illo cōspicerent ut se pateretur occidi & sepeliri, hic
 aspectus eos offendebat ut qui maxime, Ibi hæsitare & uacillare coepérū,

DE CONC. CHRI. AD DISC. EM AVM EVNT.

an uerus ille Messias esset. Ibi credere non sustinebant, Ie^m crucifixum posse iuuare alios, Israhelē liberare, cum iam tertius præterisset dies q̄ in cruce mortuus esset, Sic apud se^me cogitantes: Quomodo is liberabit Israhelē ex omnibus necessitatibus, qui se passus est capi & cruci affigi? Evidem arbitrabamur eum esse illum liberatōrē Israhelis, sed spenoltra frustrati sumus.

Vide quam difficulter & discipuli crediderint mysteria Euangelij de morte, resurrectione et de æternoregno Christi. Vbi mulieres dicerent se apud monumentum uidisse Angelos, excq̄ ijs audiisse Christum resurrexisse & uiuere, quam ægre id credebant: Luce xvij. Christus predicie discipulis quæ sibi imminerent quæc^z euentura essent Hierosolymis, uidelicet quod passurus esset, & tertio die resurrecturus, Sed Lucas ait eos nihil horum intellexisse. Tam eos latebant hæc omnia. Et Lucæ ultimo cum Christus iam resurrexisset, ægre crediderunt discipuli, Christum resurrexisse, & cum Christus ipsis appareret, putabant se spiritum seu spectrū aliquod uidere, donec uerum ipsius corpus uiderent, & contrectarent cibumq^z cum eo sumerent. Ideoc^z sequitur in Elsaia, Brachium Domini cui reuelabitur: Hoc brachium est Christus, uirtus et robur Dei qui genitus, infinitus, & cunctipotens est. Ratio id capere & apprehendere nequit, ideo per Spiritum Christi necesse fuit id cordibus reuelari, per quem solum intelligere capere & credere possumus maxima et immensa illa bona a Christo nobis donata. i. Corin. ii. Psychicus homo haec non percipit nec intelligit. Igitur Lucæ xxiiij. Christus ipse Discipulis corda aperuit, & per Spiritum suum illuminauit, ut Scripturas intelligerent crederentq^z.

ANNA.

Cur autem uocat Christum Propheta uirgultum & radicem terra si tiente aut arida?

VRBANVS.

Christus uirgultum
Potest hoc dupliciter intelligi, primum de admirabili eius nativitate. Totum enim genus humanum terra sitiens seu arida erat, destitutum uia illa aqua gratiæ. Ex hoc tamē arido & maledicto genere humano Christus nascitur, uirgultum pulcherrimum benedictionis, fitq^z uerus homo, citra omnem tamen peccati labem: sane mirificum id uirgultum est, quod e terra arida prouenire potest, nec ullum neuum, nullam maliciam solle cum inde affert. Veram naturam ex Adam habet, sed non peccatum.

Secundo intelligi potest sic. Quod Christus tantus Dominus omnium creaturarum fit, post hanc tam miserabilem speciem & humilationē, nec unquam quisquam suspicari potuisset ex tali Cruce tantam gloriā prodituram ac profecturam esse, tam nulla ibi species, tam omnia arida, marci da ac flaccida in carne erant. Atcq^z ideo non temere nec frustra Propheta dicit, Ascendit coram eo, hoc est, coram Deo, quia apud eum erat pulcher timū

DIALOGVS VRBAN. RHEG. 108
timum uirgultum, coram Deo erat maximus et in gloriæ summo fastigio,
quamuis coram oculis mundi contemptus esset, nec speciem ullam habe-
ret cum pateretur. Non erat, inquit Propheta, species ei. Quae quælo ibi
esset species? Facies eius sanctissima contusa & lacerata erat foedataqz, cru-
ore, sputis, & spinis ita tractata & deformata, ut & Pilatus gentilis ille ad
miraretur & maiori miserationis affectu tangeretur, quam inuidi & excæ-
cati Iudæi.

In uerbis sequentibus fusius Esaias ignominiosam passionem Christi
describit, quomodo tam misere & crudeliter cruciatus & contemptus sit.
Despectissimus inquit erat & nouissimus uirorum, cuius nulla prorsus ra-
tio haberetur. Certe nullam eius rationem habebant, & extreme contem-
nebanteum Iudæi, Ludibrio illis erat Rex gloriæ. Sicut & Herodierat
delectamento. Hæc cum Esaias de Christo uaticinatus sit, certe non debu-
issent Iudæi tantopere offendit passionem hac Christi tam contumeliosa &
deformi, maxime cum hæc ex Dei ordinatione, uoluntate & prouidentia si-
erent, nec Christus coactus sed ultro in Iudæorum manus se se traderet.

Nunc porro audi, quid hac passione & humiliatione præstiterit et pro-
uerit. Nen suam infirmitatem sed nostram tulit. Nobis fuisse in perpe-
tuæ ignominia pereundum, nisi ille misertus nostri onus illud grauissimum
quod e peccatis prouenerat, et toti humano generi incubebat, hoc est, cala-
mitatem propter peccata imminentem & debitam toti humano generi, in-
se fuisse pisset, eaqz nos leuasset.

Hic primum disce naturam humanam per peccatum periculosisssime æ-
grotare, letali & mortifero morbo captam esse, morteqz æterna perituram.
Natura cor-
rupta
fuisse, nisi Christus subuenisset, nisi hic morbum & infirmitatem illam le-
valem portasset.

Secundo. Sequitur hinc peccata nostra & ea quæ e peccatis orta sunt,
tantum tam graue tam immensum onus fuisse ut totum genus humanum
portare non potuerit, sed sub onere succubuisse & ad inferos submersum
fuisse. Ideo naturalis & purus putus tantum homo, pro peccatis satisfac-
re nequibat, sed solus ille Messias qui non tantum uerus homo sed & ue-
rus Deus fuit, id facere poterat ac debebat.

Tertio, necesse est uerissimam et horrendam blasphemiam esse, docere
peccata nostris operibus & passionibus expiari. Atqz ideo Monasteria et
Fundationes & quæcunqz eo animo aut intentione instituta sunt ut ijs pec-
cata hominum expientur, ut remissionem peccatorum & uitam æternam
promereantur, quæcunqz inquam hoc animo instituta & facta sunt, ea sunt
horrende & foedissimæ sectæ & horribiles errores quibus in salutis peri-
culum deducimur. ij. Petri ij. Et hoc diligenter obseruabis.

Quarto disce hic ueram consolationem. Si Christus peccata & dolores
nostros tulit, ergo passio Christi nostra & nobis propria est, omniaqz illi
VERA CON-
SOLATIO.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

D E C O N C . C H R I . A D D I S C . E M A V M E V N T .
us merita nostra sunt, ergo & nos nostra peccata, si huic Prophetiae credimus, nunquam damnare possunt. Ideo enim ea in se suscepit, ut ea omnino & funditus deleret, ne unquam nobis noxia esse possent. Ita passio Christi est satisfactio nostra pro peccatis. Ita per hanc Christi passionem ab omnibus peccatis liberati sumus, cui Laus & gloria in secula. Amen.

ANNA.

ANNA.
Hoc non credunt Monachi & Nonnæ nostræ. Iactant enim & pra-
dicat se mereri nobis peccatorum remissionem, se portare peccata nostra.
VIRGINIS

VRBANVS.

VRBANVS.
Si Coenobia non credunt huic Prophetiae, iusticiamq; per alia opera
quam per Christi opera & passionem querunt, & alijs promittunt, veris
sima animarum latrocinia & carnificine sunt, & referta blasphemij horre
dissimilis a fundamento ad fastigium usq;, quæ fugienda & abominanda
essent non aliter quam portæ inferorum.

ANNA.

essent non aliter quam portae inferorum.
ANNA.
Quid sibi uult Esaias quod dicit: Nos putauimus cum percussum
a Deo.

VRBANVS.

Lege Passionis historiam ab Euangelistis descriptam, tum id prætelliges. Iudæi atrocissima sed falsissima crimina Christo impingebant, dictitantes eum esse seductorem, impostorem, seditionis autorem, hostem Legis, Blasphematem. Ioan. xvij. dicunt ad Pilatum. Sinou effathic nocens, haudquaquam tibi tradidissemus eum. Ideoq; putabatur contra Deum peccasse, & a Deo puniri aut percuti propter admissa in se flagicia. Contra omnem rationis captum est, iusticiam talemerigi, ut is qui nihil peccauit, plectatur & patiatur pro eo qui peccauit. Qui peccatis & luat, inquit Ratio. Sed hic longe secus sit, idq; ex gratia & misericordia inexhausta & infinita Dei. Nos peccauimus, & merito nobis etiam sempiternæ peccati propria peccatum luende essent, Christus uero innocens est, nullius peccare possumus, nulla labe contaminatus, sed pro summa sua misericordia & in nosa moris ardentissimi affectu, collocat se in nostrum locum subiectus; et perfert supplicium quod non commeruerat. Hic ueram etiam humanitatem Christi habes, cum uere pro nobis sit percussus, et peccata nostra in ligno uiterit. peccata propria attritæ, et eum

Igitur in Esaiā sequitur eum a Deo non propter peccata propria
tum esse, sed propter iniurias nostras & scelera nostra. Oportebat eum
esse uerum illum agnum paschalem, qui innocēs est, sed aliena peccata mū
di portat. Ex hoc uaticinio Rom. iiiij. Paulus sumpta occasiōe docet, Chri
stū traditū fuisse propter peccata nostra. Atq; ita incumbit poena quā nos
cōmeruimus, Christo, ex gratuita Dei bonitate & misericordia, ut nos pa
cē habeamus. Si poenā peccatorū nostrorū in se nō sustulisset, nunḡ cum
Deo rediſsemus in gratiam, Dei ira contra nos nunquam sedata fuisset,
nec

hec unquam pacem habuissimus. Eramus letaliter uulnerati ad mortem aeternam, nec quisquam alius nobis mederi poterat quam uulnera Christi preciosissimo sanguine manantia.

Nemo hic excipitur. Tota natura humana, uniuersum genus hominū miserrime & omnibus partibus uulneratum, uenenoq; letali infectum erat per peccatum. Nō erat iustus ne unus quidem inter omnes homines, id quod & Psalmus xiij. testatur. Omnes a uera uia ueritatis & innocentie in impeditas, deuias, salebrofas & erroneas uias mendacij & peccati declivaueramus quasi oues dispersae ac palantes. Iacebamus uti semiuiuitis ille ex inflictis uulneribus, qui in itinere ab Hierosolymis in Hiericho in latro nes inciderat, omnibusq; nobis opus erat Medico, liberatore & pastore, qui errante ouem quaereret, qui reduceret in uiam, qui nos sanaret, & libaret. Sed nullus erat qui id aut poterat aut debebat facere alius quam Christus Iesus ex gratuita & benigna promissione, quam nobis Deus in Lege & Prophetis de filio suo fecit. Ad hoc enim preordinatus fuit ut nos liberet i. Petrii. Ob id dicit Esaias: posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Hoc est Euangeliu[m] nostru[m]. Quid uulneratus & anxius peccator iucundius & gratius audiret quam peccata sua Christo imposita essem. Si Christo imposta sunt, extra controvrsiam est quod ea prorsus expiarit & deleuerit. Certe enim propter nos mortem obiit, & resurrexit.

Hæcque obedientia Christi quod uti agnus pro peccatis nostris uictima factus est, quodq; ex animo et ultro summaq; patientia acerbissimam mortem pro nobis passus est, coram oculis Dei certe tam gratum & acceptum sacrificium est infiniti meriti & dignitatis, ut nullo modo nos dñhare possit aut uelit Deus, modo in Christum crediderimus. Ideoq; Deus Pater ornonia peccata in filium suum unigenitum posuit, ne nos in damnationem demergerent. Hæc dilectio Dei erga nos tanta est ut nullum cor humatum eam capere possit, & hostia seu sacrificium hoc pro peccato tam præclarum tam preciosum est, ut nullum peccatum esse possit ibi ubi hoc offertur.

Sed qui fuerunt gestus Christi cum pateretur? Tam patiens fuit quam quis ad occisionem ducta. Sicut ouis, inquit Propheta, ad occisionem ducetur. Vocat Christum ouem eo quod a patre missus esset ut ferret peccata nostra & pro nobis offerretur, sicut in Lege Mosaica oues mactabantur. Quæ mactatio figura tantum Christi fuit.

ANN.

VRBANVS.

Quomodo ex Iudicio & angustia sublatus est?

Vaticinat hic Esaias de gloria in quam Christus ingressus est per passionem suam. Nec enim Christus morte adiit, ut in morte maneret, sed ut mor-

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

tē absorberet utq; a mortuis resurgeret. Triduū erat in angustia et iudicō
cū passus est se per Pilatū ad suppiciū Crucis adiudicari ac dānari, sed indi-
cibilis & grauissima illa angustia, quod Dñs rex omniū, iudex uiuorum
& mortuorum, se per peccatores homines iudicari ac damnari passus est,
tres duntaxat dies durare debebat. Post eos cum summa gloria reuersus,
uere demum super Israhel regnaturus. Semel mortuus est nec moritur am-
plius. Mors illi amplius non dominatur, sed ipse morti dominatur in sem-
piternum. Rom. vi. Hinc dicit Propheta: Generationem eius uel longitu-
dinem uitæ eius quis enarrabit? Cum Iudæi autumarent īā actū esse pro-
fus cum illo, eumq; interijsse, ibi demum e tempore quod transit, ī æter-
nitatem, quæ tempus non habet, e morte in gloriam perennis & lætissime
immortalitatis transit. Hoc est infinitum meritum passionis Christi per
quod nobis remissionem peccatorum, uitam, & æternitatem salutis pro-
meruit. Abscessus seu succisus & auulsus quidem est per passionem de ter-
ra uiuentium, qui ī hoc perituro mundo uiuunt. Equidem misera & per-
breuis uita est, quæ mortem tergo secum semper circumfert, cui mors in
gulis momentis imminet & ut umbra corpus sequitur. Sed tum demum
Dominus & rex noster est ī secula seculorum.

ANNA.

Cur dicit Elaias. Dedit cum impijs sepulchrum eius, uel, sepultus est
ut impij:

VRBANVS:

Propheta loquitur de externa facie passionis Christi. Paulus Gal. iij.
iuocat eum κατάρα, id est, maledictum uel execrationē, ubi dicit eū pro nobis
factum esse execrationem, quasi diceret: Quamvis Christus quantum ad
propriam ipsius personam attinet innocens & benedictum semen Abra-
hæ fuerit, in quem nihil iuris mors & peccatum haberent, attamen ultero
iuxta externam faciem pro nobis miseris peccatoribus contemptus & ēπι-
κατάρας execrabilis factus, seque subiigi in crucem passus est. Hoc mortis
supplicium ijs solum debetur qui propter maleficia & flagicia perpera-
ta damnavi sunt. Hanc autem tam ignominiosam mortem subiij, & exec-
ratio ideo fieri uoluit, ut nos per ipsum benedictionem consequeremur!

Subactus est itaq; in crucem propter crimina atrocissima, quæ fallissi-
me ab excæcatis ludæis illi impingebantur. Accusatus est blasphemæ, se-
ditionis, quod contra Deum & Cæsarem peccarit, et mortem tam ignomi-
niosam grauissime commeruerit. Hanc ignominiam, hæc falso intentata
crimina ultro tulit propter nos, cum tamen nullam iniquitatem unquam
fecisset, nec peccare posset. Hæc fuit uoluntas coelestis nostri patris. Noluit
dilectio etiam filio suo parcere, ut miseri nos peccatores ex omnibus malis
per

Christus fa-
ctus pro no-
bis maledi-
ctum

per tam probrosam ac contumeliosam hāc sed nobis salutiferam mortem libera remur.

In uerbis sequentibus docet Esaias quis fructus ex hac miserabili & ignominiosa morte Christi prouenturus sit, indicatq; figurās sacrificiorū in lege Mosaica per unicum sacrificium Christi implendas, dicens: Si posuēt pro peccato animam suam, uel: Cum expenderit uitam suam in sacrificiū pro peccato, tum semen habebit & æuum eius prorogabitur. Hoc est, cum seipsum in cruce patri cœlesti pro nobis in sacrificium obtulerit, tum semen seu filios habebit, hoc est, in se credentes, & tam longum erit æuum eius ut ipsius et Christifidelium uita nullum sit habitura finem. Alia ratio est terrenorum Regum. Hi cum moriuntur tum regnare desinunt, regnum que eorum successor occupat. At noster illerex gloriæ Christus aliā & sauitarem uiuificam que mortem obit, per quam demum in ueram uitam in greditur, suumq; regnum potentissime incipit administrare. Hic iterum resurrectio Christi et Christianorum prædicta est. Hoc enim uere est regnare aut regere, uereq; regnum erigere & stabilire, cum rex regnum duraturum et æternū erigit & instituit, in quo subditi semper & in æternū defensionem, tutelam, pacem, securitatem, & omnem felicitatem bonaq; omnia affluentissime & æternū habent. Haec nullus rex mundanus prestat potest. Omnes enim reges huius mundi moriuntur, eorumq; regna collabuntur & intereunt, uti uidemus omnes dominationes, principatus aut regna ad tempus durare sed non perpetua esse, uerum post aliquot secula concidere. Hinc dicit Esaias: uoluntatem Domini in manu eius dirigi, uel, Propositum seu institutum Domini per manū Messiae successum prosperum habiturum esse. Quae enim Pater Christo mandauit ut nostra causa faceret, hoc omnibus numeris plene & absolute perfecit & bona fide & magno nostro cum fructu prestidit.

Meritum etiam Christi quod sit indicat, ubi dicit, Anima eius laborauit, hoc est, multum laboris ac doloris, multum calamitatis ac miseriarum perpessa est nostra causa, sed præclara præmia & eximiam laboris mercedem recipiet. Nam post labores confectos videbit ea que ipsum summa sufficientia uoluptrate, uidelicet Catholicam Ecclesiam, hoc est, uere pios qui Dominum suum Christum sincera fide colunt, palam glorificant, prædicant & confitentur, hosq; eius labores miserias & grumnas tanti faciūt, ut non dubitet per eos labores & grumnas sibi æternam quietem, pacem & gaudia parra esse. Atq; ideo etiam ob gloriam nominis Christi mortem temporalem non fugient. Siquidem nihil dubitant ueram iusticiam, ueram uitam & æternam salutem omnium bonorum affluentissimum thesaurum & omnis felicitatis summam apud Christum esse:

Nūc audisti quomodo Christus nostra peccata portarit & exipiarit. In sequentibus iam docet Esaias, quomodo salutiferæ illius passionis & me-

DE CONC. CHR I. AD DISC. EM AV M EVNT.

ritorum Christi participes fieri et iustificari possimus, dicitqz scientiam seu cognitionē Christi esse medium quo thesaurum tātum accipiamus & adipiscamur. Quapropter si huic prophetiae credideris, nempe quod Iesus Christus filius Dei uerus Deus & homo peccata tua tulerit & pro tuis satiis fecerit, secqz in $\lambda\gamma\pi\alpha\tau\alpha$ pro te expenderit, tuus mediator factus sit, teque per mortem suam immeritisimam & innocentissimam cum Deo patre reconciliarit, hæc in quam si credis, tum per hanc fidem remissionem peccatorū omnium accipis, & a Deo iustus & sanctus reputaberis, sicuti Euangeli stæ & Apostoli, & in primis D. Paulus, Petrus & Ioannes ubiqz docent. Hæc est, Christianorum iusticia, agnoscere & credere Christum esse unitum nostrum mediatorē, saluatorem et redemptorem, quem Deus ideo misericordia ut peccata nostra in se suscepta dependeret. Hanc iusticiam Paulus approbat iusticiam fidei quæ non nititur nostris operibus & meritis, sed Christum expiatorem & mortis iugulatorem, eumqz in fide uera corde suo apprehendit, suumqz unicum thesaurum uitæ esse dicit, is iustificatur & salvatur. Qui id non credit, nunqz saluabitur. Decreuit enim hoc Deus, nobisqz per Legem Prophetas & Euangelistas annunciauit, quod per nihil aliud uel in cœlis uel in terris quam per Christū & propter Christum misericordia nostri, peccata condonare, & uitam æternam donare uelit, si modo in illum crediderimus. Act. iiiij. xiiij. Rom. iiij. Gal. ij. iiij.

Non itaqz nullam ob causam dicit Propheta: Iniquitates eorum ipse portabit, quando nullus alias necqz in cœlis necqz in terris sit qui iniquitates nostras portet & expiet, quam Messias ille. Sequitur igitur hinc irrefragabiliter, quod nemo possit a peccatis liberari, iustificari & saluari, nisi ita hunc unicum peccatorum expiatorem Christum credit.

Audis ergo nunc, Christum esse seruum Dei in opero redemptionis, & merito uocari iustum cum solus iustus sit & alios iustificet, sicuti cum Stephanus Act. viij. uocat. Iustificat autem nos in sciētia sua uel cognitione sui, hoc est, cum Euangeliū audimus qz solus ille nec alius ullus peccata nostra tulerit, cunqz id firma fide tenuerimus omnemqz fiduciam in uita et morte in eum collocauerimus, corde & ore dicentes: Christus iniquitates nostras portauit, is pro peccatis nostris mortuus est, is solus est iustitia mea coram Deo. Hæc iusticia cum nitatur & fundata sit in Christo, aduersus inferorum portas immota stat & firma

ANNA.

Quantum audio, si interrogarer unde iusta essem peccatrix, respondē dum mihi esset, Iusta sum non hinc quod non peccarim, aut qz peccata expiarim, sed ideo, qz ipse Christus iniquitates meas portauit, in quo fidem & fiduciam meam fixam habeo.

VRBANVS.

Eft

Est hæc appositissima responsio. Sic crediderunt omnes Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, & uere Christiani a primordio mundi, nec alia est fidis que iustificet. Qui hac fide preditus non est, is damnatur, nec ullo modo saluari poterit, etiamsi omnibus omnium Monachorum cucullis induetur, actotius mudi bona opera merita & passiones etiam solus haberet, attamen nihil ei omnia hæc prodeßent aut ad salutem promouerent, sed tio gehennæ in æternum futurus est. Sed pergamus.

De fructu & mercede passionis Christi dicit nunc porro Propheta. Est autem æternus triumphus seu uictoria de peccato, morte, mundo, & Satana. Hos atrocissimos crudelissimosque hostes uicit & frègit Christus, eisq; omnes electos eripuit. Atq; ita populum gloriosum & numero sum, seu pulcherrimam Ecclesiam in toto mundo hæreditate accepit, quæ et spirituale eius regnum. Hoc præstitit ignominiosa illa mors Christi, quod peccata nostra tulit et interduos latrones se suspèdi passus est, proq; peccatoribus seu transgressoribus rogauit, uti & Paulus dicit Hebræ .v. cap. Christus in diebus carnis suæ, cum & precatioñes & supplicationes apud illum, qui poterat ipsum a morte seruare, cū clamore ualido & lachrymis obtulisset, & exauditus esset pro reuerentia, tametsi filius erat, tamen didicit ex his quæ passus est, obedientiam, ac perfectus redditus, omnibus qui sibi obedierunt, fuit causa salutis æternæ, cognominatus a Deo ponti sex secundum ordinationem Melchizedec.

ANNA.

Quid dicit Esaias de Christo in Capite quinquagesimoquarto?

VRBANVS.

In eo capite describit Regnum Christi infide, uidelicet Ecclesiam Catholicam que in hoc mudo Cruce conflictatur, misera, pauper, deserta, & sterilis iuxta externam faciem. Sed consolans eā promittit ei auxilium et fœcunditatem, quod futura sit populissima, confluentibus ad eam undique multis ex omnibus populis, in gentemq; multitudinem filiorum gratiæ sit paritura, ac multo plures quam contumax Synagoga, quamvis ea uisa sit exsecundissima. Habebat enim Legem et multa bona opera, multos operarios seu operum doctores & omnigeha exercitia. Verba hæc sunt.

EXVLTA STERILIS QVAE NON PARIS, PRORVMPE
IN LAVDEM & IVBILA QVAE NON PARTVRIS, quo-
NIAM PLVRES SVNT FILII DESOLATÆ QVAM FILII
MARITATÆ DICIT DOMINVS.

Hæc consolatio

& nobis diligenter obseruanda, ne paucitate & exiguo numero Christianorum offensi, animo consternemur, & fidem abiijciamus. Futurus est alius quando eorum numerus satis frequens & magnus. Erat & Sara sterilis sed Deus noster benedixit ei ut mater & origo seu stirps multorum filiorum & maximi populi fieret. Breuiter Abraham non potest non iuxta promis-

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAV M EVNT.

sionem Dei, Gene. xvij. & iuxta nominis sui etymon ac significationem, pater multorum populorum, mundicꝫ hæreditas fieri. Quippe benedictum eius semen cum benedictione ipsius etiam gentibus promissum est. Vtitur deinde Propheta similitudinibus a territorijs sumptis, quæ in agris & campis eriguntur & extenduntur ut in ijs multi habitare possint: quo significat quod Ecclesia per totum mundum latissime prolatanda, & futurum ut ubiqꝫ Euangelium audiatur & Christus suscipiatur. Verba diuersa sunt.

DILATA LOCVM TABERNACVLORVM TVORUM
ET CORTINAS TENTORIORM TVORVM EXTE-
DANT, NEC PARCAS: PROLONGA FVNES TVOS &
claves tuos robora. Quoniam ad dextram & sinistram multiplicaberis.

Ecclesiæ ha-
reditas

Promittit etiam Ecclesiæ Gentes in hæreditatem, nō quod Ecclesia genere hæreditatura sit more huius mundi, sicut rex mundanus possideret & subditum habet suum populum, Siquidem regnum Christi non est de hoc mundo. Erit igitur spiritualis hæreditas quam Ecclesia per Euangelium accipit, ibiꝫ habitabit ubi ante per ignorantiam & incredulitatem deferta et solitudines erant. Ut cum Euangelium perueniret Athenas, nihil certi & solidi de Deo scirent, D. Paulus multos convertit & ueram fidem docuit, qui Euangelio credebant & accedebant. Ideoꝫ dicit Propheta: Semen tuum gentes hæreditabit & civitates desolatas iuhabitabit.

Confirmat etiam consolatoriam illam promissionem Propheta de regno Christi, quod magnum & amplum futurum sit, ut maxime oculis carinalibus arctissima & angustissima Ecclesia uideatur, ac si a Deo esset determinata, futurumqꝫ esset ut confunderetur & prorsus interiret. Nam Deus ipse futurus est Ecclesiæ sponsus. Noli timere (inquit) quia non confunderis, nec ignominia afficeris, neqꝫ erubesces, sed confusionis adolescentiæ tuae obliuisceris, & opprobrii uiduitatis tuae non recordaberis amplius. Nam maritus tuus erit factor tuus, cuius nomen est, Dominus exercituum & redemptor tuus, sanctus Israhelis, Deus uniuersæ terræ uocabitur.

Spirituale
coniugii

Spirituale hoc Coniugium est. Estqꝫ summa consolatio quæ habemus D. Paulus hanc consolationem graphicè depinxit & amplificauit in Epistola ad Ephe, uocatqꝫ magnum mysterium quod Deus ipse in natura humana nos sibi despont & coniugij vinculo copulat. Vnde discimus oia ea quæ Dei sunt, nostra etiam esse, & ea quæ nos habemus accipit Deus & coniicit in se omnia ac si ipsius propria essent. Nos habemus auctoritatem, mortem, æternam maledictionem seu damnationem. Christus habet iusticiam, uitam & salutem. Nostra itaqꝫ que, sunt mala noxia & exitia nostra, fert a nobis, eaqꝫ uincit & abolet, et ea que ipsius sunt donat nobis omnia. Nonne hoc optrandum & amabile coniugium est?

Sicut igitur proba coniunx, optimæ quæqꝫ sibi de suo marito, quem si

dum & integrum experta est, promittit: sicut & maritus contra, talem uxorem omni benevolentiae genere & singulari amoris affectu ac studio prosequitur: Ita se res habet inter Deum & nos. Bono itaq; animo esse & semper in Domino gaudere debemus, nec despondere animum in ulla necessitate, cum peccata conscientiam excruciant, cunctq; mors terrorem nobis inquit. Non confundemur, non erubescemus. Nam is qui defendit nos & potest & uult ab omnibus his malis nos redimere.

Obserua etiam hic quod dicit redemptor noster, uidelicet Christus, Deus omnis terrae uocabitur, uel Deus in omni terra uocabitur. Christi diuinitas Hic habens diuinitatem Christi, & quod Christum per totum mundum uerū &

unum Deum aguituri & culturi sint homines. Ecclesia summis mulieri derelicta
Nota & hoc quod Ecclesia similis uidetur derelictæ mulieri & micerenti. Hinc sequitur quod gloriam illam suam maximam hic in spe habeat, sed posthanc uitam ea gloria manifestabitur, Rom. viii. Si igitur hic moestitia futura est, ergo regnum Christi corporale aut mundanum non est. Dicit itaq; Quoniam sicut mulier relinquitur (a marito) Sic uocauit te Dominus derelictam spiritu, & uxorem adolescentiæ repudiatam, dicit Deus tuus.

Nihil tamen erit periculi. Non propterea in totum destituetur. Mundi Deus putat Ecclesiam esse misellum & derelictum populum, sed Deus ait: Ad punctum in modico dereliqui te, sed in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam partim per te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui, Dixit redemptor tuus Dominus.

Audi quam blande quam amice Deus Ecclesiam suam compellet & consolatur, promittens Crucem et micerorem non perpetuum nec continuum futurum, sed gaudium & gratiam æternum duraturam. Sic consolatur nos & Paulus Rom. viii. & ij. Corin. iiiij. Addit Esaias & similitudinem qualiter ostendit, q; & quomodo Deus suam in nos misericordiam exercere uellet. Noe promisit gratiam quod ab eo tempore nunquam diluvio mundi deleturus esset, addiditq; in signum Iridem. Sic & gratiam nobis promisit firmiter & constanter præstabit. Sicut autem dicit in Propheta.

Et est mihi in hac re sicut in aquis Noah, quoniam iuraui, quod diluvium Noah amplius non trahiret super terram: Sic iuraui ne irascar super te, nec increpem te. Siquidem montes ipsi mouebuntur, & colles nubabuntur: misericordia autem mea non recedet a te, nec foedus pacis, dicit miserator tuus Dominus.

Hoc est, Quantumuis potentes sint aduersarij tui, attamen te e medio tollere aut iniuria afficere non poterunt. Contremiscunt & cedent ac morebuntur illi, Mea autem gratia & auxilium non mouebitur, sed certum

DE CONC. CHR I. AD DISC. EM AVM EVNT.

et stabile erit. Fœdus enim gratiæ tecum pepigi, quod rumpi aut franginio. Est profectio uox consolantissima quod Deus dicit se non nostrum iudicem sed Miseratorem futurum.

Nec breves modo afflictiones Ecclesiæ futuræ sunt, sed etiam proderunt ad hoc ut Christifideles augeantur & numerosiores fiant. Quo magis Ecclesia affligitur eo feracius crescit. Siquidem Deus perinde facit ut ceteri metarius aut latomus, qui lateritios illos lapides ideo circumcidit, & nunc hinc nunc illinc particulam aliquam malleo inde decutit, ut quadrent & apti fiant ad structuram ædificij. Sic & Crux dolat & reflecatur ueteris hominis cupiditates. Itaque Deus Ecclesiæ patitur affligi, & cruce ac persecutionibus impeti, sed per crucem eam extruit præclarum & pulcherrimum regnum e preciosis lapidibus, hoc est, Christifidelibus a Deo doctis. Christianorum enim ars Euangelion est, quod non ratio peperit, imo nec capere id potest. Non enim Euangelium Rationi naturaliter insitum est, non nascitur nobis cum uti Lex, sed necesse est ut Spiritus sanctus, per quem eterno in terras demissum est, per ministerium seu predicationem uerbi id nos doceat. In hoc regno erit uera pax cum Deo per fidem in Christum, ut Ecclesia in omnis generis afflictionibus habeat quo se consoletur, quo conscientiam pacificet cum Deus ipse sit eius Miserator. Hanc pacem comitantur uere pia opera iusticiæ, id quod significat uerbis nunc sequentibus.

Paupercula, tempestate obruta, et consolatione destitura ecce ego colloco, super carbunculum lapides tuos, & fundabo te in saphyris. Et ponam crystallo fenestras tuas, & portas tuas lapides igne rutilantes, atque omnes terminos tuos, lapides desiderabiles. Et ponam homines filios tuos doctos a Domino, & multa pax erit filiis tuis. In iusticia præparaberis, & longe aberis a calumnia, nec illam timebis, sicut nec pauporem, qui non appropinquabit tibi. Ecce congregando congregabit se gens ab aliis me (ad te) & qui se iunxerit tibi contra te, ille cadet.

Hæc omnia spiritualiter in cordibus & conscientijs priorum fiunt, et ipsi so die redemptionis demum implebuntur. Iudei expectant Ierusalem emarginatis, unionibus & gemmis constructam, hancque promissionem carnaliter de terreno aliquo ædificio intelligunt. Verum Esaias de spirituali ædificio hic & de spiritualibus lapidibus loquitur. Cum audimus Euangeliū ei que credimus, tum per uerbum & fidem precioso nostro Sanguiari lapidi ac Petre in ædificamur, ut sancta Dei ciuitas simus, in qua ipse habitet quam & ipse ædificat. Qui in hac ciuitate lapis & ciuius est, is extra omnē periculum est, ei peccatum, mors, Satā nocere nihil possunt. Nam Deus ipse hic architectus & uigil est.

Ita Esaias in multis capitibus perspicue docuit quid Christus sit, quod eius sit ministerium, quodque Ecclesia seu regnum Christi non carnale regnum sit, sed congregatio Christifidelium in Spiritu, qui Euangelio crea-

dunt, & hic in terris a solo uerbo Dei, non a uisibilibus rebus huius mundi herent ac dependent. Si quidem filii Dei alius orbis, alia terra destinata est, in qua nihil aliud quam ipsissima iusticia habitat. Quærunt futuram ciuitatem, quia in hoc mundo manentem non habent. Heb. xij. Et ne crucifixum esse ubi procella persecutionum & tempestas temptationū urget, ideo consolatur eos paternis et suauissimis promissionibus, quibus se ipsis adfuturum in periculis et malis omnibus presentibz auxilium laturum recipit. Si quidem in hoc mundo, cum regnum Christi sit absconditum regnū nisi dei sub cruce, necesse est ut uerbum Dei apprehendamus eocb animos nostros confirmemus, inde solatia & recreationem, refrigeria & remedia petamus. Monet itaqz & hortatur Esaias cap. lv. Ecclesiam Christi, ut diligenter uerbum Dei audiat & asseruet, in quo summa & infinita bona nobis citra ulla nostra merita offeruntur & donantur, uidelicet æterna iustitia, pax, gaudium, uita & salus, dicens: O sicutientes, uenite omnes ad aquas, etiam qui non habet pecuniam: uenite, emite & comedite: Venite inquit, emite absqz pecunia & absqz ullo precio uinum & lac. Quare exceptum pecuniam non pro panibus, & labore uestrum non pro satiitate:

Vide quam blande nos alliciat & inuitet Deus ad suum uerbum & æternam bona. Vocat autem uerbum suum aquam, nimurum illius perennis et uiuis fontis, de quo Ioan. iiiij. & vij. quæ sedat sitim æternam, quæ refocillat & reficit nos in omni fccitate & æstu persecutionum & afflictionū, quæ uera aqua refectionis & uitæ est qua nos destitutos uiribus & animis recollegimus & restauramus. Vocat & uinum, item & lac, eo quod tā senibus quam iuuenibus tam firmis quam infirmis solatio est & refrigerio, conscientias etiam tranquillat & exhilarat, nosqz ad uitam æternam alit, & gramine salutifero pascit. Nec quenquam excludit. Quicunqz esurit & sitit iusto. Omnibus qui pauperes spiritu sunt, suauissima est hæc aqua, hoc uinum & lac, uti Christus docet Matthæi xi.

A Pharisæis & iusticiaribz, magno precio iusticia, opera et consolatio emende sunt. At hic in uerbo Dei gratis donantur hæc omnia. Omnes qui pacem conscientiarum & iusticiam alibi querunt quam in Euangeliō, illi expendunt argentum ubi panis non est, quia Dei promissio est panis noster unde uiuimus coram Deo. Sequitur in Propheta.

Audite audientes me, & comedite bonum, & cblectet se anima uestra in pinguedine. Inclinate aurem uestrā, & uenite ad me, audite inquam & uiuet anima uestra: percutiamqz uobiscum foedus, misericordias David fideles. Ecce dedi eum testem populis, ducem & præceptorem populis. Ecce uocabis gentem quam ignoras, & gentes quæ te non nouerunt

Verbum cur
uocetur aqua
uinū & lac.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

current ad te, propter Dominum Deum tuum, & propter sanctum Iesu Christum, quia decorauit te.

His uerbis docet Esaias quā infinitos & ingentes fructus e uerbo Dei accipiamus, uidelicet ipsam uitam. In uerbo Dei est animae uoluptas, consolatione, cibus, potus. Huic qui credit is uiuit, nec moritur mortem aeternam. Ioan. viij.

Est uerbum gratiae & ueritatis: quē promittit ea firma certa & rata sunt, nec possunt nō fieri. Ut autem maiori etiam consolatione animos nostros erigeret & confirmaret, ideo promissionem gratiae in Christo, David faciat uocat pactum, de quo psalmo lxxxvij. audisti. Hoc est nouum illud Testamentum, gratiae foedus, inter Deum & omnes Christifideles, qui uerum illum Davidem Christū uera fide suscipiunt & apprehendunt, ab ihsu Deus nunquam auertet misericordiam suam. Et licet etiam uere pī imbecilles sint & non omnibus numeris perfecti, nihil tamen in ihsu est digne nabile propter Christum, cui per fidem in siti sunt. Roma. viij.

Si hoc pactum niteretur operibus nostris, ita ut tantum spem habemus de Dei erga nos gratia tantisper, dum iusti & sine peccato essent, tum incerta esset tota salutis nostrae ratio. Nūquam enim in carne sine peccato uiuimus. Sed firmius ac solidius fundamentum habet salus nostra, uidelicet gratiam & ueritatem Dei. Hic promittit remissionem peccatorum ex gratia, & bona fide praestat ea quae promisit ex gratia. Hinc Paulus Roman. iiij. uocem praeclaram profert: Iustitia ex fide datur, ut secundum gratiam, ut firma sit promissio uniuerso semini, non ei, quod est ex lege tanum uerum etiam ei quod est ex fide Abrahæ, qui est pater omnium nostrorum.

Sequitur in Propheta, quod uerum Davidem Christum Davidis filium dederit testem, Docet enim & annunciat Euangelion, item quod dederit eum ducem & præceptorem seu imperatorem aut legositatem gentibus. Hoc est, Christus futurus est doctor & rex gentium, quae e testimonio Euangelij uidebunt quam pertinax, contumax et incredulum hominum genus sunt Iudei qui suam carnem et sanguinem Iesum Christum uerū Messianum noluerunt recipere, sed in totum respuerunt, quē tamen præ alijs omnibus suscipere & uenerari debuissent. Sic Paulus Act. xiij. dicit ad exercitos Iudeos. Vobis oportebat primum loqui sermonem Dei, sed quoniam repellitis illum, & indignos uos iudicatis aeterna uita, ecce conseruatur ad gentes, sic enim præcepit nobis Dominus &c. Item Act. xxvij. dixit Romæ ad Iudeos cum Euangelio credere non sustinerent, notum sit uobis, quod gentibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient.

Itē Esaiæ lix. capite clare promitti Christus futurus redemptor Sion, hoc est, electis e Iudeorum populo: ut non omnes damnandi sint quantum uis in grauissimam, horribilem & diuturnam cæcitatem prolapsi sint, promittitq; Deus quod uerbum et Spiritus ipsius non sit auferendus ab Ecclesia. Nam sicuti Matthæus ait cap. xxviij. semper manebit Christus nobilis.

turn. Sic autem ait Esaias. Et ueniet redemptor ad Zion, & ad eos qui resipuerint in Iacob ab iniestate, dicit Dominus. Et ego (in eo) cū eis hoc meum foedus dicit Dominus, ut Spiritus meus qui est super te, & uerba mea, que posui in ore tuo, non recedant ab ore tuo atq; ab ore seminis tui, & ab ore semenis (uenturi post) sementum, dicit Dominus, A modo & usq; in seculum.

Citat ne Paulus hoc uaticinium in epistola ad Rom. cap. xi. ubi consolatur Iudeos q; pars aliqua eorum sit conuertenda ante diem extremum?

VRBANVS.

Eriam. Ac mysterium gentibus dicit, ne reliquias Iudeorum omnino renegari aut de eorum salute desperent, dicens: excæratio ex parte Israeliacæ dicit, donec plenitudo gentium aduenerit, & sic totus Israel saluus erit. Si quis scriptum est: Adueniet ex Zion ille qui liberat, & auertet impietas a Iacob. Et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata ipsorum. Secundum Euāgelium quidem, inimici propter uos, secundum electionem autem dilecti propter patres. Ex his tot prophetis Cleophas & Comes eius sele consolari & spirituale regnum Christi intelligere potuissent.

Nuncaudi porro quam suavia quam iucunda & grata Esaias uaticinat de regno Christi, quod per prædicationem ubiq; & latissime crescere & propagari debeat, & quod in Ecclesia tantum salus sit, & qui in Spirituale hoc regnum non uenerit quod is damnetur. Verba figurata & picturata sunt quibus Prophetæ mukumutuntur. Sed assuendum est huiusmodi orationis figuratę dictioni. Sic ait igitur cap. ix. Surge illuminare Ierusalem quia uenit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.

Lumen hoc est Euāgeliū, Dei gloria, sunt dona æternatum opum & bonorum, ut sunt æterna iusticia, pax, sapientia, securitas, uita & salus. Sequitur. Quia ecce tenebræ operiunt terram & caligo populos, super te autem oritur Dominus & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & populi in splendore ortus tui, (siue qui super te orti) Leua in circuitu oculos tuos. Omnes isti cōgregati, ueniunt tibi. Filii tui, (hoc est Christifideles,) de longe uenient, hoc est, ubiq; per totum hunc mundum Euāgeliū doceatur & Christifideles populi fiēt. Ei filiæ tuę de latere surgent (uel ad hatus educabunt) Tunc uidebis & afluxes & mirabiſ & dilatabitur cor tuū quando cōuersa fuerit ad te multitudo gentium ad te uenerit. Hoc impletū est tu cū per Euāgeliū conuersæ sunt gentes in Hispania, Gallia, Italia, Græcia, Afia, Cilicia, Africa, Aegypto, Cypro, Creta, Rhodo, Liuonia, Borussia, seu Prussia, Pomerania, in Inferiori Germania ad mare occidentale sita, Scotia, Anglia, Hybernia, Islandia, alijsq; locis & regionibus. Inundatio (seu multicudo) camelorū operiet te, hoc est, populi oriētales qui camelos habēt, ad cœlestem quoq; Hieropolymam uenient.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

DROMEDARII MIDIAN &EFFA. hoc est, populi iuxta mar
te rubrum & e regno Arabiae in Christum credent. Omnes de Saba ue
nient aurum & thus deferentes & laudem Domino annunciantes. Omnes
greges in Kedar ad te congregabuntur, et arietes in Nebaioth ministrabut
tibi. Per Saba intellige populos ad dexteram Orientis. Per Kedar & Ne
baioth eos qui sunt ad sinistram. Hi omnes seruiti erant Ecclesiæ, & se
ad eam congregaturi, Christumque prædicaturi & glorificaturi ut unicum
nostrum saluatorem.

OFFERENTVR SVPER PLACABILI ALTARI MEO.
Hoc sit, cum Doctores uerbi diuinii homines conuertunt ut ulro le cruci
subiçiant, ueterem hominem mortificent, atque ita se per Christum altare
nostrum Deo offerant aut sacrificent.

NAM DOMVM MAIESTATIS MEÆ GLORIFICABO,
hoc est, templum meum spirituale, Ecclesiæ, multifarijs donis Spiritus san
cti locupletabo & exornabo.

Sequitur. QVI SVNT ISTI QVI VT NVBES VOLANT
& quasi columbae ad fenestras suas. Figurata hæc uerba sunt. Nubes
sunt Apostoli. Hi sunt fecundati, pluuiam enim uerbi Dei adportant &
ueloces sunt ut nubes & quasi columbae, quia per totum mundum uolita
runt ad omnes populos, ut apud eos Euangelium annuncient. Sequitur.

INSVLæ me EXPECTANT & NAVIS MARIS A PRIN
cipio (uel iampridem) ut adducant filios tuos de longe, cum argento & au
ro eorum nomini Domini Dei tui et Sancto in Israhel qui glorificant te.
Filiij peregrinorum ædificabunt muros tuos, et reges eorum ministrabur
tibi. Hoc est, Vbique magna animi cupiditate & desiderio Euangelium ex
pectabitur ut unica consolatio mœstarum et afflictarum conscientiarum.
Facultates etiam & fortunas suas homines non grauatum effundent in hoc,
ut Dei nomen longe lateque propagetur, utque miseri & afflicti liberentur
& seruentur. Peregrini seu filij peregrinorum sunt Doctores in Ecclesia
ex gentilitate qui scribendo & docendo Ecclesiam exædificarunt, quales
fuerunt Athanasius, Nazianzenus, Cyrillus, Chrysostomus, Augustinus,
Hilarius, Ambrosius, & similes. Sequitur. In indignatione enim
mea percussi te & in reconciliatione mea (uel in gratia mea) misericordia sum
tui, hoc est, Habes etiam nunc peccata, paternaque uirga te percuti & casti
gari inque terris in hac uita afflictionem pati necesse est. Sed ira paterna est,
Omnis afflictio in commodum & salutem tuam cedit, ne cum impiu
do damneris. Sub indignatione latet abscondita nihil nisi paterna gracia
& benevolentia summa. Neque enim te occidam, sed percutiam & castiga
bo te ut uiuas. Sequitur.

Peregrinoru
filij qui.

ET APERIENTVR PORTæ TVæ IVGITER, NEC DIE
NEC NOCTE CLAVDENtur, ut fortitudo gentium ad te adseratur,
& reges

& reges earum adducantur. Quæ enim gens & quod regnum tibi non ser
uierit, peribit, & gentes solitudine uastabuntur. Hoc est. Quamuis multis
hostibus cincta sis, qui omnes tibi insidiantur & grauiter imminent, atta
men tua & extra periculum eris in star munitissimæ & fortissimæ urbis, cu
ius portæ non clauduntur, quæq; nullos hostes metuit. Hæc est securitas
in Spiritu. Necq; enim omnes Christi hostes Ecclesiam euertere aut ua
stare possunt coniunctis etiam omnibus uiribus, ut maxime corpus affli
ganit aut facultates eripiant. Est & Ecclesia assimilis ciuitati semper paten
ti. Singulis enim momentis expectat & recipit omnes qui poenitentiā agē
tes Christo nomen dant & in hanc ciuitatem ingrediuntur, cum eam pro
missionem habeat quod semper usq; ad extremum diem crescere debeat.
Verbum & Sacraenta nunquam non in Ecclesia sunt & inueniuntur,
per quæ conuersi remissionem peccatorum accipimus, quæ nusquam etiā
alibi est quam in Ecclesia. Qui non est Christianus, aut ciuis huius urbis,
is damnatur. Sequitur in textu.

Ecclesia sim
lis ciuitati
semper pa
tentia

**GLORIA LIBANI AD TE VENIET, ABIES & BVXVS
& PINVS SIMVL AD ORNANDVM LOCVM SANCTI**
quid hactenus exitium & preclarum Synagoga Iudeorum præ alij na
tionibus habuit, ut est, Scriptura sacra, cognitio Dei, promissio gratiæ,
Christus, iusticia & uera spes uitæ, hæc omnia Ecclesiæ Christianæ dona
bo. Sequitur.

ET VENIENT AD TE CVRVI II QVI
TE HVMILIAVERVNT & OMNES QVI DETRAHEbāt
tibi adorabunt uestigia pedum tuorum (uel procident ante pedestuos) &
uocabunt te ciuitatem Domini in Sion Sancti in Israhel. Pro eo em quod
fuisti derelicta & odio habita, & non erat qui per te transiret, ponam te in
superbiā (seu magnificentiam) in secula & gaudium in generationem
& generationem. Ut fugas lac gentium & mammilla regum lactaberis, ut
scias (seu discas) quod ego sim Dominus saluans te & ego ille fortis in la
tob sim redemptor tuus. Hoc est. Audi o Ecclesia, ij qui te persequuntur
& tam atrocibus conuicjjs proscindunt, aliquando conuertentur ad fidem
Catholicam, teque probe cognoscere discent, te ciuitatem Dei & ueram
Sion esse. Quam derelicta fuisti ad breue tempus, tā exaltaberis & in sum
mam gloriam eueheris. Quod autem figurate de lacte dicit, eo significat
gentes humanitatem & comitatem eximiam Ecclesiæ exhibutas, eamq;
omni beneficiorum atq; officiorum genere affecturas, ueluti matres libe
ris suis tenere dilectis ex animo bene cupiunt eosq; fouent, curant, alūt, ni
hil que non eorum causa naturalis illius s̄q; in citatione faciunt.

Hic obseruabis, quamuis Ecclesia iuxta externam faciem, contemptib
ili et deformi specie horreat, quod tamen Deus eam conseruaturus et defen
surus sit, ut in summam dignitatem proiecta glorificetur, primum in Spi

DE CÔNC. CHRI. AD DI SC. EMAVM E VNT.

Ecclesie glo
ris

ritu. Hoc autem ornamentum Ecclesiæ in Spiritu, omnia ornamenta tod
us mundi longe uincit. Deinde honore summo etiam afficiuntur ij qui in
mundo contempnui & persecutionibus erant expositi. An non Apostoli
& Martyres extreme contempti fuerunt, at nunc eorum memoria annuer
sarijs solennitatibus ac singulari gaudio celebratur, prædicanturq; esse, ut
& uere sunt, Dei amici charissimi; & felicissimæ sanctissimæq; animæ.
Vnde haec tanta gloria? Nimirum hinc, quod Deus ipse saluator noster
est, & fortis ille seu omnipotens est redemptor noster. Quomodo hoc sal
uator & redemptore semper nobis præsente periremus? Sequitur:

FERAM DEO PRO æRE AVRVM & PRO FERRO AF
FERAM ARGENTVM, & PRO LIGNIS æS & PRO LAP
dibus ferrum, & faciā ut præfecti tui pacem doceant & præpositi (leu cura
tores tui) iusticiam prædicent. Non audietur ultra in terra tua iniuria (aut
rapina) nec uastitas aut contritio in terminis tuis, sed occupabit salutem mu
ros tuos & portas tuas laudatio, uel muri tui salus & porte tuæ laudatio no
cabuntur. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor
lunæ amplius illuminabit te, sed erit tibi Dominus in Lucem Sempiter
nam, & Deus tuus in gloriam tuam. Non occidet amplius Soltuus, nec
luna tua occultabitur: Quoniam Dominus erit tibi in lucem perpetuam,
& sinentur dies lucretus tui. Sed & populi tui omnes iusti erunt, & in secu
lum possidebunt terram, (eritq;) germeri plantationum eius, opus manu
mearum ut glorificantur. Parvus erit in mille, et exiguis in gentem robu
stam: ego Dominus in tempore eius accelerabo istud.

Hoc est, Audi o afflictæ nunc Ecclesia, si mea causa amittis & postra
bes aliquid, id abunde & large tibi reddetur & compensabitur æternis or
pibus atq; diuitijs. Futura es eximie fortis & gloriofa. Habebis etiam fidos
episcopos & doctores, qui spiritualem & temporalem etiam pacem pie &
sedulo docebunt, ut pñ intus in cordibus cum Deo, & extra cum proximo
tranquillitatem habeant et pacifici sint. Tam mirabiliter te defendet Deus,
ut incole & ciues tui securi & tui semper sedeant. Hoc intelligendum in
hac uita de spirituali securitate & pace, MVRI TVI SALVS VO
cabuntur. Cum hoc auxilium & tam firmum aduersus oës imperiis praefis
diu in te sit, multo maius quæ totus mundus haber aut suppeditare potest.
Et portæ tuæ Vocabuntur laus, Quia in te ineffabiles & inexhauste diui
tiæ diuinæ gratiæ in Christo tam clare & luculenter docebuntur & intelli
gentur, ut per eas oës Christiani excitentur ad glorificandum et laudandum
Deum sine intermissione, pro omnibus tam corporalibus q; spiritualibus
illius benedictionibus, quas sceleratus & impius hic mundus non agnol
cit, tantum abest ut Deo pro ijs gratias agat. Soli Christifideles id faciunt,
Hipsallunt Deo in Spiritu & ore etiam, petuntq; ut id in æternū faciant,
uti canit lxxiiij. Psalmus: Beati qui habitant in domo tua Domine in secul
la seculorum laudabunt te.

Ne autem cum excæcatis Iudæis & furiosis Chiliaстis corporalem ciuitatem & terrenum regnum a Christo expectemus, ideo dicit Propheta in subsequentibus uerbis, hūc corporalem & uisibilem solem non facturum portas & muros ciuitatis huius uisibiles, ut ad splendorem & lucē solis uideli oculis carnalibus possint. Lōge maius lumen adhibetur necesse est, ut hæc ciuitas uideri possit. Deus ipse in hac ciuitate uti Sol in uisibilis uerberbit, & corda Euangelio illuminabit. Per hanc lucem uideri possunt res illæ maximæ & immensa beneficia quæ Deus Ecclesiæ promisit.

Hinc quoq; intelligimus Ecclesiam Catholicam aut regnū Christi nō esse politiam externam. Nam hę mundanæ politiæ & administrationes seu dominiationes cum sua magnificencia ac splendore oculis corporalibus conspiciri possunt, sed Ecclesia eiusq; magnificencia uideri non potest nisi oculis spiritus, longeç; alius Sol quam mundi adsit oportet.

Sed nunc obserua quam præclaras & immensas promissiones in Christo habeamus. Regni Christi Sol non occidet. Visibilis Sol quotidie occidit cōfecto per diem cursu suo, secq; abscondit usq; in crastinum diem. At nos Sol & nostra luna manebunt perpetuo apud nos. Christus enim Sol iusticiæ illucescit & exoritur nobis per Euangelium, nec unquam occidit Electis. Nam ut maxime nubes temptationis alicuius hunc solem obdixerit, non tamē totus Sol occidit nobis, imo die redemptionis demum uere conspicietur & clarissime tum illucescat, ubi nulla nubes afflictionis, ignorantiæ, aut incredulitatis eius splendorem amplius obscurare, tegere aut impeditre potest. Ibi demum uere conspicientur impletiones maximarum promissionum pacis, gaudij & salutis Ecclesiæ, cum Christus manifestatus sempererna lux nostra fuerit, tum facie ad faciem uidebitur, omnesq; afflictiones finem habebunt, diesq; æternæ gloriæ filij Dei tum apparebit & patebit.

Nota etiam hic quod in Ecclesia seu regno Christi non nisi iusti futuri sint. Hic in mundo pijs & impijs una habitant et mixti sunt sed uera Ecclesia est talis congregatio Christianorum in spiritu, in qua nullus impius est, die em̄ extremo infideles etiā corporaliter a pijs separabuntur in æternū.

Fanaticum & insanum Anabaptistarū uulgas putat se hic in terris corporaliter in terrenam aliquam ciuitatem omnes pios congregaturū, haccq; promissionem corporaliter impleturum. Sed ipsorum conatus irritus erit. Nunquam id hic in terris fiet. Zizania in fine demum mundi a tritico segregabitur, & impijs sunt pijs mixti in Ecclesia corpore duntaxat, usque ad diem extremum, abutentes omnibus creaturis, ut latrones & prædones in ditione principis alicuius, qui uiolentia & iniuria omnia occupant, & possident. At pijs cum Christo regnabunt in coelis & terris. Terram & uisibilem creaturam DEVS eleganter & affabre exornabit & nouam quandam speciem induet, miramque pulchritudinem addet, ut ea filij DEI

Anabaptista
rum error de
regno Chri
sti

DE CONC. CHR. I. AD DISC. EM AVM EVNT.

perfruantur. Rom. viij. Atq; ita p;ij nouum coelum & nouam terram h;e
reditabunt & possidebunt in quibus habitabit iusticia, uti Petrus ait, i. cap.
ijj. Sed unde & cur accipient hanc tantam gloriam? Nimirum hinc quod
ut Esaias ait, germen sunt, seu frondes, seu uirgulta, quae Deus ipse mani
bus suis plantauit, quia per uerbum & Spiritum suum imaginem Dei in
nobis renouauit et nouos homines fecit, nouamq; creaturam in Christo.

In fine autem capit is huius promittit Esaias fore ut Ecclesia quantum
uis exigua & rara sit, crescat sic ut populus frequetissimus & in numerabili
lis fidem Christi sit suscepturnus. Et ne de hac promissione quicquam du
bitaretur, cum uideamus uere pios persecutionibus infestari & ceterum
e medio tolli, mundumque cum turba impiorum magnum & copiosum,
Ecclesiam uero ad mundum collatam per exiguum & angustum esse, ideo
concludens dicit, non hominis esse opus regnum Christi ad tam proue
here gloriam, sed ipse Dominus id faciet tempore suo. Nam quod Euangeli
um docetur, quod homines tanta mysteria credunt, quod promissio
nibus Dei sidentes mundum hunc relinquent et contemnunt, ac Christu
morte fortiter susceptra etiam confitentur, haec tanta sunt opera omnia, que
nulla ratio, nulla sapientia, nulla potentia mundi praestare potest, sed De
us ipse sua immensa potentia et Spiritu haec tanta faciat seruet & augeatne
cesser est.

Ex hac Prophetia iterum habes Spirituale & eternum Christi regnum
esse, et quod Christum resurgere oportuerit si semper uita lux & sol piorum
esse debuit, & quod nos quoq; simus resurrecti, ut has tantas promissio
nes in Prophetis promises uniuersas accipiamus & ijs in aeternum in fu
tura uita perfrauamur. Hoc qui credit is non contristatur uti Cleophas &
comes eius. Siquidem scit quod Christus Israelem liberaturus & ad e
ternam gloriam prouecturus sit, uerum non in hac caduca uita sed hic in spe
certa, post uitam uero hanc in possessione certa & aeterna.

Nunc audi porro quomodo Esaias uaticinetur de Ecclesia Christiano
rum & saluatore eius Christo, quod uenturus sit ut Sion & gentes iustifi
cet, quod q; gentes etiam sint Messiam suscepturn, quod Ecclesiae fidos E
piscopos & pastores sit daturus, eam q; magna gloria exornatus & dilati
genter conseruaturus, ut sponsam suam unice amatam, quo omnibus sit con
spicuum Ecclesiam a Deo non esse derelictam, quamuis hic crucem suam
ferat, qua Domino & Regi suo conformem eam fieri oportet. Sic dicens.
cap. Ixij. Propter Zion non tacebo & propter Ierusalem non quiet ero,
donec egrediatur ut splendor iusticia eius, & salus eius ut lampas ardeat.
Et uidebunt gentes iusticiam tuam, & omnes reges gloriam tuam: & uoca
bit te nomine nouo, quod os Domini nominabit, & eris corona glorie
in manu Domini, & diadema regni in manu Dei. Non dicetur tibi ultra,
derelicta, neq; terrae tuae dicetur amplius, desolata, sed tu uocaberis, uolu
tas

tas mea in ea, & terræ tuæ (dicitur) maritata: quoniam complacuit Dominus in te, & terra tua marito copulabitur. Quoniam maritabunt te filii tuisicut adolescens maritat virginem, & iuxta gaudium sponsi quod habet de sponfa, gaudebit super te Deus tuus.

Hic dicit Propheta quamvis bona pars hominum neque Deum, neque Christum curet, electi tamen, Spiritualem illam & ueram Sion inquirunt, et nunc saluatorem Christum expectant. Verum cum Satanæ persecuti onibus sit exposita, ab eocque uastetur & affligatur, opus habet consolatiōe. Ideoque non tacebo sed docebo in desinenter Christū donec uenerit. Christus est unica iusticia Sionis seu spiritualis Ierusalem, sicuti Paulus clare testatur i. Corin. i. Estque Ecclesiae unica salus, uti Evangelistæ & Apostoli ubique docent. Vaticinatur itaque Esaias hic de nullo alio quam de Iesu Christo, quem nobis Deus in saluatorem misit, ut & Iudæi & gentes eius beneficij participes & compotes fierent. Id quod ab Apostolorum temporibus per totum mundum impletum est. Nouum nomen haud dubie est quod populus Dei nunc uocatur Ecclesia, filij Dei, uerum & Spirituale Ierusalem mater omnium electorum Sanctorum.

Nunc uide quam preciosa quam dilecta sit Ecclesia fidelis & optimo Patri Deo. Propheta eam uocat coronam gloriae. Mundus putabat pios esse fatus, stultos, conceleratos, periplemata & pericatharmata, omniumque libidinibus & fannis, omnium iniurijs erant expositi. At hic longe aliud epitheton prijs indit. Vocatur enim dilecta, preciosa, corona gloriae, Volū Ecclesia gloria

sunt consolantissimæ promissiones in Cruce, sed firma fide sunt apprehendendæ. Nihil enim certius est, quam nos, quamvis in hoc mundo contemnatur & affligimur, Deo tamen tam charos & tenere dilectos esse, ut creaturae conctæ nobis seruire & prodesse cogantur etiam tum cum mūndus punit quod maxime in oceant. Angeli in coelis nos curant, souent, & tuentur,

Iam uide maximum opus humanitatis Dei, hoc est, quod Deus homo factus est, & passionem Christi. Hec certe omnia propter Ecclesiam facta sunt, ut per ea ab omnibus malis liberata ad uitam & æternam salutem ad duceretur. Quomodo potuisse paternam suam in Ecclesiam propensionem et amorem magis declarare & exerere, quam quod unigenitum filium suum propter eam in mortem tradidit ut eam liberaret, cum adhuc inimica Deo esset, Rom. v. Quamvis infirmitas & crux nostra in hac uita faciem horribilem & detestabilem habeat, attamen nihil est aliud quam fidi patris uirga, qua filium charissimum erudit emendat & format. Nihil nunc dicam de gloria quæ reuelabitur nobis die redēptionis, ibi tum uidebitur quāmet Deus Ecclesiam, & quod temporalis afflictio Christianorum tertum signum sit Dei ardētissimi & uere paterni in nos amoris & bene-

DE CONC. CHR. I. AD DISC. EM AVM EVNT,

uolentiae. Verba Esaiæ sonant perinde ac si loqueretur detersoribus
salem in Canaan, sed Propheta utitur terrenis istis ideo, quod erant si-
guræ ueri & Spiritualis Ierusalem & terræ iusticiæ, respiciens oculis spiri-
tualibus in Ecclesiam, uti satis testatur Petrus & Paulus, nobis certam re-
gulam præscribentes, ut Prophetas recte & probe intelligamus, de Chri-
sto & regno eius Ecclesia. Obseruabis etiam quod Esaias Ecclesiam alem
coronam uocat, quæ sit in manu Domini seu quæ gestetur manu Domi-
ni. Hoc est, Ecclesia spirituale regnum est, quod Deus ipse gubernat & re-
git. Est autem corona gloriæ seu gloria in manu Domini, quia coram
mundo gloria non appetit.

Quod autem Propheta similitudinem sumit a coniugio & fide coniugiali, id ualde consolatorium est. Hinc enim discimus quam unice, quanto
nere & efflictum nos Deus amet, quamq; immensas opes ab ipso sumus ad-
cepturi, cum Sponsus sponsæ omnia sua bona communiceret. Sequitur. Su-
per muros tuos Ierusalem constitui custodes, qui tota die & tota nocte iu-
giter non taceant: & uos qui reminiscimini Domini non sit uobis silentium.
Necq; dabitis ei silentium, donec reparet, & donec ponat Ierusalem
ut ipsa sit laus in terra.

Hi custodes sunt fidi uerbi diuini præcones, qui uigilant & sedulius fundi-
in orando & docendo in Ecclesia, ne capitalis ille hostis Satan suis seducto-
ribus eos circumueniat aut superet, semperq; docent ueram poenitentiam
& gratiam Dei in Christo, seduloq; monitionibus &hortationibus inui-
gilant, ut cognitio Dei & nostri in nobis excitetur, Deoq; gratiæ pro in-
effabili beneficio ipsius agantur. Sequit. Iurauit Dominus per dexteram
suam & per brachium fortitudinis suæ, si dedero frumentum tuum amplius
cibum inimicis tuis, & si biberint filii alieni uinum tuum, pro quo uila-
borasti. Sed qui congregabunt illud, illi bibent ipsum, & laudabunt
Dominum, & qui colligunt ipsum, illi comedent ipsum in atrij sanctissimis.
Hoc de spirituali tritico & uino dictum est, Estq; sententia. Non potest
non fructus suos ferre uerbum id, quod hi concionatores docent, & cer-
to fructus fidei consequentur & experientur, id quod in impijs non pos-
test fieri.

Atria sunt congregations seu Ecclesiæ Christianorum seu piorum, ubi
Euangelium pure docetur. Ibi pacificæ, serenæ, læte & tranquille conscientiæ
fiunt in Domino, ubi internus homo pacem, tranquillitatem, quietem
securitatem, foelicitatem & uoluptatem solidam habet in uerbo Dei. Hac
uoluptatem nullus impiorum sentit nec ullum eius gustum percipit. Ene-
quicquam dubitaremus addito iure iurando confirmat certo euentura no-
bis ea quæ promittit. Transite transite per portas, repurgate uiam pro po-
pulo: complanate complanate semitam, & colligit ex ea lapides: leuate lig-
num super populos. Ecce Dominus diuulgauit usq; ad extremitatem re-
gaz, dicite

ræ, dicit filiæ Zion: ecce saluator tuus uenit: ecce merces eius cū eo est,
& opus eius ante illum. Et uocabunt eos, populum sanctum, redemptos
a Domino: & tu uocaberis requisita ciuitas, & non dericta.

His uerbis monet Propheta ut diligenter & sedulo incessanterq; doce-
atur uerbum Euangeliū in omnibus locis ubi homines sunt. Portæ Eccle-
siae semper reseratae & apertæ sunt. Omnia iam præparata sunt, nihil re-
stat nisi ut uerbi doctrinam diligenter urgeatis, ut credatis, & omnia quæ
cursum Euangeliū eiusq; fructus remorantur, e medio tollatis & euellatis,
ut expeditior eius cursus sit. Prædicate Christum crucifixum, is tum Spiri-
tu suo omnia ad se attrahet & congregabit. Breuiter Euangelium usq; ad
fines orbis terræ promulgandum & dilatandum fuit. Filiiæ Sion, hoc est,
omnibus electis & Iudæis & gentibus annunciatum fuit, saluatorem ei-
us Christum Iesum aduentare. Quæcumq; autem promittit & agreditur
ad liberandum populum suum, hoc est, spiritualem Sion, id prestat potē-
ter. Captiuitas enim qua captus ipse est & passio eius sunt nostra redem-
ptio & salus, & Mors eius uita nostra est. Et quantumuis humilem & ui-
lem speciem Sion, hoc est, Ecclesia in mundo habeat, tamen gloriam & di-
gnitatem summam accipiet & magnifica coram Deo erit, & hunc titulum
& elogium insigne feret, quod sit populus Dei sanctus, quem Deus ipse
in natura humana assumpta redemit.

Et tametsi mundus retur, Ecclesiam propter grumias, calamitates et crū-
cem quibus premitur, esse a Deo abiectam & derelictam, Deumq; ipsi es-
tis infensissimum, attamen nihil erit minus, sed uocabitur & erit quæsita ci-
uitas Dei quam Deus nunquam derelinquere sustineat. Atq; hic habes
articulum fidei nostræ credo Ecclesiam sanctam catholicam, Sanctorum
communionem. Nam qui in Christum credit, is est in hac ciuitate, & san-
& Spiritum sanctificat.

Si igitur huius salvatoris Christi opus non infrugiferum esse debet, ne-
cessè est ut Euangelium per totum mundum doceatur, & ubiq; Christifi-
deles siant, & Christifideles a morte liberentur, ut Ecclesia fiat elegans ci-
uitas & habitatio seu domicilium Dei, quod Deus nunquam sit derelictu-
rus. Sequitur hinc etiam Christum oportuisse a morte resurgere, ut haec ci-
uitas per totum mundum extrueretur, & Christifideles ex omnibus cala-
mitibus, peccato morte & damnatione redimerentur. Hoc Cleophas &

comes eius in itinere non intelligebant, ideoq; tristitia afficiebantur.
Sed nunc accedamus ad lxij. caput Esaiæ, in quo describitur magnifi-
cus & gloriósus Christi triumphus, quomodo per Crucem & sanguinis
profusionem suos & Ecclesiae hostes, peccatum, mortem, Satanam & Sy-
nagogam incredulorum Iudæorum tam mirando modo uicerit & uasta-
rit proprio marte a virtute. Utitur autem Esaias suo more etiam hic pictu-

Articulus fi
dei de Eccle
sia catholica.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

ratis uerbis, dicens. Quis est iste qui uenit ab Edom rubricatus in uestibus de Bosra: iste honoratus in uestimento suo, obambulans in multitudine uirtutis suæ.

Edom

Hic interrogat admirans Propheta de passione Christi. Edom significat rubrum seu rubeum aut rufum: Basra pampinum seu folium palmits, unde botri leguntur qui calcantur & exprimuntur. Vocata autem Synagogam Iudæorum Edom seu rufam, eo quod innocentie sanguine Propheta rum & Christi se infecerunt et contaminarunt, cum dicerent: sanguis eius super nos & filios nostros. Videt itaque Propheta Christum in Spiritu, quomodo a Synagoga sanguinaria sit flagellis cælus, cruciatus, afflicatus, sanguine infectus & torus conspersus, non aliter quam calcator uarum conspergitur & humectatur. Sed uidet etiam ibidem in Spiritu quid Christus profusione sanguinis sui præstiterit, uidelicet quod hostes uicerit & propria uirtute ac potentia citra ullius alterius auxilium & adminiculum expugnarit, & nunc uti bellator seu Imperator aliquis felicissimus, uictoriosus & inuictus trophyis & signis his sui prælij ac dimicationis conspiciendus & omnibus admirandus triumphet. Nam cum Iudei putarent eum iam uictum & mortuum, tum a mortuis resurgens regnum suum auerbi spicatus est, secundum potentissimum peccati & mortis & totius regni tenebrarum uictorem esse declaravit, Iudeosque propter immane istud & crudele in profundendo innocentie sanguine facinus horrenda plaga obdurationis, defectionis, & captiuitatis per totum mundum punire uoluit.

Ad hanc interrogationem respondet Messias Iesus Christus dicens,
EGO QVI LOQVOR iusticiam, & propugnator sum ad saluandum.

Hoc est, Quid de me admirabundus cogitas quis sim, Is sum qui a Deo ad hoc missus est, ut ueram iusticiam doceat, imo ut & iuuet, hoc est, ut ipse suo opere iustificet & saluet. Mox aliam interrogationem subiicit Propheta: Si uerus saluator es qui salutem & auxilium nobis iaturus es. Quare ergo rubrum est indumentum tuum & uestimenta tua consperla sicut calcantium in torculari. Quomodo haec conueniunt & quadrant promissi onibus tuis quibus recipis te auxilium et salutem nobis allaturum? Adhuc respondet Christus. Torcular calcaui solus, & ex populis non est uir meus: & ego in ira mea calcabo eos, atque in furore meo conculcabo eos, et spargetur sanguis eorum super uestes meas, & omnia indumenta mea iniquabo. Quoniam dies ultionis est in corde meo, et annus quo me ire diuitant uenit. Aspexi, & non erat auxiliator, & admiratus sum quod non esset qui sustentaret, & fecit mihi salutem brachium meum & ira mea sustentauit me. Et ego conculcabo populos in ira mea atque inebriabo eos in furore meo, & deponam in terram fortitudinem eorum.

In hac responsione Christi uidemus quomodo per passionem suam in gloriam intrare & nos perfecte liberare uoluerit. Non, inquit, miraberis indumentum meum rubrum esse. Hæc est, uera & proxima uia ac modus

quo mūdus liberetur, a Deo sic ordinatus. Solus torcular calcaui, hoc est, solus mundi peccata tuli in Cruce. Nemo aliis satis facere potuit pro pec-
catis mundi præter me solum. Sanguis meus id præstare potuit et debuit.
Nullum aliud erat medium, nulla alia ratio, qua a peccatis liberare remini.
Et in illa ipsa infirmitate mea summam potentiam exerui, & grauissimos
maximosq; hostes humani generis pessundatos & prostritos conculcaui, et
ucci Satanam cum πεντεγια sua uniuersa & malicia calamitate que quam in
mundum ituexit, ut hominibus exicum adferret. Cum incredula Syna-
goga me arte respueret, nec Dominum suum me agnoscere sustineret, Sa-
tanam qui Iudeos excæauerat, prostratum superauit, et Dominus uniuer-
se creaturæ tam in coelis quam terris collocatus sum, ut incredulos meritis
supplicijs afficiam, & nunc etiam gentes lucifeci ut proprius mihi popu-
lus sit. Hoc præstiti solus meo marte ac robore. (Testatur hoc & Paulus
Coloss. ii.) Inq; mea ira hostes condignis penitentias affeci, quia ministerium
a patre mihi commissum zelo obiui & impleui, Iudeosq; sic confudi, ut
omnem suam dignitatem, priuilegia & prærogatiua quam ante habe-
bant amiserint. Dies ultionis & liberationis est tempus id in quo Chri-
stus Iudeos passus est excæcari & dispergi, gentibus in locum eorum in-
gratiam per Euangelij doctrinam receptis, quo ueteris serpentis caput con-
trivit, & gentibus uictoriā partam donauit, omnemq; intelligentiam &
scientiam scripturarum Synagogæ ademit. Matt. xij.

Nunc porro de passione et infirmitate sua loquitur, in qua fuit propter
nos, dicens. Circumspexi, (scilicet tempore passionis & infirmitatis,) &
non erat auxiliator, non fuit qui adiuuaret (qui auxilio esse uel posset uel
uellet. Nec ullus erat a partibus meis, nemo auxilium tulit mihi sed ipse
ego mihi auxiliatus sum. Sola mea uirtus id præstare potuit. Saluauit me
brachium meum, seruauit & liberaui atq; excitaui meipsum in zelo meo.

Nunc regno etiam, & eos qui me contemplere, punio, omnemq; eorum
uirtutem, omnem facultatem omnia quæ donaram ihs aufero, scripturam,
Prophetas, & quicquid præ alii magnificum & præclarum habuere.

Impletio huius Prophetæ manifeste patet & in oculos incurrit. Inspi-
ce Iudeos nostræ etiam ætatis quam sint omnis scripturarum intelligenti-
erudes, quam nihil de lege, nec promissionibus de Christo intelligant.
Legem carnaliter intelligunt, præsumuntq; frustraneo conatu præcep-
ta Dei se citra adminiculum Messiae impleturos, ignorantes Spiritu Mes-
siae ad ea præstanta opus esse, nec sciunt promissiones de Christo de re-
gnos spirituali loqui, & legem paedagogum tantum esse ad Christum du-
centem, in quo solo benedictio, iusticia, & legis impletio inuenitur.

Hic Cleophas & comes eius cogitassent. Messias mori semel & a Syna-
goga e medio tolli uoluit. Haec ordinatio Dei, & Christi uoluntas est
per prophetas prædicta, quod & discipulis suis longe ante quam morere,

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM E VNT.

tur ipse saepius prædixerat, sed hoc mortis gener e suos liberare statuit. Pre-
dixit et discipulis suis se tertio die resurrectum a morte. Sed quid fieri pon-
tificibus & Pharisæis nostris? quas illi pœnas ob immane hoc celus lu-
ent. Gaudium eorum non futurum est diuturnum, nec triduum durabit.
Nam post triduum e morte rediuius redibit Christus, sanguinarijsque
istis uictorijs quam se obtinuisse falso imaginabantur erectam funditus
euertet, conculcabit ac proteret eos in furore suo. Cum se extra omne peri-
culum constitutos et uictoria potitos esse existimant, tum omniumque ha-
bent extremam & irrecuperabilem iacturam facient, legem, prophetas, ter-
ram, urbem, templum, sanguinolentamq; uestem Christi infinita horren-
daq; deuastatione Iudaismi, perpetuaq; calamitate & extrema intermissione
dependent & exoluunt. Pharisæi & Christicidæ merito contristarentur,
qui sibi ipsiis intolerabile supplicium & grauissimam iram concitauerunt,
nec Christum tamen damno aliquo affecerunt. Nos uero merito latentes
mur et exultaremus, iubilaremus et psalleremus, q; Christus resurrexit, ei-
usque resurrectione nos consolaremur. Siquidè Christus per mortem suam
Israhel redemit. Verum hæc supernaturalia homo psychicus seu natura-
lis non capit. Spiritus Christi hic magister & doctor sit oportet.

Esaïas item cap. lxv. uaticinatur de uocatione Ecclesiæ e gentibus, & de
defectione atq; abiectione Iudæorum, quam Prophetiam Paulus Rom.
x. citat. Sic autem dicit Christus apud Prophetam. Quæsitus sum ab his
qui non interrogauerunt, inuentus sum ab his qui non quæsiverunt me;
dixi ecce ego, ecce ego (Inuentus sum) que nomen meum non invocauit.
Ex pandi manus meas tota die ad populum rebellem, ambulantem per viam
non bonam, & post cogitationes suas.

Cum Iudæis poenam ipsos manentem & deuastationem eorum mina-
tus esset, ne quis putaret a Christo totum Iudaicum populum abieciunt
ut nullus eorum redire in gratiam possit, promittit gratiam aliquo homi-
nibus in eo populo, quos in maxima multitudine reliquos esse sibi uolue-
dicens. Sicut cum inuenitur mustum in botro, & dicit quis, ne perdas ip-
sum, quoniam est benedictio in eo: Sic faciam propter seruos meos urno
perdam omnes. Sed educam semen de Iacob, & hæredem montium meo-
rum de Iehuda: & hæreditabunt eam electi mei, et serui mei habitabunt
ibi.

Hoc impletum est per Apostolos, & per eos qui Apostolis ex Iudæis
crederunt. Hi sunt nucleus e Iudæis, electum semen, filij promissionis,
quos pater traxit ut ad Christum uenirent. Ethi possident montes, hoc
est, spiritualem Sion Ecclesiæ.

ANNA.

In hac quoq; Prophetia Cleophas & comes eius uidissent Iudaicum
habu-

habitum esse finem tum cum Messias ueniret, & gentes credituras, & quod Iudei per incredulitatem suam a Messia suo defecturi & perituri es- sent, sed quod tamen nihilo secius aliquot ex ijs esset liberatus & saluatu- rus. Hæc est extra dubium spiritualis liberatio Israhelis. Et hic obseruan- dum quod non totus Israhel secundum carnem Christum suscep- turus es- set, quodq; ideo promissa liberatio Israhelis per Messiam non futura esset iuxta Prophetas sic, ut duodecim tribus Israhel inde corporaliter a gentiū ui atq; iniurijs liberarentur, & sub Messia in terra Canaan terrenum reg- num haberent, in quo summa libertas, uoluptas, amoenitas, securitas & pax esset secundum carnem. Sed ea liberatio futura erat spiritualis, ut in Chri- sto multi ex ijs per Euangelium iustificandi adhuc & saluandi essent, ue- rum bona tamen pars defectura Christoque & Ecclesiæ Christi contradi- citoria & aduersatura esset, id quod hodieq; faciunt.

VRBAN VS.

Sic est ut dicas. Prophetas non intelligebant. Imo cum Christus uenis- set in Synagogam, referta & obruta erat traditionibus humanis, ita ut do- stores ipsi, sicut apud nos in Papatu, scripturas non intelligerent. Quid igitur rudis popellus sciret? Evidem Prophetæ clari & aperti sunt, & sa- us perspicuis uerbis testantur temporibus Messiae Goim, hoc est, gentes uere credituras & Messiam in Dominum suum recepturas & agnituras, & maximam partem Iudeorum ab eo descituras, reliquiasq; tantum con- uertendas esse, quibus gentes sociande & aggregandæ essent & Spiritua- lis Israhel fieret. Ob id & promissiones illæ consolatoriæ de Christi reg- no, reliquijs Iudeorum et gentibus pariter fiunt, Sicuti Esaias in sequenti bus dicit.

PROPTER HAEC DICIT DOMINVS DEVS : ECCE SERVI MEI COMEDENT, & VOS ESVRIETIS, ECCE ser- VI MEI BIBENT, ET VOS SITIETIS : ECCE SERVI MEI LAETABVNTVR, ET VOS CONFVNDEMINI. ECCE SERVI MEI IOCUNDI ERVNT EX IOCUNDO COR- DE, & VOS CLAMABITIS PRÆDOLORE CORDIS, ATQ; PRÆ CONTRITIONE SPIRITVS VLVLABITIS. ET RE- LINQVETIS NOMEN VESTRVM IN EXECRATIONem ELECTIS MEIS, INTERFICIETQ; TE DOMINVS DEVS, & SERVOS SVOS VOCABIT NOMINE ALIO. QVI BE- NEDIXERIT SIBI IN TERRA, BENEDICET SIBI IN DEO VERO : Sic qui iurauerit in terra, iurabit in Deo uero. Nam obliuione traditæ sunt tribulationes primæ, & abs conditæ sunt ab oculis meis.

ANNA.

Loquitur ne hic Propheta de cibo & potu corporali, ueluti miserū &

DE CONC. CHR I. AD DISC. EM AVM EVNT.
excæcatum istud recutitorum uulgas autumat:

VRBANVS.

Paulus ait i. Tim. iiiij. Christifideles promissionem præsentis & futuræ uitæ habere, ideoq; uerissimum est Christianos eos qui suam fiduciam & spem in Christū collocant, etiam ea quæ ad hanc uitam sunt necessaria habituros, sed Propheta citra controuersiam multo maius & excellenter ali quid uidit, & non corporalem sed magis spiritualem cibum & potum significat. Necq; enim multum morantur Prophetæ corporis alimenta cibū ac potum, harum rerum cura non anxie sunt torti, sed æternæ salutis cura tanguntur maxime, huius rationem in primis habent, hanc præcipue docendam sibi ducunt, ut salutarem æternitatem & æternam salutem immortalitatemq; in Christo quærant & promittant. Habent enim in promissionibus suis ipissimum & uerissimum Euangelium Iesu Christi. At Euā gelium est promissio ueræ iusticiæ, ueræ & æternæ uitæ ac salutis, spiritualis & sempiterni regni Christi. Hinc Prophetæ per temporalia, ut uerba eorum sonant, uaticinantur de ueris & æternis bonis.

Huc etiam nos dicit, huic respicit tota Euangeliū doctrina. Sic Christus Ioani. vi. ait: operemini non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam æternam. Ego sum panis uitæ, qui de coelo descendit, qui manducat de hoc pane uiuet in æternum. Et Lucae xxij. Et ego dispono uobis, sicut disponebat mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Eiusmodi promissiones facit discipulis, qui apud ipsum in afflictione perdurauerunt, cum nulla externa species, magnificentia, splendor, nec regnum terrenum esset. Et Paulus Ro. xiiij. Regnum Deinō est cibus & potus sed iusticia, pax & gaudium in Spiritu sancto. Hoc uero & perenni gaudio fruentur Christifideles. Impij uero meram iram, indig nationem, supplicia, anxietatem, & tristiciam haereditabunt. Rom. ii. Chriftifidelium gaudium hic in terris incipit in fide & spe in medijs afflictionibus, cum Deus S. sanctus testimonium nobis perhibeat, nos esse filios & heredes Dei, iam saluatos sed in spe: Verum magno illo die Domini nū demum perpetuo & infinito illo gaudio summisq; uitæ æternæ uoluptatibus atq; amoenitatibus frui incipiēmus.

ANN.

Quod est Nomen illud quo utuntur electi in iuramentum?

VRBANVS.

Christianorum nomen.

Esaias significat futurum ut Iudæorum nomen propter defectionem ipsorum q; Christum abnegant, foedent & sordeant in toto mundo. Malefici cui precatur & diris execrationibusque extreme deuoturi, precabuntur ut idem eueniat ipsi quod Iudæis accidit. Sed serui DEI, hoc est, ueri Iudei & Israhelitæ in Spiritu qui in Christum credunt, alio nomine uocabuntur, uidelicet, Christiani, a CHRISTO DEO DOMINO ipsorum. Hæc

Hæc sunt impleta omnia, omniscip̄ benedictio quæ ante apud Iudeos fuit, nunc translatæ est ad Christifideles. Hi enim habent nunc scripturam & eius uerum & solidum intellectum, habent uerum Messiam, ueram fidem, que saluat, ueram iusticiam, uera opera bona, uera sacrificia & hostias, uerum pontificem, uerum altare, uerum propiciatorium & templū, uerum Dei cultum. Hocq; nomen tam magnificum & augustum erit, ut fortissimos & generosissimos martyres Christi non puduerit supplicia exquisita, propter confessionem huius nominis subire, constanterq; & magnanimitate in conspectu truculentissimorum tyrannorum palam professi suum Dominum, dixerint, Christianus sum, quamuis scirent certo, se propter confessionem huius nominis statim uitæ periculum & grauissima supplicia manere, testante Eusebio.

Benedicimus etiam nos in nomine ueri Dei Iesu Christi, Nullus est alius Deus quam Christus Iesus. Vnus duntaxat Deus est, isq; Deus uerus in persona filij uerus homo factus est ex semine David. Hoc impletum est. Nam cum sciant Christifideles omnem Dei gratiam, auxilium, consolationem, liberationem, uitam & salutem in Christo Iesu duntaxat & per eum solum esse, ideo in omnibus periculis & calamitatibus ad hoc nomine Iesu configiunt, qui etiam ubi uel nominatur, cor reficit, recreat & confortat.

ANNA.

Cur dicit Propheta angustias priores obliuioni traditas, & ab oculis eorum absconditas & remotas, cum tamen in regno Christi, hoc est, in Ecclesia, hic interris iuxta externum hominem nihil nisi afflictio, ærumnus et anxietas sit, ut etiam sanctissimi homines in Spiritus tristiciam saepe incidunt aliorumq; consolationibus opus habeant.

VRBANVS.

Afflueſcendum est tibi phrasí Propheticæ dictionis. Loquuntur Prophetæ de regno Christi perinde ac si iam ex his ærumnis essemus liberati, ac si gloria regni eius iam manifestata esset, imo ac si futura illa perennis uita iam re ipsa coepisset, cum tamē in fide tantum cceperit. Et id fieri sic ne cesset fuit. Nam si probe & recte regnum Christi describere & depingere debebant, inspiciendum eis fuit non in humilem, & abiectam illam speiem, qua hic in terris sub cruce abscondita delitescit, sed in illam gloriam dicula, & omnis generis mala atq; incommoda iam ex regno Christi ablata sunt, cumq; omnes calamitates & ærumnas effugimus.

Cum uero iam liberati simus, remissionemq; peccatorum habeamus, iustificati per fidem in Christum, cum Christum per fidem in corde nostro portemus, iamq; filij Dei facti simus, nostraque uita cum Christo in-

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Deo abscondita & conseruata sit, habeamusque arram hereditatis spiritum sanctum, atque ita spiritualiter a morte peccati resurrexerimus, nihilque amplius nobis sit expectandum quam ut mortale hoc corpus moriatur et resurgat a mortuis. Propter tanta haec omnia, inquam, & quia iam spe salutis sumus, solent Prophetae, quia uidebant quid fides in Christum posset, & adferret, sic aliquando de regno Christi loqui, ac si iam ex hac caduca & peritura uita, ex omnibus angustijs, curis, calamitatibus & afflictionibus in uitam aeternam esset translatum. Atque haec nobis certe certissima & uberrima consolatio est, imo benedictio spiritualis quam iam accipimus: & primitiae spiritus tanta sunt bona ut earum magnitudinem & dignitatem nulla lingua explicare queat. Proinde crucem nos prementem patientius feramus. Ante eramus in regno Diaboli regno aeternae maledictionis, a nunc sumus in regno aeternae benedictionis, in quo solo nec usquam alibi Dei gratia, iusticia, uita, & salus est.

Sequitur in Esaia. ECCE EGO CREO COELOS nouos & terram nouam, & non memorabuntur priora, neque ascendent super cor. Sed (Dominus dicit) gaudete et exultate usque in aeternum in his quae ego creo: nam ecce ego creo Ierusalem exultationem, & populum eius gaudium. Et exultabo in Ierusalem, atque gaudebo in populo meo: nec audietur in ea amplius uox fletus & uox clamoris.

Vide quam immensam & excellentem gloriam regnum Christi post hanc uitam sit habiturum. Deus coelum & terram propter Christifideles innouabit, qui hie redes sunt omnium rerum in Christo. Omnia cum filiis Dei laetabuntur: omnium afflictionum & anxietatum quae in terris fuerunt obliuio inducetur. Tempus namque tristitia finem habet, & semper numerum gaudium incipit. Nunc terra uocatur & est uallis eruminarum, ibi perennis calamitatis mare quoddam. Nam quocunque oculos uertimus, ibi periculum & afflictio adest. In aquis submergimur, in igne comburimur, ex aere tempestates, nimbis, tonitrua, fulgura, grando, terram turbant. In terris ubique conspicuntur sepulchra, speluncæ latronum, hic crucis, illuc statuæ. Breuiter nihil non malorum & infortunij est ubique. Siquidem Satan cum suo mundo furit ac saeuit adhuc, & mouet turbatque omnia, omnibus ueris calamitates & mala inueniens. Verum cum in baratum infernum currit, suo infideli & conscelerato mundo precipitatus fuerit, cuncte Deusteram renouauerit, & ubique ueri Christiani fuerint, nihilque aliud quam iustitia eam inhabitauerit, tum terræ illius prioris, eruminarum uallis, (in qua nihil errat quam presentia pericula, morbi, afflictiones, anxietates & mortes, non moria oblitterabitur. Tum demum uere celeste illud Ierusalem ædificabitur, nec quicquam aliud quam merum & solidum atque ineffabile gaudium erit, ubi in Deo gaudebimus in secula seculorum. Tum Deus erit omnia in omnibus i. Corin. xv.

Quod

Quod uero Iudæi & Chiliaстæ hanc Prophetiam ad terrenam Hierosolymam trahunt & de ea interpretantur, in hoc stulte & stupide errant. Iudaismus cum suo templo, Ierusalem, sacerdotio, & regibus habuit præfinitum suum tempus & periodum, nec diutius durare debebat quam dominus ueniret Christus Iesus, scripturasq; impleret, qui una cum sua Ecclesia per legem, Sacerdotes, sacrificia, Templum, Hierosolymam &c. significa-
tus est. Nam paulo post cap. Ixvi. uaticinatur Elaias ceremonias Iudæorū habituras finem, & in posterum in Ecclesia Christifidelium mensem ex mente, & Sabbathum ex sabbato futura, Hoc est, perpetuum & continuum sab-
batum futurum, sabbatum aliud ex alio, cum Iudaismus certa & præfinita
Sabbata haberet. Eodemq; capite ultimo eximia et pulcherrima Prophetia
est de regno Christi seu Ecclesia Christifideliū, cuius uerba hæc sunt.
Lætamini cum Ierusalem, & exultate in ea omnes diligentes eam: gaude-
te cū ea gaudio omnes, qui lugetis super eam: ut scilicet lugatis & satiemini
ab ubere consolationum eius, ut exprimatis & delectemini a splendore glo-
riæ eius. Quoniam sic dicit Dominus: ecce ego extendo super eam quasi
fluum pacem, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium, & su-
getis: ad latus portabimini, & super genua delectabiliter fouebimini. Si-
cut cum quempiam mater eius consolatur, sic ego consolabor uos, & in
Ierusalem consolationem percipietis. Et uidebitis, & lætabitur cor uestrū,
& offa uestra quasi herba florebunt, & cognoscetur manus Domini apud
seniores eius, & indignabitur inimicis suis.

In hac Prophetia audis quod de Ierusalem tristatum sit propter crucem eius, propterea quod hic in terris tam misere persecutions et grumnas patitur, sed promittit tam uberes in Spirituali Ierusalem consolationes futu-
ras, ut Christifideles omnes grumnas sint tradituri obliuioni. Utitur autem
verbis figuratis. Sicut infans sitiens magna uoluptate et auiditate lac fugit,
nec quicquam lacte e maternis uberibus profluente ipsi dulcius est, ita in
Ecclesia erunt ubera omnis consolationis, per quæ Christifideles refectio-
nem & sommam uoluptatem haurient. Hic enim habet Ecclesia dulcissimum
& mellitissimum lac promissionis diuinæ, quod filii Dei fugunt, quo in si-
dealuntur & augmentur, & in Spiritu, qui eos intus illuminat, & mysteria
Euangelij docet, incredibili & ineffabili gaudio exultant.

Et quamuis Ecclesia in hoc mundo affligatur, crucietur, infestetur, &
nusquam tutum locum habeat, tamen promittit ei Deus opulentam, sum-
mam & æternam pacem, quæ uti fluuius inundans & semper fluens nun-
quam exicetur.

Nam regnum Christi regnum est æternæ pacis, quam per Christum
cum Deo habemus. Quemadmodum infantulæ a matribus fouentur &
sinu gestantur, ita in regno CHRISTI gestantur etiam Christifideles.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

à pastoribus, qui pascua pura & sana ierbi Dei fideliter suppeditant & recte secant, copioseq; ministrant, tam infirmis quam firmis, pro ut quicunque ihs opus habet. Nec tamen unquam ulli parentes in his terris quam uis indulgentissimi & prolis suæ amantissimi, tā blandi esse suæ soboli, tā indulgenter eam habere, tanto tam ardenti amoris affectu eam prosequi possunt, quam nos Deus amat, quantaq; nos fide ac sollicitudine fouet ac curat. Quapropter ut maxime Ecclesia Christifidelium ad exemplū Christi afflita & multis calamitatibus exposita sit, tantum tamen diuinaru[m] missio[n]um in his grumnis est, ut circa omnem controuersiam omnia mudi gaudia, uoluptates & consolationes nihil sint ad diuinas illas promissio[n]es, uti & Paulus testatur n. Corin. i. quoniam sicut abundant affictio[n]es Christi in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra;

Item psalmo xcijj: In multitudine cogitationum mearum (que estūt) intra me, consolationes tuæ fuerunt animæ meæ oblectamento. Et Christus prædictit discipulis suis & nobis quod lamentaturi sint & molestiam habituri in hoc mundo, mundum uero gauisurum. Sed mox consolauit nos efficacissime consolantissima promissione æterni gaudijs, dicens, q[ui] discipulorum & noster moeror sit conuertendus in gaudium, quod nemus unq[ue] a nobis auferre poterit Ioani .xvi.

An non maximum & inæstimabile gaudium habet pius in terris sp[iritualib]us rituali Ierusalem, cum hanc gloriosam Dei ciuitatem oculis spiritualibus, contemplatur, cogitans in toto mundo tam multos charos Dei filios esse, qui omnes unum patrem, unum regem, unum doctorem, unam fidem, unam mentem, eandemq[ue] spem & sempiternam hæreditatem habent cum omnibus ijs qui iam in Domino obdormierunt, & quos die nouissimo uidēbimus his nostris oculis in corpore glorificato. Quantumq[ue] infinitum gaudium erit contemplari ibi Christum omnium Sanctorum caput, summe benedictam Dei genitricem Mariam, cunctos patriarchas, Prophetas, Apostolos, Virgines, Martyres, infantes & uniuersos Angelos in celis.

Non potest cor humanum in hac mortali carne ullis sensibus aut cogitationibus uel guttulam exiguum tantorum horum perennium bonorum gaudijs animo concipere. Longe longe superat omnē sensum & intellectum, sicuti Paulus i. Corin. n. ex Esa. Ixijj. testatur, dicens æterna illa bona quæ Deus diligentibus se in cœlesti hoc Ierusalem preparauit, nullum oculum uidisse, nullam aurem audiuisse, nec in cor hominis ascendisse.

Super hæc & ossa nostra germinabunt. Hoc intelliges non detractione, refectione et gaudio cantum, quod ex uerbo Dei in uita hac habemus, sed, sicut hactenus intellexit Ecclesia hanc promissionem, de gloriofa illa resurrectione corporum in die nouissimo, cum ossa nostra arida quātamuis deformia contrita & exucca, ubiuncq[ue] gentium fuerint siue in terris siue undis, resurgent & germinabunt, hoc est, per uocem Archangelis parat

PIORVM
GAVDIA
VERA

parabuntur & redintegrabuntur, ipsumq; corpus æterna sanitate & prosperitate donabitur, ut ita ossa nostra in omne æuum sint germinatura, cū & corpus quantumuis imbecillum, debile & caducum nunc sit, æternæ uitæ particeps sit futurum, contra Porphirium, Deus enim dixit. In coelesti itaq; Ierusalem post diem nouissimum nullus morbus, nullum senium, nulla mors erit, sed perpetua & prosperrima corporis ualeudo, perpetuo florēs, alacris, urgeta & uiuida adolescentia, breuiter uitæ commodissime, lautissime, suauissime et iucundissimæ infinita perpetuitas, sicuti hanc Prophetiam D. Augustinus interpretatur libro de ciui. Dei, ij. cap. xij.

In terris filij Dei sunt imbecilles, debiles, contempti, persecutionibus & fannis impiorum expositi, maestantur & iugulantur ut oves mactationi destinatae. Mundus contra floret potentia, honoribus, uoluptatibus & omnibus delicijs affluit, ut nulli miseriores ac calamitosiores homines esse iudicentur quam uere prij in Christum credentes. Verum ibi cum cœleste ilud Ierusalem in totum exædificatum fuerit die nouissimo, tum cognoscetur manus seu potentia Dei, qua liberatus est seruos suos, hoc est, uere pios, in Christum credentes, tum nō imbecilles, erumnosi, et miseri erūt, sed fortes, & gloriosi apud Christum ad dexteram in corporibus glorificatis Christo conformibus, summa & infinita gloria & ornamenti in æstibilibus cultis ouabant & triumphabunt e morte & omnibus calamitatibus erepti, regnabunt, & medium unguem ostendent illudentq; Morti & Satang dicentes: ubi est nunc o Mors aculeus tuus? Vbi nunc Inferus uictoria tua? Mors absorpta est in Christi uictoria in æternum. At quamvis filij huius mundi, qui Euangelio non credidere, hic in terris formuna aliqua usi sint uoluptatibusq; affluxerint, ac si Deum habuerint maxime fauentem ac propicum, atramen die nouissimo cognoscet ipsos Dei hostes esse, & ibi conspicietur quam horribilis & grauis sit ira Dei contra aduersarios Christi; nam tum eos una cum Satana et ministris eius in eternam damnationem sine misericordia præcipitaturus est.

In epilogo prophetæ sue Esaias uaticinatur de uocatione gentium ad Euangelium per totum mundum, quod Apostoli electos ex gentibus collecturi per Euangelium, & in spirituale Ierusalem Ecclesiam Catholicam Domino ut hostiam & oblationē adducturi essent, dicens: Et ego (adero) operibus eorum atq; cogitationibus eorum, cum uenerit (tempus) ut congregem omnes gentes & linguas: tunc uenient & uidebunt gloriam meam. Ponamq; in eis signum, & mittam ex eis, qui saluati fuerint, ad gentes Tharsis, Pul & Lud, qui trahunt arcum, atq; ad gentes Thubal & Græcie, & ad insulas remoras, quæ non audierunt auditum meum, neq; uiderunt gloriam meā, & annunciant gloriam meam in gentibus. Et ad ducent omnes fratres uestrros ex omnibus gentibus oblationem Domino, in equis & quadrigis, in uehiculis & mulis atq; in uelocibus animalibus

DE CONC. CHR I. AD DISC. EM AVM EVNT.

ad montem meum sanctum Ierusalem dicit Dominus, sicut cum afficerem
filii Israel oblationem in uale mundo in domum Domini.

Audiu? Deus omnia opera tam Iudeorum quam gentium per Euangeliū
prædicationem iudicabit, eosq; cōgregabit ut uideant gloriam Dei,
quod omnis nostra facultas, omnes vires nihil sint, sed q; sola gratia per
Christum parta possit & præster omnia. Solus hic Christus peccata cōdo-
nat, iustificat & saluat: Solus mortem & Satanæ vires frangit & supera-
tus, suoscq; liberat ex omnibus angustijs & calamitatibus. Hoc per Euangeliū
denunciat per totum hunc uastissimum orbem, aliquot terrarū orbis par-
tibus, ad quatuor uētos & mundi plagas iacentes, nominatis. Reliquæ Iu-
dæorum qui erepti sunt e cœcitate, sunt Apostoli. Hos mittit in uniuersum
mundum, Marci. xvi. Itaq; audis non agi de regno mundano hoc loco.

Signum est crucifixus Christus, qui predicatur unicus esse torisimū
^{christus fig} di saluator, & uera Dei gloria, que gloria, hoc est, ueritas, misericordia, &
^{annuntiatio} potentia quam Deus in Christo nobis exhibuit, prædicabitur & annun-
ciabitur gentibus. Per eam prædicationem gentes ad Deum adducen-
t ueluti munus seu oblatio munda et acceptabilis per Euangeliū apparata,
ut testatur Paulus Rom. xv, Vbi sicut. Commones facies uos propter gra-
tiam quæ data est mihi a Deo in hoc ut sim minister Iesu Christi ^{legimus}
Euangeliū Dei ut siiant gentes ^{προσφέρεται τοις} oblatio acceptabili-
lis sanctificata per Spiritū sanctum. Audis igitur Iudeorum sacrificia-
nem habitura fuisse, nec amplius bruta animantia sed uiuos homines offe-
rendos per totum mundum. Hæc est uera liberatio Israhel is per Messian-
os in toto mundo tam Iudeos quam gentes conuersos & illumin-
atos uerbo & Spiritu suo, iustificat & salutis æternæ consortes facit. Hi
a Christo iustificati & saluati, sunt spirituale illud Hierusalem, mons san-
ctus, congregatio Christifidelium, in quam quotidie per totum mundum
aliquot adducuntur & offeruntur ut munda oblatio Domino.

^{Equi, lectice}
^{et, quid} Per equos, lecticas, quadrigas et reliqua, intellige gratam, blandam, mi-
tem suauissimam iucundissimamq; illam Euāgeliū prædicationem, in qui-
bus conscientiæ uehuntur quam commodiſſime, & sicut Augustinus lib.
xx. de ciuitate Dei. cap. xij. docet, intelligi per hæc potest omne auxilium
diuinum uel per ipsum uel per angelos aut homines allatum, quo fratres
electorum Israhelitarum fratres in fide in Ecclesiam adducuntur.

Habes nunc quod sit spirituale regnum Christi ex Iudeis & gentibus
conflatum, quomodo per Euangeliū per totum mundum administrari,
& quomodo hic Cruci sit subiectum, ut Christo regi conforme fiat, Ni-
hilosecius tamen habeat insignes, maximas et consolantissimas promissio-
nes, in quibus sita est eius omnis spes solatium & gaudium, donec Chri-
stus rex gloriæ in maiestate sua cœlitus cum angelis uirtutis suæ manife-
status fuerit, ut in sanctis suis glorificetur & mirificeur in omnibus creden-
tibus.

tibus. Tum demum uidebitur de quam infinita & immensa gloria æterni Regis gloriæ & regni eius Ecclesiæ Sanctæ, Prophetæ Dei ab initio uaticinati sint.

ANNÆ:

Quid uaticinatur Hieremias de Christo & eius Ecclesia?

VRBANVS.

Capite xi, uaticinatur de spontanea passione Christi Iesu, dicens. Et Dominus quidem ostendit mihi, & cognoui: tunc fecisti me uidere studeam eorum. Ego autem sum sicut agnus & bos, qui ducitur ad mactandum, & non cognoui quod contra me cogitauerūt cogitationes (didentes) per clamus ligno panem eius, & succidamus eum de terra uiuentium, & hominem eius non memoretur amplius. Dominus autem exercituum est iudex iustus, & probat renes atq; cor: Ideo uidebo ultionem tuam ex eis, quoniam tibi reuelauit causam meam.

In hac Prophetia Ieremias est figura Christi. Sic enim Ecclesia hanc Prophetiam ante annos mille intellexit, quod pater Christo filio Iudeorum inuidiam, odium, acerbitate et crudeliam consilia indicauerit quod ipsum mactaturi essent uti ouem & agnum. Quo nomine et Esaias Christum uocat. Solum enim huc esse oportuit agnum illum immaculatum qui suo ipsius sacrificio totius mundi peccata expiatet, id quod figure in lege Moysica de eo praesignificarunt.

ANNÆ:

Cur dicit Christus hic se mala & infesta eorum consilia non cognouis, se aut ignorasse, cum tamen longe ante prædixerit discipulis se Hierosolymis passurum, sciueritq; omnia quæ contra ipsum machinabantur & cogitabant?

D. Hieronymus huc textum sic intellexit, quod Christus de nullo peccato cognouerit aut sibi conscius fuerit, quemadmodū & Isa. lviij. cap. loquitur. Sed etiam si sic legatur & intelligatur, intelligo id de Hieremia, contra quem Iudei in Anathoth tam clancularia, crudelia & parricidialia consilia capabant, que non sciuisse mihi Deus ipsi reuelasset. Satis est quod Hieremias in præcipua parte uidelicet in passione, typus Christi est, Non est necesse ut in omnibus ipsius uerbis personam & uerba Christi in typus significeret.

Hoc erat autem consilium Iudeorum ut Christum omnino deleret, ut proflus obliuioni traderetur. Veluti cum a fructu aliquo abhorremus, tū totam arborēm, radicem, truncum, ramos & fructum extirpamus & ad nihilum redigimus ne unquam suppululet & reflorescat. D. Hieronymus tellectum est, In iunctam crucem corpori eius uel crucifigamus eum. Christus namq; Ioan. xvi, uocat suam carnem cibum & panem uitæ. Hinc lo-

DE CON.CHR. . AD DISC. EMAVM EVNT.

quitor Christus iuxta proprietatem & rationem humanæ naturæ quam propter nos assumpsit, dicens, Tu Domine iustus es. Tu scis mihi fieri ab ipsis iniuriam. Tibi commendabo causam meam. Sicut & in horto ad mon-
tem oliveti orauit. Pater sicut uoluntas tua. Estq; hæc precatio exaudita.
Christus obediens fuit patri, nosq; liberauit. Nā ut maxime sit crucifixus,
uti Paulus ait ij. Corin. xij, in infirmitate, quam ultiro propter nos tempo-
re dispensationis suæ tulit, attamen uiuit uirtute diuina ad dexteram Dei,
Dominus Iudæorum & gentium, uidetq; Iudæos poenitere nescios, nūc
supra mille quingentos annos per totum mundum sparsos ac palantes ob-
errare confusos, dementatos & excæcatos, ut uiliores pene sint atq; abiecti
ores quam canes.

Capite xvi. uaticinatur Ieremias de gentium uocatione quod & hæc in
Christum sint credituræ, dicens: Domine robur meum, fortitudo mea, et
refugium meum in die tribulationis, ad te gentes uenient a finibus terræ,
& dicent: Vtq; mendacium possederunt patres nostri & uanitatē, in qua-
bus nihil utile est.

Ante dixit quod Christus gentes esset uocatus, regnumq; suum sp̄
rituale instituturus, his uerbis: Ecce ego mittam piscatores multos dicte
Dominus, & pescabūtur eos. Hoc impletum est per Apostolos, inter quo
præcipui piscatores erant pescum, sed dein hominum piscatores facti sunt,
ut ubi Christus Matt. iij, eos uocat, dicit. Sequimini me faciam uos pila-
tores hominum. Hinc intelligi potest quod non mundanum regnum
instituere uoluerit. Ad id enim alijs hominibus quam concionatoribus
est opus.

Capite xxij. uaticinium plenum consolatione extat de Christo, qualis
futurus sit rex, quale regnum eius sit & quomodo id administret. Primum
autem poenam prædictit infidelibus pastoribus destinatam, qui uerbum
Dei non pure & bona fide populo proponebant, dicens. Væ pastoribus
qui perdunt & dispergunt oues pascuae meæ dicit Dominus. Propterea
sic dicit Dominus Deus Israel de pastoribus qui pascunt populum meum:
Vos dispersistis oues meas, & expulisti eas, & non uisitasti eas: ecce ergo
uisito super uos malum studiorum uestrorum, dicit Dominus. Etego co-
gregabo reliquias gregis mei de omnibus terris ad quas eieci eas, & redi-
bo super eas pastores, qui pascent eas: & non timebunt amplius, neq; ani-
mo frangentur, sed nec imminuentur dicit Dominus.

ANNA.

Qui sunt hi pastores, quibus Ieremias minatur?

VRBANVS.

Reges mali & impii in populo, item pseudoprophetæ & impii docto-
res, Pharisæi & scribæ. Hic uides quam negligentes quam infideles cœco-
nomiseu dispensatores fuerint in domo Dei, quam miserumq; populum

miserere & periculoſe neglexerint atque seduxerint. Attamen Deus eum populum uocat, gregem pafcuæ ſuæ. Sic & ſub Papatu grex aliquis Dei fuit, cuius licet malignam & exiguum rationem ac curam egerint, nī hilofecius tñ Deus ſuū gregem, ſuas oues ſeruauit et bonos pastores reddi dit, malos uifitauit, ſicut corā toto mundo confuſi ſunt, qui ante boni pastores & sanctiſſimi iudicati ſunt. Sic Deus Phariseos inter Iudeos conſudit inq̄ locum eorū Apostolos excitatos ſubrogauit ut populū ſalutari bus pafcuis uerbi diuini paſcerent, Hic̄ reliquias gregis Dei undiq̄ colle gerūt in unitatē Christianę fidei. A NNA. Quando hoc futurꝫ erat:

VRBANVS.

Tēpore Noui Testamenti, cū uerus Messias ueniret e stirpe Dauid, tū finis pharisaice tyrannidis instabat, ueriq̄ doctores aderāt, uidelicet Apoſtoli, ſicuti in ſequentibus Ieremias uaticinatur. Ecce dies uenient dicit Dñs, et uifcitabo germē iuſtū Dauid, regnabitq̄ rex & pſpere aget, faciet iudiciū & iuſticiā in terra. In dīebus eius ſaluabitur Iehuda, & Iſrael habita bit in cōfidentia: & hoc nomē eius, quo uocabūt(eū) Dñs iuſticia noſtra.

Hoc tēpus ſeu hi dies in quibus tante res promittunt̄ eſt impletio illius tēporis, de quo Paulus, Gala. iiiij. loquit̄, quo Christus in lege & Prophētis ante promiſſus, ipſe uenit. Vocat Christū hic Ieremias germē Dauid, ſicuti Deus Dauidi iij. Reg. viij. pmiſerat. Et hec Prophetia de Mefſia loquitur ipſis tēporeis, etiajſu Mefchiah dezadikaia, hoc eſt, excitabo Dauidi Mefſiam illū iuſtū. Si itaq̄ uerus etiā hō eſt e stirpe Dauid qd miri ſi primū mortalis fuit. Nihilo ſecius debebat & poterat Iſrahelē liberare & iuſtificare et ex oibus calamitatibus redimere. Summa aut̄ & extrema calamitas eſt in peccato & morte capiū eſſe, ideoq̄ hic rex Dauidis filius debebat ludam & Iſrahel, hoc eſt, duodecim tribus Iudeorū cū oibus ueris Iſrahelitis, hoc eſt, creditibus, a peccato & morte liberare, alioqui nō uere fuiffent liberati. Sequitur etiā hoc qd a morte resurrecturus eſt. Idq̄ illi facile factu fuit. Neq̄ em̄ purus putus tātum hō fuit ex progenie Dauid, ſed & uerus atq̄ naturalis Deus, ideoq̄ dicit Ieremias nomen eius futurꝫ Iehouah ſeu Adonai, hoc eſt, uetus deus ipſe. Siquidē ipſi Iudei docent & ſcriptura cōſentit, quod dictio Iehouah nulli creature accōmodari poſſit, ſed ſoli diuine eſſentiā, de qua omnes creature ſuūm eſſe ſeu eſſentiā habent uti ante audisti.

Quapropter aliū eū regē fieri oportebat quā n̄ fuerāt qui ante iplū in folio Dauid regnauerāt. Ait em̄ Ieremias qd in terris per totū mundū factu rū ſit iudiciū & iuſticiā, mala damnaturus & abolitus, uereq̄ iuſtos ex iniuſtis effecturus. Regnū ſi quidē eius regnum eſt uerē iuſticiē & innocētig: a clude & Iſraheli, hoc eſt, utriq̄ populo feretur auxiliū, nō qd decētribus ex Affyria in Samariā ſint crediture, ibiꝫ p̄priū Regē habiture & reg-

Christus ger
men David.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

nū corporale eructurę, sicut ante Iudah in Ierusalē, sicut sub David et Salomonē in pace temporali uiuebant, sed spūale auxilium sensurę erant per Christū q̄ eos liberaturus erat a peccatis & mortis potētia, ut cōfidenter seu lecu re ac tuto habitarēt, hoc est, pacatā, trāquillā & letā cōscientiā haberēt, ut q̄ iā per fidē in Christū remissionē p̄ctōrē acceperint & pacē cū Deo p̄ Christū habeāt, ne unq̄ formidet aut expauescat mortē aut ullū mali genū, cū hic rex sapiens, germē elegantissimū & purissimū iusticiæ, Christifidelū iusticia ipse factus sit, ut Christifideles, spūale Israel, ex Iudeis & gentibus p̄ fidē Spūm sanctū accipiāt q̄ in eorū cordibus testimoniu dat ipsos esse filios Dei, heredes dei & coheredes Christi, et magna fiducia spūs cū Paulo dicant: persuasum habemus, q̄ neq̄ mors neq̄ uita neq̄ angeli neq̄ p̄fūcipiatus, neq̄ potestates neq̄ instantia neq̄ futura neq̄ altitudo neq̄ p̄fūditas neq̄ ulla alia creatura poterit nos separare a dilectione dei quē fūtū Christo Iesu Dño nostro. An non hoc est præclarum auxiliū & utilitātē mū munitissimumq̄ domiciliū p̄ijs, q̄ dicunt i. Ioan. iiiij. Scimus q̄ emorte in uitā trāslati simus, hoc est, docuit nos spūs p̄ uerbū suū & unctiōnē, q̄ Christus nos a peccato & morte liberarit, & quod a morte reuicturi & in sempiternū uicturi p̄ eū simus. Hæc est sp̄es Israelis quā nullus gentilis nec infidelis habet. Nūc uide quō Propheta huic filio Davidis mera infinita & diuine uirtutis opera ascribat, que præstare nemo alius potest q̄ Deus ipse. Iudiciū em & iusticiā ereturus est & iustificaturus est alios. Ergo peccata nō tñ externe sed & interne e corde auferre et cōdonare ipsum sum immutare, illuminare, nōsc̄ regenerare. Ad hæc, si p̄ctā auferre potest, potest & mortē abolere, que peccati autoramentū est. Et p̄ctū mortis aculeus est. i. Corin. xv. Si itaq̄ mortē uincere, nobisq̄ ita æternā iusticiā & uitā donare potest, ergo uerus Deus est, qui uere & solus liberare a peccatis et æterna morte, ueramq̄ securitatē & pacē donare et cōseruare potest.

Si itaq̄ Iudah et Israel, hoc est, tota Ecelesia priorū a peccatis & morte liberabit, ergo æternū etiā cū rege suo Christo uiuet. Atq̄ ita sequit ex hac Prophetia, si penitus introspiciāt, q̄ Christo quidē ut naturali Davidis filio moriendū fuerit, sed nō in morte manendū, uerū q̄ Iudah & Israhelē, hoc est, populū suū, pios & credētes iustificaturus & saluaturus esset. Ideo que illi a morte resurgendū fuit, ut suos Israhelitas, hoc est, credētes a morte resuscitaret, t̄jſc̄ æternā pacē & securitatē pararet & largiretur. Nā si ad tēpus dūtaxat eā pacē daret, nō uere eos liberasset nec uera esset securitas ac pax. Qua ppter æternā securitatē & salutē eā esse q̄ peperit suis necesse est.

Habes itaq̄ nunc regē illū æternū cū morte resurrectione et æternō regno ipsius in hoc breui uaticinio expresse & solide depictū atq̄ descripū. Sic & Ieremias cap. xxxiiij. docet, uocās Euangeliū uerbū bonū, quod cum Israhele & Iudah loquitur. Lex em̄ aperit dūtaxat irā & poenā, uerū Euāgeliū,

geliūm, nouum illud foedus annūciat meram gratiā & redēptionem.
 Hinc uaticinatur q̄ late se regis illius auxiliū & redēptio sit extenſu
 ra. Quondam canebat et dicebat Dei populus de beneficio illo Dei, quod
 eos ex Aegypto æditis stupendis miraculis eduxerit ac liberarit, uerū cum
 filius ille Davidis Christus uenerit, tū de multo maioribus beneficijs Dei
 gloriabuntur, uidelicet, q̄ nos Christus ex caliginosissima ægypto ac reg
 no peccati mortis & æternæ damnationis eductos liberarit inq̄ Ecclesiam
 piorū cōgregarit, nō tñ Israhelitas secundū carnē, sed et filios electionis e
 gentibus, per totū orbē. Id quod ab Apostolo temporibus ad hēc usque
 lecula implētū est. Nos em̄ qui in Christū credimus multo prēstantiore
 & excellentiore ducem habemus quam olim Moses & Iosua erant. Ha
 bemus Iesum Christum, qui nos e spiritualis Pharaonis, hoc est, Satanę ser
 uitutis domo & ergastulo eduxit. Hēc æterna liberatio quotidie nobis dei
 nostri memoriā renouat ut dicamus, uiuit Deus qui nos e peccato morte
 & inferis liberauit, ac per totū mundum ex erroribus omnibus ad cogni
 tionem Euangeliū perduxit.

Hēc est spiritualis eductio et liberatio, et spirituale regnū, ubi uidemus
 Iudaismū finē aliquando habiturum & Christianismū p̄ totū orbē futu
 rum, per regem nostrū Christū. Ideoq̄ resurgendū illi fuit ut regnum hoc
 in mundo erigeret & conseruaret in eternū. Sic autem loquitur Prophetas
 Propterea ecce dies ueniūt dicit Dñs, et nō dicēt amplius: uiuit Dominus,
 qui fecit ascendere filios Israel de terra Aegypti. Sed, uiuit Dominus, qui
 adduxit & qui introduxit semen domus Israel de terra aquilonis, & de om
 nibus terris, ad quas expuli eos, & habitabunt super terram suam.

Norandum omnes illas temporales liberationes, quibus Iudæi a
 Tyrannorum & gentium manibus redempti sunt, esse figuræ quibus ue
 ra & æterna liberatio per Messiam facta, significata est, quas figuræ recēse
 re non est huius loci. Prophetæ etiam plerūq; eas circumstantias ad
 dunt, unde facile colligi potest, se ulterius respexisse quam ad solam libera
 tionem e captiuitate Babylonica & similibus. Ut cap. xxx. ait: Scribe tibi
 omnia uerba, quæ locutus sum ad te, in libro. Quoniam ecce dies ueniūt,
 dicit Dominus, & conuertam captiuitatem populi mei Israel & Iehuda, di
 cit Dominus, reducamque eos in terram, quam dedi patribus eorum, &
 possidebunt eam.

Hoc uaticinum non potest accipi de corporali liberatione, nec de ter
 ra Canaan. Oseas enim ait cap. i. quod uxor ipsius ipsi pepererit filiā, que
 vocata sit, Absq; misericordia, quo significatū est q̄ Deus noluerit de
 cem tribuum ultra unquam misereri, sicut misertus erat Iude & Beniamin;
 qua tribus reduxit domum e captiuitate Babylonica. Decem uero illas tri
 bus reliquit in Assyria inter gentes. Ideoq; Ieremias indubie uaticinat de

DE CONC. CHR. AD DISC. EMAVM EVNT.

spirituali captiuitate reliquiarum de duodecim tribubus Iudeorum. Hanc spirituali captiuitatem, quia in erroribus & incredulitate sub Satana passim capti erant, Deus auertet, eosque in terram ueritatis & iusticie reducit. Idque et sequentibus uerbis Ieremiae intelligi potest. Et erit in die illa, dicit Dominus exercituum, costringam iugum eius a ceruice tua, & vincula tua dirumpam, & non seruient ei ultra extranei. Sed seruient Dominum Deo suo, atque David regi suo, quem suscitabo eis. Tu uero non timebis seruus meus Jacob, dicit Dominus, nec animo frangaris Israel: quoniam ecce ego saluabo te de terra longinqua, & semen tuum de terra captiuitatis eorum: reuerte turque Jacob & quiescer, & in securitate erit absque eo qui terreat. Quoniam ego tecum sum, dicit Dominus, ut saluem te.

Christus uocatus David.

Evidem corporaliter sub typo Iudei a iugo liberati sunt quo eos capti presserat Nebucadrezzar: uerum per exigua haec liberatio est ad spiritualem illam liberationem qua nos Christus a Satana liberauit. Et loquuntur hic Propheta clare de Christo, sicut & Iudei nobiscum confitentur, uocantes Ieremias Christum Davidem Iudeorum regem. Nam David Salomonis pater multis annis obdormierat in Domino. Verum cum Christus ceterum carnem e familia Davidis nasci debuerit, se penumero David hinc in scripturis uocatur. Id Chaldaica uersio quoque asserit. Sic enim Jonathan hunc textum legit. Ve ijschthameun limschicha-bar David malchoh, hoc est, obedient Messiae filio Davidis regi suo. Sic Iudei hoc uaticinium de Messia intellexerunt temporibus Babylonie captiuitatis, cum adhuc prophetas haberent nec intelligentia scripturae priuati essent.

De hac liberatione sub uero Davide Christo canit Zacharias *Luca 1, 73* carmen praeclarum, quo haec prophetiam Ieremie aliasque similes de regno Christi probe & explicate interpretatur. Nam cum intelligenter illuminati one spiritus sancti, filium suum Ioannem Christi *πρόδρομον* seu praecursor esse, quem Christus euangelio esset secuturus, atque ita tempus illud gratiae ac salutis opulentissimum aduenisse, in quo oes promissiones Dei, de redemptione Israhelis impleri debebant, canit hoc laetissimum & iucundissimum carmen: Benedictus Deus Israhel quia uisitauit et redemit populum suum. Et exinde: Benedictus Deus Israhel quia uisitauit et redemit populum suum. In qua uera nobis cornu salutis hoc est, regnum firmissimum & munitissimum, in qua uera salus et felicitas est in domo David serui sui. Siquidem et familia David agradat Maria, que hunc uerum David Iesum Christum peperit, sicut id David agradat te misericordia. Sequitur igitur. Sicut locutus est per os sanctorum qui a seculo fuerunt Prophetarum suorum, fore ut seruarem ab inimicis nostris, & demanu omnium qui oderunt nos: Ut uiteretur misericordia erga patres nostros, ac memor esset testamenti sui sancti, praestaretque ius iurandum quod iurauit ad Abrahah patrem nostrum, ac daret nobis: Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati seruiremus ipsi: Cum sanctitate & iusticia coram ipsis, cunctis diebus uitae nostre: Ettupuer, Propheta altissimi uocaberis, praebitis enim ante faciem Domini, ad parandum uias eius: Addandam sciem tam salutis populo ipsius, per remissionem peccatorum eius: per uilera-

misericordiae Dei nostri, quibus uisitauit nos oriens ex alto: Ut illucesceret his qui in tenebris & umbra mortis sedebant, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Hic uideremus Christum Iesum eum esse regem sub quo Christifideles in regno spirituali secure & tuto sine timore in plenitudine spiritualium dominorum sedent, cum Christus eos cum patre reconciliari, cunctis ipse eorum Rex & Dominus sit. Quid igitur timerent ac trepidarent, cum cornu sit in domo Dauid: uidelicet regnum Christi, regnum benedictionis, in quo neque peccatum neque mors neque Satan Christifidelibus ullam iniuriam adferre possunt, quibus ipse adest & subuenit. Et haec uera redemptio hoc uecum auxilium est, quod ab initio omnes uere per & electi summo desiderio expectauerunt.

Pluribus etiam uaticinatur Ieremias de temporibus Messiae cap. xxxi. dicens: In tempore illo, dicit Dominus, ero omnibus cognationibus Israel in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.

Impletio huius prophetiae coepit Apostolorum temporibus, quibus ex omnibus generationibus seu cognationibus Israhelis multi in Christum crediderunt, ac Dei populus facti sunt, & fiet adhuc seu finietur cum plenitudo gentium ingressa fuerit, cum tamen ante decem illae tribus propter suam idolatriam a facie Domini e terra prouersus exterminati sint.

Hinc de spe gentium concionatur, quod eo res sint redditur, ut Israhel, (quo est reliquie quas Deus elegit) sit a captiuitate sua liber futurus, & Sionem, hoc est, in Ecclesiam catholicam peruenturus spiritualibus iubilis: Id est gentes audituras & nunciaturas esse, ac de hac Iudaeorum conuersione gaudiluras. Si id futurum est, certe in Sion, hoc est, Ecclesia Christi ueniat necesse est, quae est spirituale regnum Christi, in quo omniu[m] reru[m] optima r[er]u[m] & preciosissimaru[m] affluentissima copia futura est. Intelligi debet per frumenta uinu[m] oleu[m] ac similia, dona spiritualia, quae Christus per spiritu[m] suu[m] donat Ecclesie ut in spiritu gaudeat & exultet. Neque enim regnum Christi terrenus cibus aut potus est, sed iusticia, pax & gaudium in spiritu sancto, Rom. iiiij. Verba autem Prophetiae sic sonant. Audite uerbum Domini gentes, & annunciate in insulis a longe, & dicite: qui dispersit Israelem congregabit eum, custodietque eum sicut pastor gregem suum. Quoniam regemit Dominus Jacob, & liberauit eum de manu eius qui potentior eo est. Venient igit[ur] & laudabunt in excelso Zion, & fluent ad bonitatem Domini, (quam ostendit) in frumento, in uino, et in oleo, atque in scutibus pecorum et armis.

Hoc Iudei non intelligunt, putantque carnali modo id futurum. Ceterum non semel iam dixi, Prophetas huiusmodi figuratis uerbis solere locuti saia eorum quasi hortus irriguus & non adjiciet ut doleant amplius. Hoc Iudei non intelligunt, putantque carnali modo id futurum. Ceterum non semel iam dixi, Prophetas huiusmodi figuratis uerbis solere locuti saia eorum quasi hortus irriguus & non adjiciet ut doleant amplius. Spiritus sanctus cum suis donis, fides, remissio peccatorum, pax conscienciam non semel iam dixi, Prophetas huiusmodi figuratis uerbis solere locuti saia eorum quasi hortus irriguus & non adjiciet ut doleant amplius.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EM AVM EVNT.

tiæ, gaudium in Spiritu, intelligentia scripturarum, consolatio & spes e
promissionibus diuinis. Hæc sunt Domini dona, quibus suum regnum,
Christifideles, ut hortum irriguum, ut pomarium et uiridarium elegantius
sumus foecundat & exornat.

Hoc eodem capite consolatur Ieremias imbecilles in Israhel, ne promis
sionem de Messia in dubium uocent, sed constanter credant, sicut spirituale
liberationem, remissionem peccatorum propter Messiam promisit quod
ita & certo futurum sit, quod & aliquem Israhelem in populum sit habitu
rus, quodq; ita regnum Christi sit stabile & perpetuum futurum. Et an
nunciat nouum Testamentum, æternum foedus gratiae Dei cum Christi
fidelibus percutsum, quod peccata nostra nobis propter Christum condon
net, & in æternum pater clementissimus esse nobis uelit. Promittit & Spi
ritum sanctum se missurum in corda nostra qui nos illuminet cognitione
Dei, & corda nostra fide in Christum purificet, ut legem Dei habeamus
non tantum chartæ illitam sed cordi etiam inscriptam.

Lex requirit fidem, timorem Dei, spem, dilectionem Dei & proximi,
uerum cor hominis prauum est ab adolescentia sua & per originale pecca
tum corruptum est, ut nullam intelligentiam, nullam alacritatem, nullum
studium, nullam uoluntatem habeat ambulandi in lege diuina. Sed Spiritus
Meſſiae, Dei digitus hæc omnia auferet & mundabit, eaq; quæ lex re
quirit in corda nostra literis uiuentibus inscribet, uidelicet fidem in Christ
um, per quam remissio peccatorum nobis contingit, ac dilectionem que
Legis impletio est. Tum omnia succident, tum bene & prædare ageur.
Siquidem in regno Christi non sunt nisi homines illuminati & afflati de
uino instincti, qui & se & Deum nouerunt, & ad seruendum Deo sunt
propensi & alacres, ex corde nouo & purificato, ex conscientia bona, & si
de non simulata: Quamuis nonnulla imbecillitate laborent et peccatis no
nunq; circumuerti cesperint, unde cum omnibus sanctis orant: Remitte no
bis debita nostra. Prophetæ uerba hæc sunt, Ecce dies uenient dicit Dñs,
& percutiam cum domo Israel & cum domo Iehuda foedus nouum: No
sicut foedus quod pepigi cum patribus eorū, in die quo apprehendi manus
eorū, ut educerem eos de terra Aegypti, quia ipsi dissoluerunt pacem, illudau
tem est foedus quod percutiā cum domo Israel, post dies illos, dicit Dñs, illudau
nus: dabo legem meam in interiora eorum, et super cor eorum scribam te,
& ero eorū Deus, ipsiq; erunt populus meus. Et non docebit ultra unius
quisq; proximum suū, et uir fratre suū, dicens: cognoscite Dominū, quoniam
ipsi omnes cognolcent me, a minore eorum usq; ad maiorem eorum, dicit Dominus:
propiciabor enim iniurianti eorum, & peccati eorum amplius non recordabor. Sic dicit Dominus qui posuit solem in lucem diei, &
leges lunæ atq; stellarum in lucem nocturnam: qui dissecat mare & sonat

Procellæ eius, Dominus exercituum est nomen eius. Si ablatæ fuerint leges istæ a conspectu meo, dicit Dominus, etiam semen Israel cessabit, ut non sit gens coram me cunctis diebus. Sic dicit Dominus: si mensurari poterunt coeli desuper, & investigari fundamenta terræ deorum, tunc ego reprobabo uniuersum semen Israel, propter omnia quæ fecerunt, dicit Dñs.

Hanc Prophetiam nobis explicat Apostolus Heb. viij, indicans eam impleram esse priore aduentu Christi in hunc mundum, cum Christus Noui Testamenti mediator, sacerdotale ministerium suum obiret, pronobis sacrificium offerret, & ad dexteram Throni maiestatis collocaretur in celis, sanctorum administrator ac ueri tabernaculi, quod fixit Deus & non homo. Tum uetus Testamentum durauerat usq; ad præfinitum tempus, uidelicet usque ad Messiam, qui per sacerdotium, per sacrificia & ceremonias præfiguratus fuit. Cum lucerna seu lumen ueniret, umbram cedere oportuit.

In ueteri Testamento lex inscripta erat tabulis lapideis, per eam populi præuaricatio & maledictio manifestabatur atq; arguebatur, sed non auserebatur. Erat enim litera occidens quæ externe quidem pronunciabat quid iustum, quid faciendum esset, uerum non poterat cor ueteris et carnalis hominis interne mutare & renouare, ut alacritate & studio ardenti ea que iusta erant faceret, sed homines ducebat ad Messiam, is suo spiritu cor circuicidere debebat, peccata delere, & legem in corda inscribere.

Externa est
cumcisio &
ceremonia

Externa circumcisio, uictime, sanguis pecudum, sacerdotium leuiticum, lex Mosi, & ceremoniae non habebant tantum uirium ac facultatis ut pecatores iuuarent & liberarent. Id Christifideles ante Christi aduentum excepti sunt in seipsis, atq; etiam sciebant non in ceremonijs illis liberationem a peccatis sitam esse aut eas ceremonias perpetuo duraturas. Nam per eas ignorabant Deum nouum testamentum, remissionem peccatorū, per sanctum & sacrificium Messiae promisso, & Messiae Spiritum nobis legendum & scripturum & in nobis impleturum esse, ut per fidem bonam & sermonem conscientiam acciperemus & Deum patrem nostrum esse agnosceamus per mediatorem noui Testamenti Christum Iesum. Ideocq; tam ardentis desiderio illum expectabant. Abraham uidit in spiritu hunc diē non T testamenti in quo Christus declarari & modo per Euangelium ac spiritum sanctum manifestari debebat, gaudebatq; Joan. viij. Et uetus testatum erait præparatio Noui ad Christum, in quo non tantum litera extrema auribus insonat sed spiritus intus uiuiscat & illuminat. Quæ omnia valde abscondita fuerunt, Pauci id sciebant. In nouo uero Testamento suam quam scripserit non atramento sed spiritu uiuentis Dei, non in tabulis lapideis sed in carnales tabulas cordis.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Nouū fœdus
Gratiae fir-
mum.

Iudei accipiebant legem a Deo, qui promittebat eis bona temporalia. Contra illi recipiebant & promittebant Deo se seruatos legem, sed nō steterunt promissis, non prestiterunt ea quæ in lege sua Deus ab ijs requiri rebat. Proprio enim marte citra Messiae subsidium eam præstare conabatur, sed id impossibile erat. Ibi tum Deus melius testamentum seu fœdus pepigit cum populo suo, quod non nostris operibus aut dignitate nitetur, ut incertum, uacillans, nutans, inconstans & infirmum sit, sed nitetur à promissione illius certissima & infallibili de Christo citrostrum. Fœdus hoc fœdus gratiae erat & fœdus ratum, firmum, & perpetuum, eo quod ueritate & misericordia Dei in Messia nitebatur. Veritas autem & misericordia Dei in æternum manent. Dona enim & uocatio Deicium modis sunt Rom. xi, ut eorum illum pœnitere nō possit: ἀμετέλη ταῦτα εἰσι τὰ καὶ κλητὸν τῷ Θεῷ. Ideo primum mittit Mosen qui legem diceret, mūdo peccatum et maledictionem ostenderet, ut ea agnosceret corā Deo, humiliaretur & Dei gratiam imploraret. Promiserat autem ab initio suam gratiam & benedictionem in Messia Abrahæ & Dauidis semine. Hec promissio est Euangeliū seu Testamentum nouum in plenitudinem temporis per sanguinem Christi institutum & confirmatum. Ideoq; Christū uenire oportuit, ad quem lex omnes mittit & ablegat, ut gratia & ueritas per Iesum Christum daretur. Ioan. i.

ANNA.

Hoc Cleophas & comes eius non intellexerunt, alioqui non tanta mox sticia repleuisset corda eorum, sed cogitassent, Tempus adest quo Iudaius noster cum suis ceremonijs finem est habiturus. Iesus Nazarenus fatus est diuinis declarauit se uerum esse Messiam. Certe Jeremias uaticinatus est futurum ut uetus Testamentum suo tempore abrogetur, & nouū gratiae fœdus feriatur. Id certe sanguine confirmari oportet, nec sanguine ouium aut uitolorum sed sanguine & morte Messie, uti testantur Elalias & Daniel. Et fœdus hoc cū populo Dei ictum, in perpetuum durabit. Hec est uera liberatio Israhelis, & tum demum Israheliticum regnum uere instaurabitur, erigeatur & stabilietur ad perpetuitatem. Hoc Deus non recantabit, hoc sic fieri necesse est cum Deus dixerit. Quam non muta uita hactenus ordinem & uicissitudinem diei ac noctis, tam nec hæc sua uerba mutantur. Breuiter spes Israhelis non frustrabitur, sicut iuxta Dei uerbum speramus, ita fiet. Nec enim mentiri potest Deus. Nec promissionem hanc firma manet. Non potest itaq; non Israhel & Iuda liberari & Christus a morte resurgere, ut nouum fœdus spargat & promulget.

VRBANVS.

Recte. Et cum circumcisio & alij cultus abrogandi essent, facile diuina re potuissent Israheliticum regnum non potuisse constare & durare, non magis

magis quam externum sacerdotium cum suis externis & typicis cultibus.
Fieri igitur facile potuit ut & gentes peruenirent ad Messiam in regnum
ipsius spirituale. Nam cum externa circumcisio, sacerdotium, sacrificium
& cognatio sanguinis ab Abraham cessare, nec diutius in precio haberri
aut ad iusticiam quicquam iuuare possent ac deberent, sed corda circumci-
di, & lex Dei in corda per Spm sanctum inscribi, quid igitur discriminis
manet inter iustificationem Iudæorum aut gentium?

ANNA.

Equidem nullum, sed sicut docet Petrus Act. xv. Deus ab antiquis die-
bus elegit ut & gentibus Euangelium prædicaretur, & ut Christifideles
fierent, ut Abraham, Isaac, Jacob, Patriarchæ & Apostoli. Deus siquidē
testimoniu illis perhibuit quod eos in regnum suum cœleste recepturus
esset. Quippe Spiritum sanctum donauit illis non minus quam Iudæis:
nec ullum discrimen amplius inter Iudæos & gentes fecit. Intersticium ma-
ceriae dirutum est, gentiumq; corda etiam fide purificauit Deus, ut nunc
Christianismus uel Ecclesia fidelium tantum sit Dei populus, sine discri-
mine ullo, & ut Christifideles duntaxat saluentur, nec ullus saluari possit
alio modo quam per gratiam Domini nostri Iesu Christi.

VRBANVS.

Hoc est fundamentum fidei nostræ. Quod autem Ieremias deinde pro-
misit omnes a minimo usq; ad maximum cognituros Deum in Testamē-
to nouo, intelliges de omnibus Israhelitis, qui filii promissiōis sunt. Hos
enim Deus donat per Euangelium fide catholica & Spiritu suo, trahit eos
ut ad Christum ueniant & ut unctio eos doceat. Et agnoscunt uocem pa-
storis sui nec sequuntur alienos.

Nunc audi quomodo Ezechiel de tempore Messiae & ministerio reg-
no eius uaticinat capite undecimo. Sic ait Dominus Deus. Ego congre-
gabo uos de populis, & cōgregabo uos de terris in quibus dispersi estis,
& tradam uobis terram Israel. Et ueniēt illuc, & tollent omnia Idola eius,
atq; cunctas abominationes eius ab ea. Dabo quoq; eis cor unum, et spiri-
tum nouum dabo in uisceribus eorum: auferam cor lapideum de carne eo-
rum, & tribuam eis cor carneum. Quatenus scilicet ambulet in statutis me-
is, & custodiant iudicia mea, faciantq; ea, & erūti mihi in populum, & ego
ero eorum Deus. Et quorum cor uadit ad cor Idolorum suorum atq; abo-
minationum suarum, horum uiam dedi in capite eorum, dicit Dominus
Deus.

Hac Prophetia consolatur Ezechiel captiuos in Babylone Iudæos, cū
eum Deus ad prophetandum excitasset, promittens Deum eos e captiuita-
te præsenti liberaturum, & in patriam Hierosolymam reducturū. Id quod
& sicre ipsa factum est, sub Zerubabel Iehoschua Esdra & Neemia, cum
don exercearent amplius idolatriam cum Babel & alijs idolis sicut ante sece-

DE CONC. CHR I. AD DISC. EM AVM EVNT.

runt. Hæc tamen liberatio e captiuitate Babylonica typus tantum fuit liberationis ueræ per Christum, qua captiui & reliquiæ demum uere sunt liberi & saluati, cum omnem cultum impium & idolatricum rejicerent, fidemq; Christianam amplecterentur.

Hæc Prophetia respicit ad tempora Messiae, quibus populo suo Spiritum suum sanctum peperit & donauit, corda circumcidit, uetus, cæcum, et ἀπεταύντον cor purificauit, nouo in locum reposito, quod impigra alacrita te & ardore ad seruanda & obeunda Dei mandata ferretur. Christus siquidem solus est & uerus medicus nostræ grauiter uulneratæ & letali morbo laboratæ naturæ. Hic suo spiritu nos regenerat & sanitati restituit. Hic solus est mediator noster qui iram Dei depellit & remouet a nobis, nosq; Deo reconciliat, ut paterno nos animo & affectu complectatur, nosque Dei filij efficiamur, cum Christus corda nobis purificat, cum peccata condonat, & cum patre nos in gratiam redigit. Horum nihil præstare poterat Moses lege sua. Maledictionē duntaxat ostendere, ac de benedicto Abraham semine uaticinari potuit, uerum peccata auferre & iustificare opus fuit solius Messiae proprium.

Et hic est modus & uia qua Christus regnum suum spirituale instituit & conseruat, quod e peccatoribus pios et iustos facit, dans illis cor nouum, illuminans eos uerbo & Spiritu suo, renouans eos ut uoluptate & alacritate quadam ad uoluntatem & mandata Dei exequenda propendeat iuxta internum hominem. Hoc uult Moses ubi Deut. x. præcipit, ut præputium cordis sui circumcidant, hoc est, malas cogitationes, cupiditates ac concupiscentias carnis. Et Deut. xxx. promittit populo spiritualem circumcidionem, dicens: Dominus Deus tuus cor tuum circuicidet, & cor seminis tui, ut Dominum Deum tuum diligas ex toto corde tuo & in tota anima tua, ut possis uiuere.

Reges terreni externam iusticiam tuentur, maleficia & flagicia cohærentes gladio, sed corda cohibere & refrenare non possunt, Cor nihil oculi cuius concupiscentia omnium rerum malarum madet, & si liceret, prorueret in factum etiam, & cupiditatibus suis indulgeret, secq; in omnem flagitiorum sentinam prouolueret. Hinc regna mundi crucibus, rotis, gladiis, laqueis & supplicijs conseruantur & retinentur, nec tamen in tanta suppliciiorum turba & crudelitate coherceri improborum petulantia & frenis contumacia per omnia potest. Nam ubi cor licentiam ac spaciū sibi datum sentit, mox reuersum ad ingenium, quæ libet patrat. Verum Christus alia & meliore ratione rem aggreditur. Nam cor mundatum mutat ex prauo in bonum. Hoc mutato & purificato protinus sequitur in externa etiam conversatione honestas, & morum uitæq; integritas ac sanctimonia, talesque facit qui innocentia uera prædicti & ad uirtutis omnem genus alacritate & studio singulari ferantur per fidem. Sic regnat rex hic noster spiritualiter, & uerbo

Uerbo ac Spiritu suo plus efficit quam omnes reges ac Cæsares omnibus super
pliociorum & coactionum generibus quantumuis saeuis præstare possunt
in regno mundi.

Item cap. xxxvi. Ezechiel iterum prophetiam & promissionem habet
de hoc die salutis & noui gratiae foederis, dicens apertis uerbis. Et spar-
gam super uos aquas mundas, & mundabimini ab omnibus inquinamen-
tis uestris, atque a cunctis idolis uestris mundabo uos &c.

Hic promittit Propheta Sacramentum Baptismi, qui est aqua illa puris-
sima & limpida, propter uerbum diuinum, quo innitur & ornatur. Sacramentum
Baptismi.
Atque ideo uocatur Tit. iij. lauacrum regenerationis et S. sancti, quem Deus
in baptismo opulente effundit per Iesum Christum saluatorem nostrum,
ut iustificati illius gratia haeredes uitæ æternæ efficeremur iuxta spem. Hoc im-
pletum est tum cum discipuli baptizarent populum & peccata remitte-
rent in nomine Domini nostri Iesu Christi, cum munera & pia congrega-
tio seu Ecclesia Christifidelium fieret, qui primum uere Deum inuenierunt,
& magis ac magis in dies multiplicati sunt, sicut in Actis legimus, Christi
regnum spirituale in dies per uerbum creuisse, quamuis persecutionibus
& uitæ periculis presentibus expositi essent. Atque hæc erat ratio ac mo-
dus quo Christus regnum suum gubernare uoluit. Sed excæcatum Iudeæ
orum uulgus suspicabatur omnia futura carnaliter & mundo strepitu ac
splendore regnum id Messiam administraturum.

Capite xxxiiij. promittit Deus populo uerum pastorem qui uera & sa-
luberrima pascua habet, quicquid oues suas fideliter summaque cura seruat &
tuetur: id quod Pharisæi & infideles pastores in Iudaismo non faciebant,
sed seipso tantum pascabant ac saginabant, dicens. Et suscitabo super eas
pastore unum, qui pascat eas, scilicet seruum meum David: ipse pascet eas,
atque ipse erit eis in pastorem. Ego autem Dominus ero eis in Deum, et ser-
uus meus David (erit) princeps in medio eorum, ego Dominus loquutus
sum. Et percutiā cum eis foedus pacis, & faciam cessare bestiam malā de
terra, & habitabunt consideranter in deserto, atque dormient in sylvis. Et ego
suscitabo eis nomen plantarum, & non erunt amplius constricti fame in
terram, neque portabunt ultra ignominiam gentium. Et scient quia ego Do-
minus Deus eorum sum cum eis, & ipsi populus meus domus Israel, dicit
Dominus Deus. Vos autem oues meæ, oues pascuæ meæ, homines estis,
& ego Deus uester, dicit Dominus Deus.

Hic pastor est Messias quem Ezechiel ideo Davidem uocat quod e fa-
milia Dauidis nasci debebat, sentientibus etiam hic nobiscum Iudeis ipsis.
Nam Dauid filius lesse ante longa tempora diem suum obierat. Hæc autem
Prophetia facta est tempore Babylonice captiuitatis, a qua usque ad Dauid
filium lesse quatuordecim generationes sunt, quemadmodum Augustinus
hoc uaticinium explicat, de ouibus cap. xi.

DE CÔNC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Nunc audis quomodo hic princeps aut rex sit regnaturus non corporaliter aut mundo more, sed quod sit pastor populum suum, hoc est, per uerbum gubernaturus, alturus & conseruaturus, sicuti Christus ipse hâc prophetiam Ioan. x. clare explicat. Fœdus erit fœdus pacis seu securitatis, ut Israhelitæ in pace confidenter & tuto sint habitaturi. Deus nunquam irascetur eis cum indignatione & interitu eorum, pacemq; in conscientiâ suis habebunt. Nec sub hoc pastore Dauid quisquam eos aliqua iniuria afficere poterit. Tâ tutus enim uere Christifidelis est in fide sua, ut nemo ipsum laedere possit. Omnes creaturæ coguntur ei coadiumento esse ad bonum. Et scient, inquit, siue experientur quod ego Dominus Deus eorum cum eis & apud eos sim. An non hoc egregie & plene impletum est cum Christus uerus Dauid, uerus Deus & homo, populum ipse pauperet, peccata ihs condonans, mare intempestuolum & turbulentum sedas, omnes morbos depellens, mortuos ad uitam reuocans. Hæc omnia Cleophas & comes eius intelligere non poterant, donec ipsum Dominum audirent, oculiq; eorum aperirentur.

Resurreccio
generalis

Ezechielis item cap. xxxvij, extat Prophetia de Christo & regno eius, de generali resurrectione in die nouissimo, & quomodo Iudeis uera libe ratio esset euētura per uerum Christum, dicens. Facta est super me manus Domini, & eduxit me in spiritu Domini, atque constituit me in medio planicie, quæ plena erat ossibus. Et fecit me transire super ea per circuitu, & ecce erant ualde multa in superficie planicie, erantq; uehementer siccæ. Et dixit ad me: fili hominis, nunquid uiuent ossa ista? Et dixi: Domine Deus tu nosti. Et dixit ad me: Vaticinare super ossa ista, dic q; ad ea: Ossa arida audite uerbum Domini: Sic dixit Dominus Deus ossibus istis: Ecce ego introduco in uos spiritum, & uiuetis, & scietis quia ego Dominus. Prophetauit igitur sicut iussus fui, & facta est vox cum prophetare, & ecce strepitus, nam coniunxerunt se ossa, os scilicet ad os suum. Et uidisti & ecce erant super ea nerui, & caro ascendit, atq; inducta est super ea cutis desuper, & non erat spiritus in eis. Dixit autem ad me: Vaticinare ad spiritum, vaticinare filii hominis, & dic ad spiritum: Sic dicit Dominus Deus: A quatuor plagis ueni spiritus, & suffla in istos imperfectos ut uiuant. Prophetauit igitur ut præceperat mihi, & uenit spiritus in eos, uiixeruntq; & steterunt super pedes suos, exercitus magnus ualde. Et dixit ad me: fili hominis, ossa ista, uniuersa domus Israele est: ecce dicunt, aruerunt ossa nostra, perit spes nostra, & exterminati sumus a nobis ipsis. Propterea uaticinare & dic ad eos: Sic dicit Dominus Deus: Ecce ego aperio sepulchra uestra, & educam uos de sepulchris uestris popule meus. Ponamque spiritum meum in uobis, et uiuetis: & collocabo uos super humum uestrum, & scietis quia ego Dominus locutus sum, & faciam, dicit Dominus;

ANNA,

Loqui

Loquitur ne hic Propheta ad Iudeos ne succumbant animo in Babylonica captiuitate, quasi Deus oblitus suæ promissionis non esset eos ex captiuitate liberaturus, & regnum filio Dauidis promissum retractaturus? Certe solliciti & anxii erant hesitabantq; ita ut cum Cleopha & comite eius dicerent, spes nostra nos frustrata est.

VRBANVS.

Etiam Consolatur hic captiuos Iudeos, ne de reditu suo in terram Canaan desperent ac dubitent, quamuis miseri & grauissimis calamitatibus expositi. Nam quam impossibile uidetur ut arida & contrita ossa reuiuiscant, tam impossibile uidebatur captiuis ut Ierusalem redirent, templum edificarent, & cultum diuinum restaurarent, atq; ita in pristinum suum statum restituerentur. Verum hic uidet Ezechiel visionem ualde consolatoriam quod Deus ossa arida in uitam reuocat, & eam formam atq; roburis addit, qua ante nunquam praedita fuerant, unde populus Iudaicus omnipotentiam Dei addisceret, nihil dubitans, quin ea quæ de Messia promiserat, filio Dauidis, & de eius gloriose & æterno regno, uellet & posset prestatare & implere, eosq; liberare, ut omnia ea in terra Canaan implerentur & fierent, quæ ante promiserat eis per omnes Prophetas, quodq; eam re migrationem & que de Messia promiserat, non impeditura esset ista anno septuaginta captiuitas. Volebat enim exerere & ostentare potentiam suam in populo suo, ut uerbâ cum rebus & factis consentirent. Sequitur igitur in eo uaticinio. Et loquere ad eos, sic dicit Dominus Deus, Ecce ego assumo filios Israel de medio gentium ad quas abierunt, & congregabo eos per circuitum, introducamq; eos in terram suam. Et faciam eos in gentem unam in terra & montibus Israel, atq; rex unus erit super ipsos in regem, & non erunt ultra in duas gentes, necq; diuidentur amplius, ut sint deinceps in duorum regna, non etiam amplius polluentur in Idolis suis, atque in abominationibus suis, & in cunctis iniquitatibus suis, sed ego saluabo eos de cunctis habitationibus suis in quibus peccauerunt, & mūdabo eos, eruntq; mihi in populum, & ego ero eis in Deum. Seruus quoq; meus Dauid erit rex eorum, & erit pastor unus super omnes ipsos: & ambulabunt in iudicij meis atq; statuta mea custodient & facient ea. Et habitabunt super terram, quam dedi seruo meo Iacob, in qua habitauerunt patres uestris: habitabunt, in quam, super eam ipsi & filij eorum, atque filii filiorum eorum usq; in seculum: & Dauid seruus meus erit princeps eorum in æternum. Et ego percutiam cum eis foedus pacis, foedus perpetuum erit cū eis: & ponam eos (super terram) & multiplicabo eos, atq; ponam sanctuarium eorum in medio eorum in æternum. Et erit habitaculum meum in eis, & ego ero eorum Deus, atq; ipsi erunt populus meus. Et scient gentes, quia ego Dominus sanctifico Ierusalem, cum fuerit sanctuarium meum in meo eorum in æternum.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM BVNT.

Hæc Prophetia corporaliter impleta est, post captiuitatem illam anno rum lxx, cum populus Iudaicus in terram suam rediret secundum congregatum multiplicaret ad aduentum Christi, qui post captiuitatem eam annis ccccxi, intercedentibus uenturus erat. Ibi quidem unum caput habebant. Sed uero impletum est in ultima hebdomade Danielis in priore Christi aduentu, cu ipse & ipsius discipuli in terra Canaan & alibi etiam passim ubique eos conuerterent, & in unicum illud spirituale Ouile Ecclesiam Christianam per Euangelium congregarent. Ante habebant Iudah & Benjamin proprium regem suum, & reliquæ decem tribus suum quoque proprium habebant regem, qui a domo David sub Rhoboam desciverant, uerum cum Christus uerus ille David ueniret, ex omnibus Iudeis unus factus est populus sub uno & uero Rege Christo. Ibi non interrogabitur curiose: Num de tribu Ruben aut Leui, Issachar, Zebulon, Dan, Gad, Asser, &c, es? sed in interrogabitur: Christifidelis ne es? Agnoscis ne & confiteris Iesum Nazarenum, uerum Messiam, quem patriarchæ, Prophetæ, & omnes tribus Israheliticæ expectauerunt? Ad hucusque tempus anxij expectatores fuerat, uerum cum Christus ipse adesset, uerus pastor & rex Israhelis, tum æternum gratiæ fœdus inter Deum & hominem confirmatum est, tum uerus gratiæ thronus, in quo uniuersa plenitudo Dei corporaliter inhabitat, hoc est, IESVS Christus, uerus Deus & homo ipse in terris inter homines uersabatur.

Vetus Caporeth, materiale illud templum, & Leuiticum sacerdotium amplius in percio futura erant. Typorum & umbrarum finis aderat, ueritas ipsa illuxerat. Christifideles in populo facti sunt templum uiuum & lanctuarium Dei, qui Christum uera fide cordibus apprehendebant, sicut Paulus eiusmodi figuræ graphice & egregie explicat i. Corin. iii. An nescitis (inquit) quod templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis? nam templum Dei sanctum est quod estis uos. Et i. Corin. i. docet quis uera sanctificatio & complementum omnium figurarum sit, uidelicet, Christus ipse, quem dicit nobis a patre datum ut sapientia, iusticia, sanctificatio & redemptio nobis sit.

Et quod Deus paulo post dicit: Sanctificatio mea, hoc est, templum seu habitatio mea, in perpetuum erit in medio eorum, est talis circumstantia præcedentis huius Prophetæ, ut cogat & euincat hanc congregacionem Israhitarum sub proprio ipsorum Rege Christo, æternum & spirituale regnum esse. Quippe terra Canaan, Ierusalem, & templum caduta & temporalia tantum erant, sicut & hic mundus uisibilis. Non poterat itaque ea habitatio esse perpetua. Loquitur igitur Propheta de spiritualibus & æternis rebus, que non per temporis interualla interire et corrumpi possunt, sed quæ in perpetuum durant. Ea quæ terrena & mundana sunt corrumpuntur & ætate intereunt. Verum Rex Messias & habitatio ipsius dominus Iacob

Iacob & regnum eius manent in perpetuum. Quocirca non terrena sunt
deçp carnalia, sed spiritualia.

ANN.

Si iuxta hoc uaticinium domus Iacob uel regnum Messiae in perpetuum
Dei sanctificatio futura erat, & hic spiritualis David in perpetuum Israheli
tarum uel Christifidelium princeps futurus erat, ergo sequitur futurum fuis-
se ut resurgeret, & sparsos Israhelitas seu Dei filios congregaret, regnum eter-
num erigeret, statimque populum itidem a morte resuscitaret, atque in æterna
pace uitam & salutem ei donaret. Hæc est uera sanctificatio & plena libera-
tio Israhelis, ab omnibus malis temporalibus & æternis. Si Cleophas &
comes eius hanc Prophetiam intellexissent & credidissent, non dixissent:
Nos sperabamus eum esse illum qui redempturus esset Israhel, sed dixis-
sent: Sperabamus eum esse illum qui redimit & redimit Israhel,
quamvis ipse mortem obeat. Promissio namque Dei firma et rata est nec fru-
strari ac fallere nos potest. Porro cum Messias uoce David ob id, quod
e Davidis stirpe natus est, cunctus uerushomo sit, quid mirum si mori po-
test & moritur? Verum cum Israhelem in perpetuum custodire & guber-
nare debeat, certe in morte non manebit sed resurget, ut hanc & alias Pro-
phetias de æterno suo regno impleteat. Sed scrupulum mouet mihi in hac
Prophetia aliud quiddam. Heri dicebas Ezechielem hic de generali et uni-
uersali resurrectione quæ in nouissimo die futura est, uaticinatum fuisse.
Cur igitur Propheta dicit hæc arida ossa esse domum Israhel, qui in Baby-
lonica captiuitate erant? Quomodo hinc probabis uniuersalem illam mor-
tuorum resurrectionem?

VRBANVS.

Uridem fateor Ezechielem in hoc capite de liberatione et restitutione
Israhelis loqui ac prædicere futurum ut quasi postliminioredituri sint in
patriam & terram amissam recuperaturi. Sed cogita ipsa apud te, cum De-
us populum suum hac similitudine consolari uoluerit, ne de sui liberatio-
ne ambigerent, num resurrectio hic, ut certum & indubitatum quiddam
adducatur? Quippe si resurrectio incerta & dubia esset, nihil per eam pro-
bare nec ullam inde firmam ac solidam consolationem exhibere potuisset.
Dixissent namque. Quam exigua & nulla spes est de his ossibus ut reuiu-
sant, tam tenuis & nulla spes est nos ex hac Babylonica captiuitate redemp-
tur iri. Sed resurrectionem ossium & corporum horum hic adducit & ca-
rat ut certissimum quiddam, de quo nullus pius ac fidelis dubitare possit.
Quasi diceret. Quam certum est hæc corpora resurrectura & per Dei po-
tentiam reuictura, tam certum est & uos e Babylone in terram uestram re-
ducendos esse.

Ad hæc scimus Prophetiam hanc hactenus semper in Ecclesia, citra co-

DE CONC. CHR I. AD DISC. EMAVM EVNT.

trouersiam non absq; afflatu & illuminatione spiritus sancti, de uera resur-
rectione carnis intellectam esse in Oriente & Occidente. Cuius rei testes lo-
cupletes sunt sancti Episcopi & Doctores Ireneus lib. v. contra Valerius. Ter-
tullianus de resurrectione carnis. Cyprianus lib. iiiij. ad Quirinum. Hilary
ius supra psal. liij. Ambrosius de fide resurrectionis, & libro tertio de spi-
ritu sancto. Gregorius Nazanzenus in oratione funebri Basilius. Gregori-
us Magnus super Ezech. Homilia. xx.

Describit item Ezechiel cap. xl. mirificam & mirandam quandam ci-
uitatem Hierosolymam & Templum. Sed omnia spiritualiter intelligen-
da sunt de cœlesti Hierosolyma æterna Dei ciuitate.

Sed uideamus nunc quid Daniel de Christo dicat. Quæ ante dies ali-
quot ex cap. iiij. & ix. supra explicata mihi sunt, non attinet hic repetere. At
capite viij. clarissime de regno Christi & sanctis eius uaticinatur, quod fu-
turum sit regnum æternum & per totum orbem extendendum ac propa-
gandum, dicens. Videns uidi in uisione nocturna, & ecce cum nubibus
coeli, ceu filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquum dierum peruenie-
bat, & adduxerunt eum ante conspectum eius. Et dedit ei potestatem & glo-
riam atq; regnum, & omnes populi, nationes, & linguae seruent ei; poe-
stas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius nūquam cor-
rumperet (& mox subiungit.) Et accipient regnum sanctorum sublimior-
um, & possidebunt regnum usq; in seculum & usq; in seculū seculorum.

Regula gene-
ralis in Pro-
phetis.

Scis hanc generalem regulam & necessariam ad intelligendos Prophe-
tas, ubi de æterno regno Christi & Christifidelium aut de æterna uitæ ali-
quid in Prophetis extat, quod inde possit ac debeat concludi ac statuire resur-
rectio Christi & Christifidelium. Quippe si æternum uicturi & regnau-
ti sunt, ergo resurgere eos necesse est. Idq; uaticinatur Daniel cap. xiij. ita
perspicue & aperte ac si Euangelistarum aliquis ea scripsisset. Referenda est
autem hæc Prophetia ad tempus illud nouissimum quo hic mundus finem
suum habiturus est. Sic autem ait Propheta. Et in tempore illo salutabitur
populus tuus, omnis qui inuenitus fuerit scriptus in libro. Et multi ex his
qui dormiunt in puluere terræ, euigilabunt, hi ad uitam perpetuam, & hi
ad opprobria & abiectionem perpetuam. Et qui (aliros) derudiunt, fulgebunt
sicut splendor firmamenti, & qui multos ad iusticiam conuertunt, erunt
sicut stellæ in seculum & in perpetuum.

Vides hic certissimam illam omnium hominum resurrectionem, tam
bonorum quam malorum, sed uides magnum etiam hic discrimen futurū
inter eos qui resurrecturi sunt. Nam qui Dei populus, hoc est, Christifi-
deles sunt, qui in librum uitæ scripti sunt, nō liberabuntur ab ira Dei, quæ
uentura est super mundum incredulum & impium, uidelicet, ab æterno
gehennæ supplicio, in que uitam æternam perducentur. Impiū vero, qui
Euangeliu noti crediderunt, non liberabuntur, sed ira DEI in æternum
manet super eos. Siquidem ueram uitam CHRISTVM recipere

renierunt, ideoq; in sempiternum confundentur & interibuntur.

Describit hic etiam Daniel gloriam filiorum Dei quam habituri sunt in resurrectione, quod solis & stellarum firmamenti splendorem relaturi sint in perpetuas æternitates, hoc est, in secula seculorum. Et quidem hæc uera est & postrema liberatio Israhelis, hoc est, filiorum Dei, quam firma fide & spe expectamus. Enim uero ut reliqua omnia quæ in Prophetis promissa sunt, ut pote Christi nativitas, passio, resurrectio, ascensio, item genitum uocatio, impleta sunt, ita & postremum hoc implebitur, uidelicet, resurrectio mortuorum & uera Christifidelium liberatio. Hæc & similes promissiones sunt Euangelium nostrum & fidei nostræ basis ac fundame- tum.

ANNA.

Quid habet Oseas de Christo?

VRBANVS.

Est quidem Oseas unus minorum Prophetarum, sed multa egregia ha-
bet uaticinia mysteriorum Euangeli, ut de uocatione gentium ad Euange- Oseas pro-
lium. Et quanquam Iudei grauiter lapsi sunt, promittit tamen illis gra- pheta
tiam Dei, q; ad postremum etiam ad fidem Christianam sint peruentu-
ri, & Christum quæ ante reiecerunt, pro suo quoq; Domino & rege sus-
cepturi & agnitiuri.

Vaticinatur etiam de magno & gloriofo Christi regno, hoc est, de Ec-
clesia catholica Christifidelium, & de spirituali connubio inter Christum
& omnes Christifideles, deque Christi uictoria, q; peccatum & morte sic
superatus & abolitus, item de resurrectione Christi & nostra. Obiur
gat etiam decem tribus Israhel propter Idololatriam ipsorum, minas ipsis
nunquam finiendam ac perpetuam captiuitatem sub rege Assyriorum. At
Iudah, hoc est, duabus tribibus, quæ a domo Dauid non descuerant, ui-
delicit, Iuda & Beniamin, promittit gratiam & auxilium. Primo capite
minatur regno Samariæ captiuitatem Assyriacam dicens. Non addam ut
amplius miseriar domui Israel, sed adducendo adducam contra eos (ho-
stem) Domui uero Iehuda miserebor, saluaboq; eos in Domino deo suo,
non autem saluabo eos per arcum, per gladium, per bellum, per equos, auc-
per equites.

Hinc Cleophas & comes ipsius discere potuissent regnum Christi non
ternum esse regnum, cum Oseas minetur maxime parti Iudeorum tan-
tam captiuitatem, unde nunquam ad pristini status ac regni dignitatem re-
dituri essent, ut cum etiam nunc in Samaria aut Israhel proprium regem ha-
berent. Si itaq; duodecim tribus Israel sub Messia tale regnum habituræ
fuisserent, quo corporaliter gentibus imperarent, & omnium uoluptatum
ac felicitatis mundanæ affluentia abundant, (quæ de Messia opinionē
carnalem Iudgi habebant) oēs ex Assyria liberari ac redimi necesse fuisset,

DE CON.CHR : AD DISC. EMAVM EVNT.

Verum hic audis futurum ut Israhelis memoria oblitteretur. Id quod & per Prophetæ filiam, Lorichomoh dictam, hoc est, sine misericordia, significabatur. Verum cū nihil oscitus Israheli liberatio per omnes Prophetas promittatur, certe eam fieri necesse est. Siquidem uerbum Dei mentitur ac fallere nequit. Cum autem non corporalis ac terrena liberatio futura sit, qua a Rege Assyriorum in regnum e quo educti erant, restituerentur, necesse est ut spiritualis sit liberatio. Nullum siquidem hic medium est, nulla alia uia ac modo liberari potest. Quod et subsequētia uerba innuunt, cum tribui Iuda tale promittit auxilium quod nō in corporalibus ac terrenis artibis, utpote arcibus, gladijs & similibus allaturū eset, sed in Domino ipsorum. Quid hoc est aliud quam quod Iuda, hoc est, eidem regno Davidis omnibusq; Israhelitis & Deum confitentibus gratia & auxilio sit adfuturus alia uia ac modo quam quo principes mutidani sui subditis adfuturus.

Deus illorum miserebitur, hoc est, peccata ipsis cōdonabit, iustificabit & saluabit, atq; ita eos eregno Satanæ liberabit & educet, de qualibet ratione Israhelis clare psalmus. cxxx, canit: DEVS REDIMET ISR Ahele ex omnibus iniquitatibus eius. Hæc est unica spes Israhelis & redemptio ab iniquitatibus, ac consequenter ab omnibus malis, que maledictum pectatum in humanum genus ac naturam inuexit, uidelicet ab horribili morte & captiuitate qua nos perfidus ille transfuga atque homicida Spiritus ille πατούργιος dñebat, ueluti Paulus hanc Prophetiam paucis uerbis explicat Ephe. i. dicens: nos habemus in Christo filio Dei redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum, iuxta diuitias gratiæ sue. Quanquam autem temporale etiam auxilium intelligimus quo Deus Iudeah a Sanharib liberauit, eq; Babylone Iudeos Hierosolymam reduxit, temporalis tamen illa liberatio figura tantum est ueræ & æternæ liberatio nis, qua Christus citra uim externā per crucem omnes ueros Iudeos, hoc est, electos liberauit a peccato, morte, & inferorum Tyranno.

Nunc audi quomodo Deus Iudaismum tādem relinquere, eiusq; regnum terrenum ac typicum sacerdotium abolere uoluerit. Prophetæ uxor peperit filiū, cui indidit Deus nōm̄ Loammi, hoc est, nō populus meus, causamq; addidit, quia uos inquit, nō populus meus, et ego nō ero uerber.

Hinc certe Iudei insignem mutationem futuram uidere potuissent, atq; serio aliquando interrogare debuissent: Quæso quō intelligemus uerbum Dei. Promittit quidem in Prophetis omnibus Israhelito populo & Iudea ubiq; maxima & infinita bona, se futurum regem ipsorum, ipsos futuros eiuspopulum, se miserturum eorum & eis æternum regnum daturum. Aeternum gratiæ fœdus cum ipsis pepigit. Quomodo igitur hæc conueniunt cum hac Prophetia, qua prædictitur futurum ut Israhel capiatur, & Deum obliuioni eos traditurum, nec eorum unquam miserturum. Num uerus etiam nos Israhel sumus, an non? Evidem per nos stare credibile. Et cap.

Et cap. vi. ait Deus, Misericordiam uolo & non sacrificium, & scientia
Dei plus quam holocausta. Ex his uerbis Osee facile intellexissent, fun-
damentum ueræ religionis non in ceremonijs situm esse, sed quod per cha-
ritatem efficax & ad bene operandum semper alacris fides exigeretur, pp
ter quam Abraham & Isaac & Jacob commendati sunt hoc nomine quod
serui Dei essent magis quam propter circumcisionem corporalem. Hic in
venissent per quid steterit & quid in causa fuerit, quod negauit eos esse po-
pulum suum.

ANN A.

Cupio & ipsa quæstionem hanc & causam audire. Nec enim dubito,
quæ ea quæ Deus Israheli promisit, bona fide & certo præstet, uti & om-
nia in credulis Israhelitis acciderunt quæ ipsis minatus est. Hos locos ut cō-
feras & in concordiam redigas uelim.

VRBANVS.

Deus sane ait psalmo xlix. se non reiecturum aut repulsum populum
suum suamq; hæreditatem derelicturum. Et Paulus Rom. xi. ait, Deum
non repulisse populum suum. Et psalmus. xcix. Recordetur Dominus
misericordiæ suæ & ueritatis suæ domui Israhel. Sicut & Maria benedí-
cta Dei mater in Carmine suo Eucharistico canit. Et Zacharias, q; Deus
non obliuiscatur eius misericordiæ quæ Israhelitico populo promisit. Scies
itaq; Deum in promissionibus suis ueracem & constantem esse, & præsta
re omnia Iudeis quæ ipsis promisit. Sed ratio promissionum Dei haben-
da est. Sunt enim duplices. Quædā temporales sunt seu corporales, fiunt
que annexa conditione aliqua, ut ubi Deus promittit terram Canaan & tē
plum materiale, futurum ut maneat, & similia. Hæ promissiones ad Iuda-
ismum pertinent, habentq; annexam conditionem, si Iudei Dei legem ser-
uauerint, ut seruanda erat, tum eam promissionem impletandam: uerum nō
expectant legem, nihilosecius tamen impletionem earum promissionū
re oportet, cum ueritas præsens adest. Messiam etiam filium suum illis sic
misit, ut ex familia Abrahæ & Dauid Iudæus nasceretur, eisque propter
hunc filium ex Aegypto eductis, terram Canaan possidendam dedit, ex-
tempore eos sacerdotio & peculari cultu diuino ac religionis forma, terre-
norumq; eius reliquis omnibus orbis terræ gentibus secreuit et separauit si-
bilis regno a reliquis omnibus orbis terræ reduxit. In summa cultum seu religio-
nem ipsorum, templum, ciuitatem, politiam singulari cura & pietate mira-
biliter conseruavit, donec promissus Messias & uerus æternusq; rex Isra-
elis ex ijs natus est. Vnde profecto magnam gloriam & prærogatiuam
atoto mundo habuere, multique eorum per Messiam a peccatis & damna-
tione liberati, tum demum in ueram Hierosolymam ac Sion peruenere,

Duplices
promissiones.

DE CON.CHR : AD DISC. EMAVM EVNT.

Hi in Propheta reliquiæ populi, reliquiæ Jacob & Israëlis uocantur, quos sibi Deus ex alijs elegerat & ad salutem in Christo predestinarat, quorum multi sunt si numerantur, uerum per pauci, cum ad maximam illam uim atque multitudinem incredulorum conferuntur.

Promissioes
liberae.

Aliæ autem promissiones sunt liberæ ex mera & gratuita gratia ac misericordia citra nostram dignitatem & meritum. Hæ pertinent ad nouum Testamentum, ac sitæ sunt in merito & dignitate Messiæ. Hæ habent firmum & inconcussum solidumque fundamentum, uidelicet immensam & inexhaustam Dei misericordiam, paternam pietatem & ueritatem, nec pertident a nostra dignitate. Firmæ itaq; sunt & irreuocabiles ac certæ, sive de spiritualibus & æternis bonis, uidelicet de uictoria qua superatū & absolutum est peccatum mors & Satan, de remissione peccatorum, de uera & æterna iusticia, uita & salute in Christo.

Huius generis promissiones non tantum pertinent ad Iudaïsum aut Israhelitas ac Iudæos secundum carnem, sed ad ueros Iudæos & Israhelitas iuxta Sp̄ritum, qui sunt electi in Christo, filij promissionis, filij noui Testamenti, sine discrimine, nullo respectu habitu siue Iudæi siue gentes sunt iuxta carnem. Hic enim carnis natuitatis & genealogiae siue cognitionis & propagationis ex Abraham Isaac & Jacob nulla habetur ratio, sed spiritualis natuitatis & internæ cordis circumcisionis. De his Iudeis et Israhelitis ueris loquitur Ioannes Baptista Lucæ iij. Ne dixeritis patrem habemus Abraham, potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Et Paulus Rom. ix. diserte & audacter ait. Non omnes sunt filii, sed per Isaac nominabitur tibi semen, dicit Deus, hoc est, non hi sunt filii Dei qui filii carnis sunt sed filii promissionis recensentur in semen.

Auditur hic quod Deus ministros & filios e Iudaïsmo primum quidem acceperit, cum etiam nū Gentes sine Christo essent, Ephes. ij. ab alienaria republica Israhelis & extranei a testamentis promissionis, atq; ob id spem nō habebant, Deoq; carebant in mundo. Sed semper Prophetis suis reuerauit mysterium communionis in Christo, q; gentes quoq; cohætentes et sent futuræ regni cœlestis cum Israele, eiusdem corporis cōsortemq; promissionis eius in Christo.

At uide mihi quælo quare scriptura patriarchas primarios Abrahamum & Jacob tanta gloriacione proponat. Predicat & in exemplū proponit nō Abrahamum tantum ex sanguine & carne natum, sed Abrahamum in Christum credentem, qui regeneratus est per fidem & alius homo factus, sicut Paulus Gala. iij. egregie docet, dicens. Qui ex fide sunt hi filii Abraham. Præuidēs scripture, inquit, q; iustificet ex fide gentes Deus, ideo prius latram nunciauit Abrahæ: Benedicentur, inquiens, in te omnes gentes. Atq; ita qui ex fide sunt benedicuntur cum fideli Abraham, qui pater est omni

omnium in Christum credentium siue Iudæi sint siue gentes.

Consimiliter proponit nobis scriptura Jacob non simpliciter, sed illum Jacob qui cum Deo dimicat, eumq; fide in Christum uincit. Hinc glorio, sum illud nomen sortitus, Israhel uocatur, hoc est, homo potens Dei, qui per fidem Christianam in Deum, cum Deo & per Deum Dominus est omnium rerum.

Atq; hi sunt patriarchæ quibus promissiones spirituales ut ueris Christi fidelibus factæ sunt, non propter corporalem circumcisionem aut propter legem. Siquidem lex Mosi longo post tempore data est. Hic uide quid uerius sit Israhel & uerum Iudah & ueri filij Patriarcharum, tum Propheta Israheli factæ multo fient clariores & faciliores intellectu, meliusque cognosces qui sunt isti quibus regni Dei felicitas continget. Esaias enim cap. x. ait: Quoniam si fuerit populus tuus quasi arena maris, reliquiæ revertentur in eo.

Hic audis promissiones non ab omnibus Iudeis aut Israhelitis iuxta carnem accipi, sed aliqui duntaxat liberabuntur ab interitu in domo Jacob per Messiam, nimirum hi qui promissionibus credit quibus Abraham et Jacob crediderunt, ac proinde ueri filij Abrahæ atque Israhelis sunt properter fidem.

At ne quis putet, propter tantam defectionem & incredulitatem maxime multitudinis in Iudaismo, æternum foedus gratiæ cum Israhele pactū rescindi, contra hoc Prophetæ mirifice & diligentissime consolatur populum, uidentq; oculis spiritualibus suis in uastum hunc totum mundum, in Israhelem spiritualem ex Iudæis & Gentibus constantem uti & hic Oseas facit. Nam statim post prædicta uerba sic ait, Et erit numerus filiorum Israel quasi arena maris, quæ non mensuratur neq; numeratur: & erit in loco ubi dicetur eis, nō populus meus uos, dicet eis: filij Dei uiuentis. Et cōgregabuntur filij Iehuda & filij Israel pariter, & ponet sibi caput unū. &c.

Intelliges itaq; Prophetam ad hunc modum. Certe Deus cum Abraham & semine eius foedus pepigit quo promisit se futurum ipsorum Deū, secq; eos multiplicaturum quasi arenam maris, nec se eos reiecturum. Hoc principio in Iudæis probe & magnifice præstítit quos Deus maximis miraculis multiplicauit atque conseruavit nec unquam in totum dereliquit, donec uerum semen Abrahæ Iesus Christus in terras descenderet, in quo omnes gentes in terris benedicuntur. Nam cum Christus ueniret & per Euangeliū in toto mundo annunciatum, tum primū foedus gratiæ Dei cum Abraham & semine ipsius pactum, propagatum est, impletioque tum demum uere coepit, cum non tantum ex Iudæis, uerum ex gentibus quoque per totum mundum innumerabilis multitudo filiorum Abrahæ propagaretur per Euangeliū, per quod & Abraham Dei filius factus est. Est igitur hæc Prophetæ sententia. Quamuis Deus externum Israhelē

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

abijciat, nec unquam in terram Canaan reducturus sit, nihilosecius tam
magnificæ & eximiæ promissiones Dei Israeli factæ implebuntur, & ni-
hilosegnius numerus filiorum Israhel erit ut arena maris, Messiasq; præ-
clarum, augustum & maximum regnum eriget. At id ita fiet ut non rārum
ex Iudæis filios Abrahæ sit facturus sed & ex gentibus per totum orbem.
Atq; hi demum erunt ueri filij Abrahæ & Israhel, qui benedictum semē
Abrahæ Iesum Christum uerum & æternum regem Israhelis suscipiant,
per ueram fidem Euangeli. Hæc est eximia & magnifica illa multiplicatio
seminis Abrahæ filiorumq; Israhel, quæ ad hunc modum per Euangeliū
in fide sit per totum mundum, fietque usq; ad nouissimum diem,
donec in regnum Christi uenerint omnes qui uenturi & ad id electi sunt.

Obserua & hoc: Ante nativitatem Christi regnum Israhelis diuīsum
fuit, duæq; tribus duntaxat Iuda & Benjamin apud domū Dauid perma-
nebant. Reliquæ tribus propriū sibi regē elegerunt, bonaq; eorū pars fu-
cta est Idolatrica. At tēporibus ueri regis Israhelis Iesu Christi aliiter fiet,
ait Oseas: Nam Iuda & Israhel, hoc est, filij promissionis ex his tribubus
& ex gentibus pariter congregabunt sub unicum et uerum Regem Iesum
Christū in una fide & spiritu, ac plures indies Christifideles ex omnibus
nationibus sient, quia regnum Christi, Elsa. ix, subinde multiplicari oportet
usque ad diem nouissimum, sed omnia regna externa decrecent atque
deuastabuntur concidentq;.

Mox paulo sub finem capituli secundi uaticinatur iterum Oseas de æter-
no gratiæ foedere inter nos & Deum, grata, suaui & consolatoria similia
dine dicens. Sed ego percutiam cum eis foedus in die illa, cū bestijs can-
pi, & cum uolatili coeli atq; cum reptili terræ, & confringam arcum, gla-
dium, & bellum de terra, & faciam eos quiescere confidenter. Et despōla-
bo te mihi in sempiternum, despōsabo, inquam, te mihi in iusticia & in
iudicio, in pietate, & in miserationibus. Desponsabo te mihi in fide & co-
gnosces Dominum.

Hic non loquitur de terrenis rebus sed de spirituali pace conscientiae
cum Deo per fidem in Christum, quem neq; tyranni in terris neq; spiri-
tus maligni in aere possunt euertere. Quomodo enim Christifidelibus
iuria inferri posset, cum per fidem ipsi Domino Zebaoth Christo dicatis
& vinculo quodam coniugij copulati sint, atq; ita per spirituale hoc con-
iugium una caro siant, per quam coniunctionem & unionem accipimus
præclaras illas promissiones omnes quæ per Prophetas & Evangelistas
Ecclesiæ ex mandato Dei factæ sunt.

ANNA.

Quomodo quælo fit id?

VRBANVS.

Quæ sunt mariti eademsunt & uxoris legitimæ, & contra. Cōiugum
bona

bona inter se omnia communia sunt. Nos a parte nostra habemus peccatum, mortem, & damnationem, sed sponsus noster Iesus Christus plenus est gratia uita & salute. Si itaque in Christum credimus, eumque uicium nostra & coniungit Christo, ut ipse caput nostrum nos membra eius siamus. Sic Christus transfert in se mala & calamitates nostras, redditque nobis bona & felicitatem suam. Ita iusti reddimur, ita uiuiscamur & saluamur qui ante peccatores mortui & damnati eramus.

Hæ sunt imperuestigabiles diuinitate gratie diuinæ in Christo nobis donatae, de quibus Paulus Ephe. iij. tam magnifice gloriatur, que omnes sensus, omnem intellectum omnium creaturarum superat. Cogita enim, quam tum potest fieri, qualis persona Christus sit, uidelicet, infinita, deus & homo, qui peccare, mori, & damnari non potest, cum iusticia uita & salus eius inuicta, aeterna & omnipotentes sint. Cum itaque innocentia, uita & salus ipsæ luctentur & dimicent in cruce cum peccatis nostris, morte, et damnatione, hæc illum uincere nequiverint, necesse est ut in eo deglutiantur & absorbeantur.

Quando igitur per fidem Christi in Christum inserimur, tum ex merita gratia liberamur ab omnibus peccatis, ac tuti reddimur a tyrannie Sathan, donamur aeterna iusticia, uita & salute sponsi nostri Christi. Ita Christus adornat & preparat Ecclesiam dilectam sponsam suam, ut gloriosa sit semper macula & rugis sed mundata per lauacrum aquæ in uerbo uite, hoc est, perfidem eius uerbi uite iusticie & salutis. Habes nunc quomodo Deus uerum Israhælem coniugio copulet ut sponsam in fide, misericordia, iustitia, & iudicio.

Observandum hic quoque quod hoc coniugium sit in aeternum duratum, ut clare Propheta dicit. Hinc sequitur non potuisse non Christum a morte resurgere & sponsam ad uitam reuocare, ut aeternum cum ipso uiueret. Hoc est aeternum regnum Christi, regnum gratiae, unde omnia peccata mors & mala ejiciuntur & de turbantur, meraque gratia, iusticia, innocencia, uita & salus in aeternum habitat, sicut ait: Dominum cognosces. Cognoscere Dominum est uita aeterna Ioan. xvii. Et erit in die illa, exaudiam dicit Dominus, exaudiam celos, & ipsi exaudient terram. Terra autem exaudiens frumentum & uinum atque oleum, & illa exaudient Izrael. Et seminabo eam mihi in terram, misereborque ei quæ misericordiam non est consecuta, & dicam ei qui non est populus meus: populus meus es tu: & ipse dicit (mihi) Deus meus.

Hic loquitur de tempore illo optatissimo & laetissimo noui Testamenti Euangeliū docetur & Christus per fidem suscipitur, tum Deus nulla penuria laborare Ecclesiam suam patietur, sed prospiciet ei & fouebit eam diligenter, ut maxime interim sub cruce luctetur & gemat, tamen prospic-

*Coniugium
Dei cum
Israele.*

*Coniugium
piorum cum
Christo aeterno.*

DE CONC. CHR I. AD DISC: EMAVM EVNT:

cetur ei ut necessaria et sufficientia non sint defutura ,uerusque Israhel per Messiam augebitur & crescat . Ecclesia fiet uerus Israhel, hoc est, servus Dei ut semper crescat & in aeternum maneat. Ita misertus est Deus reliqua rum inter Iudeos & gentes . Ante Iudei seu Israhel erant sine misericordia. Sed tempore Christi misertus eorum Deus est. Gentes non erant Dei populus, sed tempore Messiae per Euangelium vocatus populus Dei facti sunt, quae Deum per unicum saluatorem & mediatorem Christum in vera fide agnoscunt, invocant & colunt.

ANNA.

Nihil ne spei habent Iudei aut Israhelitae secundum carnem in scriptura quod ex hac obstinatio & induratione in qua nunc sunt sint liberandi? Nu posthac ulli Iudei sed gentes duntaxat regni spiritualis cōsortes sicut?

VRBANVS.

Habent spem. Vt in am scripturam inteligerent, atque inde discerent quantum gratiae apud Deum illis residuum supersit. Ait enim Oseas cap. iij. Diebus multis se debunt filii Israhel absque rege & absque principe, absque fasto & cristicio & absque statua, absque Ephod & Teraphim. Postea reuertentur filii Israhel, & inquirent Dominum Deum suum, atque David regem suum, & pauebunt ad Dominum & ad bonitatem eius, in nouissimis diebus.

Iudei cōuer-
tendi ante no-
nifimū diē.

Ante audisti ex Paulo Ro. xi. quod nolit Iudeos contemni. Habent enim promissionem conuersationis suae ante diem nouissimum, nimurum cum Israhelitae iuxta spiritum, hoc est, electus numerus filiorum Dei ex Gentibus impletus fuerit, cum illi omnes Christifideles facti sunt, tum Iudei a cæcitate sua liberabuntur & ad uerum Messiam Iesum Christum congregabuntur, Euangeliūque suscipient. Id Paulus satis intellexit ex Osea, qui hic Iudeis quoque consolationis plenam promissionē facit, uidelicet quod ad postremum Deus sit illorum miseriurus eosque uocaturus atque conuersus per Euāgeliū, eos qui inter illos ad regnum Christi pertinent, quod oues suas probenouit, & ipse oues pastorem quoque suum cognoscent.

Hæc Prophetia ad oculos patet nec opus habet longa explicatione. Iudei post aduentum Iesu Nazarenī iā supra mille quingentos annos (hoc tempus istud longum est) in toto mundo sparsti sunt nec Regem propriū habent, nec principem. Nec dum enim Christum nouerunt uerum suum Messiah seu Regem, cogunturque ut miseri & afflicti abiectique homines ubique sub Dominis alienis uiuere. Templum & altare cum loco sacrificiorum uastata sunt, manentque uastata. Non habent Sacerdotem nec uerum cultum diuinum. Fxit Deus optimus Maximus ut breui magno numero conuertantur. Amen. Verbum Dei non mentitur nec fallit. Verum Deum Abrahæ Isaac & Iacob, patrem Domini nostri Iesu Christi, quae rent per uerum Messiam Iesum Nazarenū: post longum errorem tandem in uiam reuocati conuertentur, uerumque regem suum Iesum Christum in Mose

Mose & Prophetis promissum, in plenitudine temporis missum, ex familiā David natum, & ad dexteram Dei æquali cum patre potentia colloca-tum in quirent, inexhaustamq; gratiam ac benignitatem, quam nobis in E-vangelio donat & offert, nobiscum prædicabunt & laudabunt.

ANNA.

Oseas ait quod ad Dauidem sint uenturi in diebus extremis. Resurget ne ergo Dauid ante diem nouissimum ut regnet?

VRBANVS.

Minime. Audisti enim ante in Ezechiele & Ixxxix. psalmo, quod Christus uocetur Dauid, cum iuxta carnē ex stirpe Dauid prognatus sit. Estq; verus Dauid, ueluti hoc loco Hieronymus annotauit, hoc est, fortissima-nu. Solus si quidem proprio Marte aut uirtute ac robore suo populum su-um liberauit a captiuitate Diaboli. Atq; ita ipsi Iudæi hanc Prophetiam in-tellexerunt de Christo semine Dauidis: id quod Thargum testatur, quod hunc textum sic reddidit. Hinc filij Israhel conuertentur & Dei sui gloriā quarent, obedientiamq; præstabunt Messiae filio Dauid, hoc est, Christo regi suo.

Sic sile res habet, certe non in totum contemnendi & abñciendi essent Iudæi, cum Deus tantam adhuc illis gratiam exhibiturum se promiserit totq; ex illis conuersurus sit.

VRBANVS.

Hoc sæpe dico & moneo, ut minus procaciter nec tam contemptim invi-sulent & confpuant Iudæos Christiani, sibiq; in mentem reuocent ac pro-be expendant Pauli monitionem quæ Rom. xi. extat.

Plura etiam Oseas uaticinatur cap. v. de resurrectione per Messiam di-cens. In tribulatione enim sua, mane inuestigabunt me. Venite, et reuerta-mur ad Dominum, quia ipse rapit, & sanabit nos. Viuificabit nos post bi-duum, & in die tertio suscitabit nos, uiuemusq; ante faciem eius. Et sciemus insequemurq; ut cognoscamus Dominū: quasi aurora paratus est egressus eius, & ueniet nobis sicut pluuiā, sicut pluuiā, in qua, temporanea, que-fecundat terram.

Hanc Prophetiam Ambrosius atq; alij etiam doctores p̄ij et Ecclesiasti dintellexerunt de resurrectione Christi ac nostra. Tertio enim die Mes-sias a morte resurrexit, & ubi nos crucem nostram in hac aduca & morta-luita tulerimus, mundoq; mortui plane fuerimus tum nos die redemptio-nis resuscitabit, æternumq; cum eo uiuemus, uti & Paulus i. Thes. iiiij. do-cet, ipse enim resurrexit atq; cum pulcherrima aurora exortus est ut sol ue-rus iusticie, qui nos illuminat, fœcundaq; pluuiā gratiæ suæ quoq; fœ-cundat, ut feramus uere poenitentiae fructus.

Et cap. xiij. uaticinatur Oseas ualde apertis et luculentis uerbis de uicto-ria Christi, quod nobis deuicerit peccatum, mortem & infernos. De infer-

DE CONC. CHAI. AD DISC. EMAVM EVNT.

no*c*(inquit) redimam eos, de morte liberabo eos, ero pestis tua o mors, ex
cidium tuum inferne. Hoc impleuit Christus cum moreretur in cruce
pro nobis, & tertio die gloriose resurgeret, per quod peccata nostra expia
uit, mortem quae nos occupauerat & obruerat, deuicit, nosq*e* ab eterna d*a*
natione seu supplicio gehennae redemit. Peccatum erat letale & praesentis
simum nostrum uenenum, quo natura humana ad mortem eternam infe
cta erat. At nunc Christus morte sua delet peccatum, atq*e* ita mortem na
stram iugulat, in qua in eternum nobis manendum fuisset.

Capite item. xiiij. uaticinatur ualde consolanter de Christo & regno ei
us, quod in eo gratia & remissio peccatorum sit, mera dilectio & fides ac
beneuolentia summa erga nos, & germen Dei in nobis, mere boni fructus
& securitas. Ipse enim Deus est defensor Iesus Christus, dicens. Conuerre
re Israel usq*e* ad Dominum Deum tuum, quoniā corruisti in iniquitate tua.
Tollite uobis cum uerba, & conuertimini ad Dominum, dicitque ad eum:
Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & persoluemus iuuenicos la
biorum nostrorum, Assur non saluabit nos, super equum nō ascendemus,
necq*e* dicemus ultra operibus manuum nostrar*e* uos d*i*j nostri, eo quod in te
misericordia fiat pupillo. Ego sanabo auersionē eorū, diligā eos ex liberali
tate: quoniā auersus est furor meus ab eo. Ego sicut ros Israeli, floreb*c* si
cut rosa, et p*ec*utiet radices suas sicut Libanus. Serpēt surculi eius, & erit ma
gnificētia eius quasi oliua, & fragrātia eius quasi Libani. Conuerterēt qui
sedēt in umbra eius: Viuiscabūt se frumento, & florebūt sicut uitis, & me
moria eius est sicut uinū Libani. Ephraim qd mihi ultra cū idolis: Ego re
pondi & respexi eū: Ego quasi abies uirēs, ex me fructus tuus inuētus es.

In principio capitū xiiij. Hoseas ad poenitentiam inuitat Israhelitas. Ce
terum cum uera poenitentia opus spiritus sancti in nobis sit, non hominis
naturalis, ergo spiritus sanctus egregias promissiones ad finem addidit, ut
Israhel per eas ad fidem in promissam gratiam Dei excitetur, per quam si
dem Israhel spiritus sancti uirtutem accipiat, ut mādatis & uerbo Dei pos
sit obtemperare. An non plena summā cōsolationis promissio est, quod
ait ego sanabo auersionem Israelis, hoc est, quod omnes iniquitates ipsa
rum uelit condonare, nec unquā in eternū illis irasci propter peccata. In
qua promissiōe Christus gratiæ thronus inclusus & cōprehensus est. Nā
hoc decretū est apud Deū, quod nulli peccatū uelit remittere, nullū dilige
re aut in gratiam recipere alio modo quā per filiū suum dilectū, qui unicus
noster redemptor, mediator, reconciliator, episcopus, sacerdos, sacrificiū;
& propiciatorium seu gratiæ thronus factus est, uti Paulus ait Eph. i. quod
chari redditi simus Deo per dilectum, per quē habemus redemptionē per
sanguinem ipsius, remissionē peccator*e* iuxta diuitias gratiæ suæ. Sequitur
igit ex hoc firmo & solido fundamento apostolice doctrinę, q*u*ic hic Hoseas
de Christo cōcionetur, quis eū non noīatim notet, cū nullus aliud sit recō
ciliator qui iram Dei a nobis auertat q*u*inus Iesus Christus. Quapropter se

DIALOGVS VRBAN. RHEG.
pius iam dixi, q̄ ubi Deus suam gratiam, redēptionem, peccatorē remissi
oem, iusticiam, uitam & salutem promittit, ibi Christus promittat, per cu-
ius mortē & preciosum sanguinē nos Deo patri reconciliati sumus, pecca-
torē ablutionē seu remissiōem, uerā iusticiam & uitam eternā accipimus.
Sequuntur in textu plura etiam promissiōes, sicut in 85. 18.

Sequuntur in textu plures etiam promissioes figuratis & picturatis uerbis expressae. Sumit autem similitudinem a rore, rosis, Libano, olea. Haec uerba nihil aliud uolunt quam significare immensam felicitatem Israhelis seu Christifidelium, posteaquam in gratiam Dei suscepti crediderunt, omniumque delictorum remissionem adepti sunt.

An non ineffabilis fœlicitas est, remissionē peccatorē adipisci, coram
Deo iustum reputari, spiritum sanctum cum donis ipsius accipere, per eū
in fide obsignari? Tantum tam preciosum tā eximiu arrabonē, uidelicet,
spūm Dei patris & filij cordibus accipere, q̄ perhibeat nobis testimoniu,
q̄ Dei filij simus ac proinde hæredes etiā Dei, cohaeredes Christi. Que
so quid deesse potest illi cuius hæreditas Deus ipse est? Huius Propheta
tiae iniciū coepit maxime temporibus Christi, cū Euangeliū per tonū mun
dū magnos fructus tulit, et spiritualē regnū Christi ubiq̄ erectū est, ut rex
gloriarē Christus p̄ Deo & saluatore nostro fide susciperet, per quā fidē si
lī Dei reddimur, qui cū sanctis Angelis Deū in eternū laudabūt, quibus
Angelis similes reddemur in altero illo seculo in resurrectione mortuorū,
q̄ gloria superat oīa, que uniuersē creature cogitatione asseq̄ possunt. Nūc
abscondita est, cū in spe dūtaxat etiamnū beati simus. Verū cū rex noster,
rex ille gl̄e in maiestate sua ad iudicādū uenerit, tū manifestabit. Ro. viij.
Breuiter, Deus, Israhelis defensio, ppugnaculū, refocillatio, auxiliū, iō
latiū & oīs fœlicitas erit. Ac loquiē Propheta de lōge maiore defensione,
consolatione, auxilio, & bñficijs q̄ quae hic mūdus intelligit aut habet. Est
itac̄ Christi regnū, regnū oīs benedictionis, in quo oīm bonorē affluētia
possidet. Hāc spūalem liberationē, auxiliū, consolationem et regnū perpe
tuū Prophetæ prædixerunt, non temporalē, affluēs opibus caducis ac fluxis,
sicut imaginant et somniāt carnales Iudei. ANNA.
Quid uaticinatur de Ch. iij. I. / B. / P. / L. / S. /

Capite h̄j. uaticinat̄ d̄ regno Christi, q̄ opulēta dei cognitiōe illustran-
dū & illuminādū sit, quodq̄ S. sanctū cū donis suis sit accepturū, q̄ q̄ dū
taxat in monte Sion, hoc est, in Ecclesia Catholica, uera liberatio auxiliū et
redēptio a peccatis & morte sit, quodq̄ nullū discrimē personarū ultra fu-
turus sit, inter Iudeos & gentes. Qui nomē Dñi Messie in uocauerit, eū ab
oībus malis liberatū iri. Prophetiq̄ uerba hec sunt. Et scietis quia ego sum
in medio Israēl, & q̄ ego sum Dñs deus uester, et nō est ultra, necq̄ cōfun-
det populus meus in aeternū.
Et post ha-

Et post hæc, (sicut Perrus hæc Prophetiam die pontecostes Hierosolymis in sua concione adduxit) In diebus postremis, (hoc est tempore Mel-

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

six effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt a
In uestri & filiæ uestræ senes uestri somnia somnia bunt, & iuuenes uestri
uisiones uidebūt. Sed & super seruos & super ancillas, in diebus illis effun-
dam spiritum meum. Et dabo prodigia in cœlo atq; in terra, sanguinem &
ignem atq; columnas nubis. Sol uertetur in tenebras, & luna in sanguinem,
antequam ueniat dies Domini magnus & terribilis. Et erit, omnis qui in-
uocauerit nomen Domini, liberabit: quoniam in monte Zion in Ierusal-
alem erit saluatio, sicut Dominus dixit, & in reliquijs quas Dñs uocat.

Hæc Prophetia coepit temporibus Christi. Tum certe Israhel expertus
est quod Deus apud ipsum in natura humana esset. Dabatur etiam tum
spiritus sanctus multo gloriosius, augustius & opulentius quam ante natu-
ritatem passionem & resurrectionem Messiae. Ante enim semper pauci ex-
stant qui spiritum Prophetiae acceperant, at cum Iesus ad dexteram Deipara-
tris exaltatus fuisset, tum spiritus sanctus cum donis suis mirabiliter & opu-
lenter multis datus est: Sicuti & Hebræa vox Eschpoch indicat, quæ ef-
fundere significat. Spiritus sanctus uisibiliter in Christifideles effundeban-
tur cum baptizarentur: Habebatq; Ecclesia ubiq; doctores, qui spū Pro-
phetiae habebāt, cognitioq; Christi per totū mundū dilatata & sparsum est.

Quod autem de Sion et Ierusalē loquitur, id intelige de Ecclesia Chri-
stifidelium, in qua rex Sion Christus suum domicilium habet, tāquam in
suo regno. Qui a peccatis morte & tyrannide Satanæ liberari uult, is in
Christum credat eumq; inuocet, & in Ecclesiam adducatur oportet. Nec est quod
extra Ecclesiam neq; remissio peccatorum neque salus est. Non est quod
peccator in hanc uel illam ciuitatem & locum respiciat, sicuti Iudæi inter
renum Sion & Ierusalem, cum Iohel dicat, quod Deus spiritum suum su-
per omnem carnem aut homines effusurus sit, non tantum super Iudeos
in Ierusalē, aut in terra Canaan, sed ubiq; per totum mundum, ubi Euāge-
lio creditur. Sequitur igit. Quicunq; nomē Dñi inuocauerit, saluus erit.
Non tantum Iudæi, qui Hierosolymis adorabant & inuocabant Deum.
Tum enim aderat hora illa de qua Christus loan. iij. ait, quod pater cœle-
stis ueros adoratores requirat qui ipsum adorarent & inuocaret in spiritu
& ueritate. En quā nullis terminis circumscriptū sit regnum Christi, q; lat-
te sint spiritualis Hierosolymæ portæ ut cuius undiq; aditus et ingressus
sit facilis. Non opus est ut posthac quisquā circumcidatur, ut Hierosolyma
m ueniat, certa sacrificia pecudū offerat. Nec opus est ut ex semine Av-
brahæ carnali sit, creditur duntaxat Euāgeliō de Christi potentia & gra-
tia, isq; in uocetur in oībus locis, ita in uerū Sion peruenitur, hæc est expe-
ditissima & cōpendiosissima atq; unica in Sion uia & aditus, ubi uera salus
et uera liberatio inueni de æterna gratia. Hæc est eximia & longe lateq; se-
extendens liberatio nō tñ Israhelitarū secundū carnē, sed omniū hominū
in Christum credentium eumq; inuocatiū quoq; orbis in loco sint. Sic

Sic legis Act. XVI. cum custos carceris in Philippis Paulum & Silā interrogaret quid ipsi faciendum esset ut salutem consequeretur, respōdisse Paulum, Crede in Dominum Iesum & saluus eris, tu & domus tua. Nō iubent ut proficiatur Hierosolymam aut Siō in templum. Cœperat enim spirituale Ierusalem extendi inter gentes per totum mundum: ubi cuncti alii quis Euangelio credit & Christum inuocat, is saluatur, & est in spiritu aliū Ierusalem, hoc est, in Ecclesia Christifidelium, is habet unum Deum uestrum, uerum liberatorem, unum doctorem, unum spiritum, unam fidē & spem cum omnibus sanctis in toto mundo.

Tertio quoque capite de uera & spirituali Hierosolyma uaticinat Iohes, hoc est, de Ecclesia Christifidelium, inter alia sic dicens. Dominus erit spes populo suo, & fortitudo filijs Israel. Et scietis quia ego Dominus Deus uester, habitans in Zion monte sancto meo: & erit Ierusalem sancta, nec alii transibunt per eam ultra (& mox sequitur) Iehuda autem in æternū se debet, & Ierusalem in generationem & generationem. Et mundabo, sanguinem eorum non mundaui: & Dominus habitat in Zion.

Hic habes Ecclesiam Christi, quamuis infestetur multis & grauissimis hostibus, in æternū tamen permansuram, eosque qui Christifideles uel leuissima iniuria affecerint non impune abituros, sed Christo grauissimum supplicium datus, ipsumque in Sion mansurum. Hæc Prophetia in Propheetis saepe repetitur quod Deus ipse semper in Sion, hoc est, Ecclesia Christi, habitaturus sit. Hæc plus habet consolationis & auxilij quā quisquam uel cogitare possit. D. Paulus hanc promissionem ut invictum firmamentum in omnibus afflictionibus sibi & Ecclesiæ in consolationem adducit Ro. viij. ubi dicit. Si Deus pro nobis quis contra nos, quasi dicat: Regnum Christi spirituale Ierusalem satis firmum ac munitum est, nō est quod metuat ullus hostes, Deus enim ipse in eo habitat. Quis igitur euerteret? Quid est totus hic orbis, quid omnes Diaboli, quid tyranni, quid universæ creaturæ ad Deum, aliud quam imbecillimæ muscæ?

ANN.

Nunc sequitur Amos. Quid is de Christo & regno eius uaticinatur?

VRBANVS.

Vaticinatur cap. ix. de Christo, quem Davidis tabernaculum uocat propere quod Christus ex stirpe Davidis natus est uocatque eum tabernaculum solapsum. Loquitur enim iuxta opinionem populi Iudaici. Nā dū Iudæi subinde caperent, dispergerent, et affligerent, promissioque de Messia ex familia Davidis, illorū opinione diutius iusto protraheret ac procrastinaret, non magni facta est hec promissio, sed apud bonā partē Iudeorū cōtemnē bat, quasi deus eā nō esset impleturus. Post Babylonicā etiā captiuitatē, cū Christi aduentus instaret & septuaginta illae hehdomades annuae Danielis iam fere finem suum haberent, familia Davidis ad paupertatem maxi-

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Tabernaculū
Dauidis re
stauratum
per Christum

mam deuenerat, omnīcꝝ potestate & dignitate erat exuta, ut nullo iam id
precio aut honore esset, nec magnum illum regem in Israhel Messiam in
deposse nasci quisquam putaret. Parētes enim Christi non habitabant in
terra Iudah in ciuitate Dauidis Bethlehē aut Hierosolymis in Sion, sed in
Nazareth ciuitate Galileæ. Ut ita familia Dauidis & Messias inde promis-
sus, Iudæis uisus sit plane tabernaculum collapsum quod in totum conci-
dit. Cum itaqꝝ Christus in Bethleem ciuitate Dauidis nasceretur, taberna-
culum Dauidis restauratum est, regnumqꝝ quod ei promissum erat in se-
mine ipsius, tum demum uere suscitatum est, quodqꝝ collapsum, labefacta-
tum atque dissipatum fuit, tum demum refectum atcqꝝ reparatum est, pro-
missioque Daudi facta, uidelicet, qꝝ in solio eius semen ipsius in perpe-
tuum esset regnaturum, potenter impleta est. Sic & Thargum hoc uatici-
nium intelligit quod per tabernaculum Christus & regnum eius promis-
tatur. Nec dubita hanc interpretationem Ionathan ueram ac certam esse.
Verba eius hæc sunt: Akin iath malchura debeth Dauid, hoc est, suscita-
bo regnum domus Dauid. Id autem Christi regnum est. Ac nota quam-
uis Dauidis regnum ante potens fuerit, adeo ut non tantum duodecim tri-
bubus Israhel imperitarit, sed & Idumæis, Syrijs, Moabitis, Philistiniis
alijscꝝ gentibus pluribus, quod tamen umbra tantum & typus fuerit ueri-
Dauidis Christi Iesu regnicꝝ eius sempiterni, imo ad Christi regnum col-
latum, miserrime collapsum ac dissipatum tabernaculū fuit, rimis, aperi-
ris caueris atcqꝝ ruinis fatiscens. At cum Christus ueniret, tū demum cor-
nu seu regnum salutis in domo Dauid erectū est, thronusqꝝ regis Daui-
dis uero regi traditus. Siquidem Christus uocat per Euangelium in regnū
suum spirituale omnes tribus Israheliticas, & per Apostolos suos omnes
gentes in toto mundo, ut Iudæi & gentes filium Dauidis susciperent, ac pro-
rege suo agnoscerent, ut regnaret super omnia, a mari usqꝝ ad mare, pſal-
mo lxxij, potentissimus Dñs totius mundi, imo uniuersarum creaturarū.
Hoc certe est aperturas collapsi tabernaculi obturare atcqꝝ obsepire. In die il-
corruerant restaurare atcqꝝ firmare. Nunc audi uerba Prophetiæ. In die il-
la suscitabo tabernaculū Dauid collapsum, & sepiam interrupiones eorū,
& subuersiōes eius erigam, reædificaboqꝝ eam iuxta dies antiquos. Qua-
tenus possideant reliquias Aedom & cunctarū gentium, super quas nomē
meum inuocatum est, dicit Dñs faciens istud. Ecce dies uenient dicit Do-
minus, & applicabitur, arator meiori, & calcator uuarum effreni semen
(in agrum) & stillabunt montes potum dulcem, & omnes colles liquef-
cent (in pinguedinem) & reducam captiuitatem populi mei Israhel, & ædi-
ficabunt ciuitates desolatas & inhabitabunt, plantabunt uineas bibentqꝝ¹
uinū earum: facient hortos, & comedent fructū earū. Et ego plantabo eos
in terra eorum, nec euellētur amplius de terra sua, quā dedi eis, dicit Dñs
deus tuus. Hāc Prophetiā Iacobus in primo cōcilio Apostolorꝝ Hieroso-
lymis

Libertas
christiana

Iymis habito adduxit ad stabiliendam ac probandam libertatem Christi-anam & uocationem gentium, quod gentes lege Mosaica grauadē & onerandae non essent, sed quod ad salutem satis sit ut nomen Christi prædiceretur & in id credatur inter Iudeos & gentes, quodq; ita non per opera legis sed per solius Christi Domini nostri gratiam saluentur tam Iudei quam gentes, quodq; circumcisio aliac; Legis opera ad iustificationem non sint necessaria. Hæc est libertas Christiana, quam per Messiam uerum Dauidem habemus, quæ in Testamento nouo palam per totum orbem annun-ciata est. Hoc & tempus illud gratiæ, hoc tempus illud optatissimum est, de quo Amos uaticinatur, hæc dies salutis &c.

Vaticinatur figuratis deinde uerbis de regno Christi q; regnum om-nis benedictionis sit, utens talibus uerbis quasi loqueretur de corporali & terrena benedictione, in qua uinum, frumenta, fructus, magnifica & splendida ædificia, horti amoeni, omniaq; ad uitam uoluptuariam necessaria suppetunt. Sed scis regulam communem & generalem horum ac similium uaticiniorum de Christo, ac spirituali eius regno intelligi debere, de cum excæcatis Iudeis in corporalia fatum bona oculos defigamus. Ha-bet enim regnū Christi longe alias ac maiores diuitias, uoluptates, cibos, potum, atq; bona, uidelicet spiritualia atq; æterna in Christo, spirituali & æterno Rege gloriæ. Sed loquendū est nobis de regno Christi & intelli-gendū, sicut Christus ipse in Euangelio & Apostoli id regnū describunt. Intelliges itaq; per hæc bona & benedictionem corporalem benedicti-onem spiritualem, de qua Paulus Ephe. i. quod Deus pater Domini no-stri Iesu Christi benedixerit nos omni spirituali benedictione in cœlesti-bus per Christum. At uocat Ephe. iii. hanc promissam in Christo benedi-cionem imperuestigabiles diuitias Christi, quæ propter magnitudinem & excellentiam peruestigari non possunt. Verum spiritus sanctus sic so-lantes res atq; similitudines loqui nobis, qui etiam in carne uersantes cæci nimium atq; rerum cœlestium capaces nondum sumus, sicut & par-tes suam linguam ac sermonem ad captum & intellectum filij attemperat.

Quod autem non de terrenis uaticinatur, patet ex circumstantijs: pro-mittit enim Deus se captiuitatem populi sui conuersurum, hoc est, se po-pulum suum ab hostibus omnibus liberaturum. Hæc est gloriosa & mag-nifica illa liberatio, quam populus Dei, hoc est, Christifideles in Christo habent: secp; seruaturum eos in terra ipsorum promittit. Terram Canaan ante habuerat, sed Deus ipsis ac coheredibus ipsorum meliore datus est in qua ois benedictionis ac felicitatis abundantissima sit affluentia. Hæc est circa controversiam noua illa terra in qua iusticia habitat ij. Pet. iiij. uera que patria quam Patriarchæ & uere pñj in Christum credentes inquisue-runt, uidelicet, cœlestis illa patria. Heb. xi.

DE CONC. CHR. I. AD DISC. EMAVM EVNT.

Atq; hæc omnia Deus ipse promisit, qui fallere non potest. Necesse itaq;
fuit ut Christus e familia David nasceretur, ut moreret, ut resurgeret, reg-
numq; suum benedictum erigeret & ad perpetuitatem stabiliret ac conser-
uaret, in quo nulla maledictio est sed mera benedictio et omnis felicitatis
affluentissima copia. Omnes enim promissiones in Christo sunt ratae ac
firmæ suntq; in illo etiam & Amen. ij. Corin. i.

ANNA.

Abdias perbreuis est. Nunquid & ille de Christo uaticinatus est? No-
temere Obadiah, hoc est, seruum Domini Dei dici eum existimo?

VRBANVS.

In fine Prophetiae suæ uaticinatur de regno Christi, de Ecclesia Catho-
lica sub nomine Sion & domus Iacob, quod per totum mundum dilatatu-
da esset, dicens. IN MONTE AVTEM ZION ERIT LIBERA-
TIO, ERIT ET SANCTITAS, ET POSSIDEBVNT DOMUS
IACOB POSSESSIONES SVAS. ERIT PROINDE DO-
MVS IACOB IGNIS, ET DOMVS IOSEPH FLAMMA,
DOMVS AVTEM ESAV STIPVLA, EX ARDESCENTq;
in eos & consument eos, nec erunt reliquæ domui Esau, quoniam Do-
minus locutus est. Et possidebunt meridiem una cum monte Esau atq; pla-
nitudinem Philistæorum: possidebunt quoq; agrum Ephraim & agrum Sa-
mariae: & Benjamin (possidebit) Gilead. Transmigratio autem exercitus
huius de filijs Israel, qui sunt cum Chananis usq; ad Zaphath, & tran-
migratio Ierusalem, quæ est in Sepharad, possidebunt ciuitates australes:
Ascendentq; saluatores in montem Zion, ut iudicent montem Esau, & e-
rit regnum ipsius Domini.

ANNA.

Hæc Prophætia constat uerbis non admodum planis. Quid est hic dō-
mus Iacob, domus Joseph, Esau, campestria, regio Ephraim, Samaria,
mons Gilead, Zaphath & Sepharad? De qua possessione loquiuntur hic
Abdias, Num de terrena? ut Iudæi omnes eas regiones subdant sibi, ij. q;
dominentur? Qui nam uerus & germanus horum uerborum est intelle-
ctus ac sensus?

VRBANVS.

Increduli Iudæi intelligunt hunc textum ac similes de terrenis rebus, ac
spem frustaneam alunt futurumq; expectant (sed ne quicquam) ut omnes
gentes sub quibus capti fuerunt ut pote Assyrj, Chaldæi, Persæ, Macedo-
nes, Romani, Syrj, Philistæi, Aegyptj atq; alij, ipsis subiçiantur, popu-
lumq; Israheliticum secure & confidenter tum habitaturum, nec unquam
in captiuitatem in posterum uenturum. Hic intellectus erroneus & fallax
est. Deus enim non promisit ipsis, ita ut ipsi somniant, sed promisit future
ut Iuda e Babylone redimeretur, ciuitate & templu reæditaret, uerumq;
principiis

principem & ducem Israhelis Messiam post captiuitatem Babyloniam uerum, sicuti apud Danielem cap. ix. prædictum est, & tum finem Iudaïsmi adesse, & e terreno regno Iuda, æternum & spirituale regnum futurum, in quo & Goym, hoc est, gentes peruentur ex toto mundo, unaque cum vero Israele omnium promissionum Dei beneficij in Messia in perpetuum fruituræ sint.

Quapropter hic Abdias intelligendus est de spirituali possessione, que est, quod Messias, Apostoli et credentes, cunctas gentes sub suave iugum Christianæ fidei adducturi sunt per Euangelium, ut Christum regem suum unicū & æternū, Apostolosq; eius una cū Christifidelibus per Apostolis conuersis, matrem suam spiritualem & gloriosam Dei ciuitatem esse agnoscant, cui alacriter & libenter obtemperant, uti audisti ex cap. ix, Apostolos Prophetæ.

Nunc audi quid significant uerba in hoc uaticinio, tum facile erit intellexi. Mons Sion, ut scis, est Ecclesia Christi, estque mons sanctus, quia DEVS ipse in eo habitat, & sanctus sanctorum omnium Christus consecrat & sanctificat eum per uerbum & spiritum suum ad æternam habitationem, uti Ezechiel indicat, cum uox Hebraea Kodesch legitur significat sanctitatem. Nam uera iusticia & sanctitas nusquam alibi est quam in hoc monte sancto Ecclesiae Christi. Nonnulli uero legunt Kodosch, & tum significat sanctum, qua de causa ante diximus.

Domus Iacob in scripturis uocatur Domus David, Tribus Iuda, quæ apud domum David semper mansit, & fere pro eodem accipitur, cum dicitur Iuda & domus Iacob, Ierusalem, domus David. Eratq; figura magni regni Christi Iesu. Ideoq; Archangelus Gabriel, Lucæ i, uocat regnum Christi, domum Iacob & sedem Davidis in qua Christus æternum regnum turus esset. Nam in terreno regno regis David, coepit spirituale regnum Christi in Sion, secq; dilatabat inde per totum mundum, cum Apostoli Evangelium iuxta mandatum Christi omnibus creaturis inciperent prædicare, ac in nomine Christi annuciarent penitentiam & remissionem peccatorum inter omnes gentes initio facto in Ierusalem, uti testatur Lucas, cap. xxiiij.

Obserua q; Deus his Patriarchis Abraham, Isaac & Jacob Gene. xxij. xxvi, xxvij, cap. semen promiserit ex eorum sanguine et carne uenturum, in quo omnes familiæ terræ benedicendæ essent, hoc est, ab æterna malefactione peccati mortis et Satane vinculis futuri liberi ac soluti, deiq; filij, qui cum eodem semine in regno innocentiae uitæ & salutis in æterna secula essent regnaturi. Haec erat maxima promissio, ideoq; scriptura ubique in dictione peccati mortis et Satane vinculis futuri liberi ac soluti, deiq; filij, meminit horum Patriarcharum. Nam cum ipsis hoc semine promitteretur, quodq; filij ipsorum ut arena maris multiplicandi essent, tum Christus rex æternus, regnumq; eius æternum illis promissum est. Atq; ideo etiam

• DE CONC. CHRI. AD DISC. EM AVVM EVNT.

hoc regnum Christi uocatur domus Jacob sedes seu solium Dauid, hoc est, Ecclesia Christi.

Domus
Ioseph.
Samaria.
Ephraim.

Domus Esau

Philistini.

Galaad.
Zarphad.
Sephara.

Domus Ioseph in scripturis idem est quod reliquæ decem tribus Israheliticæ quæ a domo Dauidis descivierunt propriumq; sibi regem elegerunt. Atq; hoc regnum separatum Samaria etiam dicitur, a ciuitate prima ac metropoli. Vocat & Ephraim pppter Hieroboam qui e tribu Ephraim erat. Itē Ioseph uel domus Ioseph, pppter Ioseph q; pater Ephraim erat.

Domus Esau regnum Edomitarum est, qui originem ab Esau ducunt, habitabantq; in monte Seir. Ios. xxiiij. propter uastum illud desertum ab Hierosolymis ad meridiem.

Meridionales sunt qui in tribu Iuda habitabant. Qui in campestribus, sunt Lidda & Emmaus, annotante Hieronymo. Philistini sunt quinque illæ ciuitates ad occidentem sitæ ut Gaza, Ascalon, Azotus, Accarō & Geth. Ephraim est regio Samaria, in qua tribus Ephraim habitabat, qui filius Ioseph erat. Benjamin peculiaris ac propria tribus Iudeorum est, sed regno Iudah connumeratur.

Galaad dicit Hieronymus Arabiam esse. Zarphad ciuitas fuit inter Tyrum & Sydonem, de qua Iosephus lib. viij, Sepharad ciuitas fuit in terra Babylonica.

Est igitur hæc Prophetæ sententia. Ante uaticinatus est de captiuitate populi, & quod Edom deuastandus esset. Nunc uero consolatur Iudeos ne in Babylonica captiuitate animos despondeat, quasi iam cū Sion actū, nec Messias uenturus esset, promittitque Iudeis liberationem q; in Sion redituri sint, quamuis tum per Babylonios & Edomitas uastatus esset. Nam Deum liberationem auxilium & redemptionem Sioni allaturum. Acq; id impletum est. Postquam enim Iudei e Babylone rediissent, ciuitasq; Ierusalem una cum templo & cultu diuino restaurarentur, non multo post uenit Messias in Sion uerus saluator & liberator. Ante saepè Deus monte Sion & ciuitati Ierusalem auxilium attulerat, sed nondum id erat uerū auxiliu ac uera salus, quam Messias propria persona adferri debebat. Verum ubi rex Israhelis ex tribu Dauid in Sion uenisset, uenit & felicitas, salus, et cornucopiae omniumq; rerum abundantia. Ccepit enim per uerbum & spiritum suum populum a spirituali captiuitate, quam sub Satana & fallis doctoribus perperitus erat, reuocare & redimere. Implet Propheta, & populo suo ueram et eternam liberationem per salutiferam mortem suam & gloriosam resurrectionem. Hæc erat uera Plethora, hoc est, redemptio. Superiores liberationes figuræ tantum fuerant.

Lege Acta Apostolorū, quomodo uera salus per Euangelion in Sion cooperit, & inde per totum mundū dimanarit. Petrus redimit & conuertit una cōcionetria millia hominum. Ac Deus regnū Christi subinde locupletabat. Ut testatur Lucas Act. ij dicens: Dñs addebat qui salui fierent quotidie

quotidie congregationi. Hæc salus uirtute tanta Spiritus sancti annuncia ta est, ut reliquæ ex Israhel Apostoli & socij eorum uera domus Jacob & Ioseph factæ sint ut ignis & flamma, quæ domum Esau, hoc est, Edomitas qui ante capitales hostes erant domus Jacob & Ioseph, ut stramen cōsum pserint, ut multi ex illis Edomitis haud dubie Euangelio uicti sint, & Esau patris eorum prauitas ac malicia in ihs per ignem charitatis consumpta sit, ut non amplius Esaitæ manserint quantum ad cor attinet, sed nūc etiam ad domum Jacob & Ioseph uenerint, atq; unius fidei ac mentis cum ipsis fierent, hoc est, spirituales Israhelitæ.

Ita & Euangelium in quatuor mundi plagas exiuit ut credens Iuda quā plurimas regiones & populos undiq; ad fidem Christi adduxerit, qui per populos ante nominatos intelligi debent, quos propterea coniungit, ut in dicet Messiae salutem & regnum non tantum in Sion et terreno Ierusalem futurum esse, sed in omnibus regionibus totius mundi, ad orientem, meridiem, occidentem & septentrionem. Nam supra memorati populi ad quatuor mundi partes siti erant: sicut Christus de uocatione gentium Lucæ xij. cap. uaticinatur: & uenient ab oriente & occidente & aquilone & austro, & accumbent in regno Dei.

ANNA.

Ex hac Prophetia intelligitur etiam Regem Sion Christū in morte manere non potuisse, cum tam plenam & extimam redemptionem allaturus esset, quæ per totum mundum dilataretur, & qui sic per eum redemptus esset, ut is apud ipsum in regno ipsius semper secure ageret.

VRBANVS.

Recte. ANNA. Sed quis sunt Moschim, qui e Sion uenturi erant? Certe unus duntaxat est Moschia uel saluator Iesus Christus. VRBANVS. Apostoli sic uocantur propter Euangeliū quod docebat. Moschim quid quod uerbum uitæ & salutis est. i. Corin. xv. per quod in Sion multos convertierunt & Christo lucrabantur. Sicut & Paulus Rom. xi. ait, se ad æmulationem prouocasse Iudeos ut aliquos ex ihs saluos faceret aut liberaret, hoc est, ad unicum salvatorem Iesum Christum adduceret. Hi Moschim seu redemptores iudicant montem Esau, quia spiritus sanctus reprehendit & arguit per ipforum prædicationem & doctrinam omnem impietatem antedictum nouissimum. Et die nouissimo in duodecim sedibus sedentes iudicabunt duodecim tribus Israhel.

ANNA.

Quid postea fiet post prædicationem Euangeliū in toto mundo?

VRBANVS.

Omnia mundi regna una cum mundo concident, omnes dominationes finem habebunt. At Rex Sion in Sion talem redemptionem & auxilium erexit quod in perpetuum duraret. Mundus itaq; cum pompa & strepitu

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVNEVNT.

Imperijque ac monarchij suis finem habebit, omniaque terrena regna cessabunt. Sed nostri Regis Iesu Christi regnum manebit, et is solus tu regnabit, nec regnum eius finem habebit. Alio regna periodos & praestitutae tempora durationis suae habent, quae cum adsum collabuntur. Regnum Assyriæ & Babylonicum durabat aliquot annos. Hinc monarchia deuenit ad Persas & Medos. Hos superabat & subigebat Alexander. Alexandri regnum subdebant sibi Romani. Hi postremam in mundo Monarchiam habent. Habebit & hec finem suum. Nam incipit subinde labascere ac minuitur. Horum autem omnium monarchia nulla tanta fuit ut toti mundo imperiatassent. Sed nostri regis (qui rex gloriæ est) regnum in perpetuum stabilitate & super omnia potentissime imperitabit. Id quod & Thargum hoc loco indicat. Sic enim habet Chaldaicus textus. Et regnum Domini aperitur aut exaltabitur super omnes habitatores orbis terræ.

Tam gloria & augusta futura est domus Iacob. Sed quid opus mulieris? Angelus Gabriel germanam huius Prophetiae sententiam indicat, ubi benedictæ uirgini Mariæ hunc nostrum Regem & regnum paucis verbis describit, dicens Lucæ i. Magnus & filius alius uocabitur, dabitque eum Dominus sedem regiam David patris sui, regnabitque in æternum super domum Iacob & regni eius non erit finis.

Hic habes quid Abdias uelit Epilogo suo, uidelicet, quod multi reges in terris regnauerint, regnaq; alia ad alia trāslierint, mutuisq; laniensis ac cedibus se se considerint & uastarint, sed cum uera salus & redēptio in Sion cooperit post Babyloniam captiuitatem, tum perpetuum & firmum regnum erigendum, quod in nullius alterius manus deuenire possit, id regnum est, domus Iacob, congregatio uerorum Israhelitarum, ex Iudeis & gentibus, quæ domus aut regnum erit & manebit Messiae in æternum.

ANNA.

Quid habet Ionas Propheta de Christo?

VRBANVS.

Primum indicat prædicatione sua quod gloria futura sit latitudo regni Christi, & q; Iudæi & gentes in Christo salutem consequuntur, ac ipsa Christus rex & saluator totius mundi futurus sit. Mittit enim cum Deo ipsa ciuitatem gentilem Niniuē, metropolin regni Assyriæ, nec prædicti ipsi circumcisio nec alios Iudaicos cultus, sed ut peccatorū poenitentiā agat.

Hic habes quod qui peccata confiterit & poenitentiā agit, & ad gratiarū Dei in Christo promissam confugit, is iustus & saluus fiat citra legis operas, & q; Deus, Rom. iij, Iudæorū & gentium Deus sit, q; ex gentibus etiā Israelitas facturus sit qui cū populo suo oēs pmissiōes in Christo accipiāt.

Secundo, Ionas figura est mortis & resurrectionis Christi. Nam longe i. habes quod Deus præparauerit piscem grandem ut Ionā deglutiaret. Erat Ionas in uentre pisces in mari tres dies & totidem noctes. Hec prælig

tificas

nificatio seu figura fuit, Christum moritum, tres dies in sepulchro man
surum, & tertio die resurrectum, ut hæc figura ab ipso Christo ueritate
ipsa explicatur Matt. xij. ubi ait: Generatio prava & adultera signū querit,
& signum non dabitur illi, nisi signum Iona Prophete. Quemadmodum
enī fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus, ac tribus noctibus, sic erit filius
hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus.

ANNA.

Habet ne Micheas plura de Christo quam eam Prophetiam quam an-
te ex cap. v. explanasti?

VRBANVS.

Habet & quidem multo plura, que longum esset explicare. Statim post
uaticinium illud præclarum de Domino Israhel Christo, quod egrediū
rus esset e Bethleem, ait: Propterea dabit eos usq; ad tempus quo parturieſ
pariet, & residui fratres eius reuertentur ad filios Israel. Et stabit & poscet
in fortitudine Domini, & in magnificencia nominis Domini Dei sui, &
conuerteruntur, quia nunc magnificabitur usq; ad fines terræ.

Hoceſt. Dux & dominator Israhelis non nunc ueniet, sed Iudæi prop-
ter Idololatriam suam grauiter ante punientur & affligeruntur. Septuaginta
enī annos ante in Babylonica captiuitate sedebunt, ac tum demum in pa-
triam redibunt, & tempus illud salutis Domini sui Israhelis expectabunt.
Aequantumuis magna sit plaga captiuitas & afflictio, attamen promissio
nem suam seruabit Deus, & promissum Messiam Moschel in Israel tem-
pore suo mittet. Tum demum uera felicitas ueniet, tum omnia optime et
prosperime cedent, tum demum Israhelitæ uere congregabuntur, ut & tē
poribus IES V Christi accidit, qui est pastor ille bonus & pseudopastores
Phariseos & scribas Iudæos reiecit, suasque oves solus pauit magna Dei
virtute. Docuit enim & per spiritum sanctum corda etiam conuerta illumini-
nauit, spiritus malos eiecit, mortuos ad uitam reuocauit, & in mandato pa-
tris sui coelestis signa & miracula stupenda edidit, ut oves sub illo nō am-
plius a lupis uorari ac perdi possint, sed sub ipsius protectione & in pascu-
is ipsius tutæ sedeant. Isq; MOSCHEL seu dominator aut princeps Is-
rahelis magnificabitur & glorificabitur illo tempore noui testamenti, per
totum mundum. Hoc impletum est cum Christus per passionem in glo-
riam suam ingressus est, qui tertio die resurrexit & ad dexteram Dei con-
cedit, ut omnis potestas tam in celo quā in terra illi traderetur Matt. xvij.,
cum ipsum spiritus sanctus per Euangeliū in toto mundo declararet, &
coru eius, hoc est, spirituale regnum eius, uti ex psalmo lxxxix. audisti,
in nomine Dei exaltaretur & multiplicaretur Iudæis & gentibus, & quo
tidie etiamnū auget, etiā Satana eiusq; spōsa Mūdo inuitis et fremētibus.
Et paulo post uaticinatur Micheas quomodo Christifideles uel regnū

A a ij

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Christianis
qualis popu-
lus.

Vnde uidemus spirituale regnū esse, cum in mūdo inter multas gentes sit ut ros a Domino & gutta in gramine. Est enim mirificus populus, popu-
lus Christifidelium. Sunt in terris, sed regnum tamē terrenum non sunt.
Doctrina eorum, sacrosanctum Euangeliū, e cœlo uenita Deo spiritu san-
cto. Sunt & ipsi cœlitus per aquā & spūm regenerati, uita q̄ eorū constat
fide, uiuunt in Christo, & mirabiliter sub cruce conseruantur. Et quantū
uis imbecilles corā mundo uideantur, inuicti sunt tñ & semper per fidē in
Christū uincunt, perrumpuntq̄ per mundū, p̄ctā, mortē & Satane uincu-
la & laqueos, sed hæc oīa fiunt spiritualiter & mirabiliter modo mūdi oculi
lis plane abscondito. Fit em̄ in uerbo & spiritu sed multo glorioius & ma-
gnificentius q̄ quisquā uel cogitare possit. Vaticinij uerba sic sonant. Et e-
runt reliquie Iacob in medio populū multorū, sicut ros a Dño, sicut filii
læ super herbam, quæ nō expectant hoīem, nec confidunt in filios hoīum.
Erunt, inquā, reliquiæ Iacob inter gētes, & in medio populū multorū,
quasi leo inter animalia sylvestria, & quasi catulus leonis inter greges ou-
rum: qui cū transierit, discerpserit & rapuerit, non est qui eripiat. Eleuabit
manus tua super hostes tuos, & oīs inimici tui extirpabuntur. Hic uides
potentiā Euangeliū & Christifidelium. Qui in Christū credebant eumq; ex-
pectabant, erant uerē illæ reliquiæ uel residui de Iacob. Hi fiduciam suam
locabant non in hoīem sed in Deū, certocq; credebant q̄ ipsos iuxta promi-
sionē esset ex omni calamitate liberatus, quamvis eo tempore captiuū affli-
ctiæ essent in medio capitaliū & grauissimorū hostiū. At Deus habitat a-
pud suos, is, Exodi xxij, promisit Christifidelibus, se hostē hostiū ipsorum
futurū, uindictamq; & poenā sumpturū de ijs q̄ Christifideles affligerē.
Ideoq; hic reliquijs Iacob & regno Christi, hoc est, toti Ecclesiæ, quæ in
hoc mundo etiā inter hostes habitat, certissima uictoria promittitur. Atq;
ita magnanimi, fortes & audaces redduntur Christifideles per promissio-
nem Dei in Christo, & per fidem in Christum, ut leo in saltu qui nulla ani-
mantia expauescit omnibusq; robore præstat.

Et cap. iiij. describit fere sicut Esa. cap. ii. regnum Christi magnifice, di-
cens inter alia sic. In die illa dicit Dns, colligā claudicantē, & electā cōgre-
gabo, atq; eā quā ego affixi. Et ponā claudicantē in reliquias, & elongatā
in gentē robustā, regnabitq; Dns sup eos in monte Zion, amodo & usq;
in seculum. Hoc est tempus noui Testamenti, & Christifideles hic per
claudicantes, electos & afflictos significant, sicut & Esa. lxi, & ubiq; hoc
elogio insigniunt, ppter Crucē quā in mūdo ferunt, ut ita regi suo Chri-
sto cōformes reddant. Intelliges itaq; per cludos, reiectos & afflictos eos
qui spiritu pauperes sunt, qui in conscientia angunt, qui extrūsecus a mu-
ndo persecutionē patiunt, & intrinsecus perterfacti disruecantur cogniti-
one peccatorū suorū, mortis metu, & terrore iræ diuinæ. Hisunt paupe-
res quibus hic Euangeliū prædicatur, q̄ optimum & benignissimum &
clemen-

Vlementissimum Regem habeant, qui ipsos propter imbecillitatem atq; infirmitatem ipsorum nolit rejicare, sed subuenire & eorum morbo mederi. Et quamvis in mundo imbecilles, destituti, exules, abiecti atq; contempti simi sint, atramen populum gloriosum ex ihs faciet, qui in perpetua gloria tutus sub ipso in regno cœlorum uicturus sit.

Hic iterum habes regnum Christi esse spirituale. Sunt enim Christifideles in mundo infirmi et despicabiles, sed per Crucem ad summam gloriæ am prouehuntur: nam cum totus mundus cum gloria & potentia sua col- lapsum fuerit, tum demum in regno æterno Christi, summa gloria & hono re coronabuntur. Atq; ita Prophetæ respiciunt in illam æternitatem & sa- lutem in regno Christi nobis paratam.

In capitib; septimi calce mirifice & supra modum prædicat et extollit im- mensas & inæstimabiles diuitias misericordiæ diuinæ quæ nobis in Chri- sto promissa est. Eg; promissiones factæ sunt Abrahæ Isaac et Iacob, ex quo rum patriarcharum stirpe Christus rex gratiæ iuxta humanitatem suā na- cī debebat, Prophetiæ uerba hæc sunt. Quis Deus est similis tibi? qui re- mittis iniquitatem, & dissimulas peccatum propter reliquias hæreditatis suæ? non roborauit in æternum iram suam, sed complacitum est illi in pietate. Reuertetur & miserebitur nostri, calcabit iniquitates nostras, & prohicies in profundum maris omnia peccata eorum, dabis ueritatem Iacob & pieta- tem Abraham, quæ iurasti patribus nostris a diebus antiquis.

Hæc fuit ualde necessaria consolatio omnibus conscientijs affictis illo ipso tempore captiuitatis Babylonicae ne in desperationem prolapsi dubi- tarent de Dei clementia, quasi Deus populum suum in totum abiecturus, omnesq; gratiæ suæ in Messia promissiones reuocaturus esset, propter pec- cata populi. Quasi diceret. Age in captiuitate abducemur. Verū Dei hoc iustum iudicium & uoluntas hæc eius est. Nos probe & prolixe commer- dum nobis est. Siquidem gratia eius in Christo abyssus est & mare inex- haustum, in quo omnia peccata nostra absorberi possunt. Erexit De- us æternum foedus gratiæ cum patribus nostris Abraham Isaac & Iacob, ut in semine ipsorum Messia omnes gentes in terris benedicant, hoc est, remissionem peccatorum accipiant, a morte & sempiterna damnatione li- berentur, ueraque innocentia & uita perenni donentur. Hæc promissio non fallebit nos. Quandoquidem DEVS ut magis etiam nos confirma- tec in fide, & ut minus dubitare possemus & certo nobis omnia illa eu- tura polliceri, iusiurandum fidele & sanctum iuravit, se nobis propter Messiam subuenturum & gratia sua adfuturum, atque ex omnibus ca- lamitatibus erexiturum. Hæc gratia & ueritas reuocari non potest, sed quam certum est DEVM esse, tam certum est & nos eius gratiæ

DE CONC. CHRL. AD DISC. EMAVM EVNT.

compones futuros, si promissioni eius crediderimus.

Quapropter bono animo simus, quae Deus patribus nostris promisit, id peccata nostra non impudent nec irritum efficiunt. Christum promisit, ergo certum est quod eum sit missurus ut nos liberet. Et haec fuit ipsa Iacobis, hoc est, omnium Christifidelium semper ab initio usque. Hoc sicut dem uerum est Euangelium, quod Messias per suam mortem et sanguinem profusum confirmavit, uidelicet, quod Dei filius homo fieri debebat natus ex semine Abrahæ, ut benedictionem cœlestē daret, hoc est, iusticiā uitam & salutem, ut a peccatis liberi & a morte per ipsum redempti ad æternam uitam resuscitaremur, & in æternum cum ipso in regno gloriæ regnem. Haec est summa summarum, omnium Prophetiarum de Christo & eterno eius regno, sicut Deus eas post Babyloniam captiuitatem & extremam hebdomaden annuam Danielis impleuit, mundoque uerum regē & liberatorem Iesum Christum misit.

ANNA.

Quid Nahum consolator de Christo habet? Evidem non enim eius non temere Nahum est.

VRBANVS.

Consentit cum Esaia cap. lij. de Euangelio, dicens. Ecce super montes pedes annunciantis & prædicantis pacem: festivas duc o Iehuda solennitates tuas, & redde uota tua, quoniam non adjicet ut te ultra pertranscat impius tyrannus qui in uniuersum deletus est.

Vt facilius intelligas quid Nahum hic uaticinetur, primum obserua quod hic Propheta uaticinetur contra Monarchiam aut regnum Assyriorum & maxime contra urbem maximam Assyriæ Niniviam, quam ante aliquot tempora Propheta Ionas conuerterat. Haec erant itaque consolacioni illis, quod hostes Iuda uidelicet rex Assyriæ Sanherib & regnum eius, destrui & uastari debebant, qui tamen ante superbissime & ferocissime insultauerant Hierosolymis, ac uidebantur sibi, se Iudaicum populum devoratueros, sicuti Esa. cap. xxvi. dicit consolaturque Ierusalem & regem Hiskiam cap. xxvij, & ex Dei mandato ait. Et adjicet id quod saluatum fuerit de domo Iehuda, quodque residuum manserit, (mittere) radicem deorum: & faciet fructum sursum. Quoniam de Ierusalem egredientur reliquæ & sauvatio de monte Zion: Zelus Domini exercitum faciet istud. Propterea sic dicit Dominus de rege Asur: non ingredietur urbem istam, nec proieciet illuc sagittam: non preoccupabit eam clypeo munitus, nec fundet contra eam aggerem, per iter quo uenit reuertetur, et in ciuitatem istam non ueniet dicit Dominus. Ego protegam ciuitatem istam ut saluem eam, propter me et propter Dauid seruum meū. Egressus uero angelus Dominus per cussit in castris Assyriorum centum & octoginta quinque millia, & (residui) mane consurgentem, ecce omnes erant mortui & in cadavera redacti. Pro

Summa pro
phetiarum,

Prosciscens p̄ ab̄it, & reuersus est Sanherib rex Assur, & habitauit in Ninive. Et factum est, cum adoraret in templo Nisroch Deum suum, Adrammelech & Saræzer filii eius percusserunt eum gladio, euaserunt p̄ interram Armeniæ, & regnauit Esarhaddon filius eius pro eo.

Habes nunc historiam. Nota itaq; & hoc quod Nahum cōsoletur populum Dei in uaticinio suo, ut bono sint animo nec desperent. Quanquā enim rex Assur Ierusalem obfessurus & afflicturus sit, nihil tamen periculose. Deum enim ipsis adfuturum, ipsosq; lāetum nuncium audituros, q; hostis urbem nō occupaturus, sed quod misere periturns sit, ut festa sua iterum celebrare ac lāetari in alma pace possint. Id quod & impletum est uti audisti modo ex Esaia.

Sed scies hanc temporalem liberationem qua terrenum Ierusalem liberata est, figuram duntaxat fuisse uerę & æternæ liberationis quam in Christo habemus, qui est angelus magni consilij Esa. ix. missus ut hostes spiritu Hierusalem, hoc est, Ecclesiæ Catholicæ prostratos perderet, & nostrum Sanherib spiritum illum malum, uerum illum Belial, cum infernali suo exercitu aboleret & nos ab illo liberarer: Id quod & fecit, eosque per se ipsum uicit Col. ii.

Hoc lāetum & optatum nunciū de deuicto hoste Satana, & de uera liberatione credentium adferunt nobis Euangelistæ & præcones noui Testamenti. Hi denunciant perpetuam & æternam pacem ac salutē per Christum in omnibus Ecclesijs. Estq; hic sensus huius uaticinij de Christo & Ecclesia, quod in Domino lāetari debeat, propter liberationem sui, quod Satanæ obsidione & tyrannide, a peccatis, morte & inferis liberata est: O Iudah o Ecclesia Christifidelium quæ Deum cognoscis, cōsideris, eiq; credis. Tuus Sanherib Satan cum membris suis, mundo non resipescet, qui te tam dura obsidione cingit, tecq; tam grauiter angustiat ac premit, ut lāeta esse non possis, is nunc per Christum uincitur. Bono itaq; animo esto. Audies lētum nuncium quod nihil periculi sit futurum nec quicquā malum accidere possit. Deus ipse te defendet & liberabit. Veram pacem & gaudium accipies. Quapropter iterū celebrato tua festa & lāeticiae dies, celebrato passchatum in panibus fermento carentibus, hoc est, sinceritate & ueritate. Gaudeto in Domino semper, & iubilato: quoniam Belial satan per crucem Christi deuictus est, nō est quod ab eo posthac metuas, nō poterit te iniuria ulla afficere, totus enim prostratus sub pedibus iacet. Fortis ille Heros Christus in atrium eius ingressus eum uicit, eique arma detraxit Lucæ. xi. & ex eo triumphauit, eamque uictoriā tibi donauit. Proinde merito lāeticiae festa celebrabis in sacrificijs laudis & gratiarum actionis, pro tantis beneficijs tibi per CHRISTVM præstitis. Hæc profecto uberrima & insignis consolatio est, quod Euangeliū de æternā liberatione in Iudah, hoc est, in Ecclesia, & pax, gaudium & securitas

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM SYNT.

in Christo per fidem mansura sint. Quippe Satan prostratus & vicius est, hoc est, omnis potestas contra Ecclesiam credentium ei adempta est, peccatum per sanguinem Christi ablutum est, mors iugulata, atque ita isti Belial omnis actio contra nos propter peccata in totum adempta est. Sequitur igitur nos iustos & saluos futuros cum Christo in æternum. Hac sane grauissima & omnium longe maxima causa est spiritualia lætie festa laudibus & gratiarum actionibus pro tanta liberatione citra intermissionem celebrandi.

ANNA.

Prophetæ utuntur uerbis non multis, sed paucis maximis & grauissimas res complectuntur. Sed nunc audiam quid Habacuc uaticinetur.

VRBANVS.

Habacuc significat amplexatorem qui cor uel pectus alicuius amplexione contingit, uti mater filiolum eiulantem amplectitur & exosculet, quia miserum & moestum populū ex animo consolatus est, ne desperarent propter captiuitatem Babyloniam, ac si propterea Dei populus a Deo prorsus repudiatus & Dei promissio de uero liberatore Christo ex familia Davidis nascituro irrita esset, amanterque populum amplectitur, nulliparcet operæ nec diligentiae, ut Iudeos in fide de futuro Messia constantes faciat, in hanc sententiam: ut maxime propter peccata in exilium extrudantur & Ierusalem deuastetur, omnes tamen promissiones dei in Prophetis de unicō nostro seruatore nihilosecū implendas, ac Babylonicum Tyrannum puniendum. Verba eius in cap. ij. hęc sunt. Super custodiam meā stabo, statuamque me in munitione, et speculabor ut uideā, quid loquatur in me, & quid respondeam contra correptionem mihi (obiectam) Respondit autem mihi Dominus, & ait Scribe uisionem, & explica eā in tabulis, ut percurret qui legerit eam. Quia est adhuc uisio ad certum tempus, quæ disserit (de his quæ) ad finem sunt & non mentietur: Si moram fecerit, experietur illam, quoniam ueniens ueniet & non tardabit. Ecce anima illius qui in semetipso non est rectus, putat se satis munitam esse, cum interim iustus in sua fide uiuat. Hęc uerba iussus est Ahabacuc inscribere tabulæ ut ab omnibus legi & intelligi possent, populoque in foro aut in templo publicitus ob oculos ponere, ut id scriptum quisque facile etiam prætereundo conspectum legeret. Sic autem id scriptum intelliges.

Visio significat Prophetiam. Prophetæ uocantur Videntes, *i. Reg. ix.* eo quod oculis spiritus eminus uideant mysteria Euangelij de Christo. Est igitur hęc uerborū sententia. Scribe hanc uisionē in tabulā, hoc est, inscribe tabulę confirmationē omnium prophetarū in Christo, ut Iudei pusillanimis & ad desperationem uergentes uideant quid de impletione omnium uaticiniorum sentire & statuere debeant quæ de Christo & regno eius fuerunt.

Nunc demum tabulæ inscribantur uerba in hanc sententiam. Prophetae de Messia, & sempiterno eius regno, de uera liberatione, per Messiam parta,

parta, & quicquid præterea Prophetæ de Christo & operibus eius ministratioꝝ scripserunt ratum manet, impleriꝝ oportet, ut maxime nunc capiamur & terra deuastetur. Quæ Deus promittit bona fide prestat, nec ullus tyranus nec Satan impedire id potest. Impletur eo tempore quod Deus ad id prædestinavit. Capiemini tædio temporis longioris, multæꝝ tries cogitationes oborietur in animis uestris, ac pene desperabitis illius aduentum, tam diu procrastinatum, nimirum usq; ad tempus finitæ captiuitatis uestræ, sed non dubitabitis ob id de Dei verbo sed expectabitis. Ceterum em̄ & ratū est quod promisit. Certe de Dei uerbo dubitari nō debet.

Quod si uero quis contentionis studio Prophetæ de Christo credere non sustinuerit, is animæ suæ maximam & irrecuperabilē iacturam ipse adserit. Nihilosecius promissio Dei implebitur siue id credat cōtentiosus minus, sed non fruetur ea propter incredulitatem suam. In fide totus rei caro uertitur, In fide omnia sita sunt. Qui credit promissioni, is eam accipit. Qui eum honorem defert Deo, ut eum ueracem & misericordem iudicet & credat, illum uicissim Deus honorās iustum reputat, ac pronunciat, cōdonat illi peccata, omniumq; honorum suorum in Christo illum participem facit. Iustus enim ex fide sua uiuit, hoc est, Si quis iustus esse corā deo uiuere uoleat, necesse est ut promissionibus Dei fidem habeat. Hic uides quæ uia sit ad iusticiam & salutem perueniendi, uidelicet, si iustus fieri & uiuere cupis, quod credendum tū sit Euangelio de Christo, Ea fide accipi iusticiam, uitam, & salutem. Nullum aliud medium, nulla alia uia est qua ad iusticiam & salutem peruenias.

Hanc insignem & memorabilem sententiam, Paulus citat ut magni pōderis & grauissimum iusticiæ fidei testimoniu in epistola ad Rom. & Galatas & Heb. de Euangelio Christi, quod non secus quam fide apprehendi & retineri potest.

Ideoꝝ obiurgat Christus Cleopham & comitem ipsius quod Prophetij de Messia nō crederent, atq; ob id tristes & anxij essent. Sic & Abacuc facit. Magna parhesia ac libertate denunciat Iudæis quod capiendi sint, sed nihilosecius tamen promissum Messiam uenturū, et ipsos uere libera turum, iuxta uaticinia Prophetarum. Qui itaq; eius liberationis participes esse uellent eos diuine promissioni de Christo, de passione, resurrectiōne & ascensione eius in coelos, fidem habere oportere. Qui non creditūt, eos meritorum Christi nō fruituros, sed in peccatis suis captiuos mansuros & æterna morte morituros.

ANN.

Quid Zephania & quando uaticinatus est de Christo & regno eius?
VRBANVS.
Temporibus xix. Regis in Iuda, Iosiae pīj principis uaticinatus est. Hic Tertio capite sic ait, Propterea expectate me, dicit DOMINVS ad

DE CONC. CHRI. AD DISC. EM AVM EVNT;

diem illum quo ego consurgam ad prædam: hoc enim est decretum meum, ut colligam gentes & congregem regna, & effundam super ea indig nationem meam, & cunctum furorem iræ meæ: quia in igne zeli mei deuorabitur uniuersa terra. Tunc enim conuertam ad populos labium purum, ut ipsi omnes inuocet in nomine Domini, & seruiant ei humero uno. Ultra fluvia Aethiopæ erunt, me exorantes, filia dispersorum meorum, adducentq; mihi munus. In die illa non confunderis ab omnibus studijs tuis, quibus peccasti in me: quia tunc auferam de medio tui eos, qui in te exultant de superbia, & non adiicies ut ultra te eleues in monte sancto meo. Et residuum faciam in medio tui populum pauperem & tenuem, sperabut que in nomine Domini. Reliquæ Israël non facient inirium quid, neq; loquentur mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa, sed ipsi pascentur & accubabunt, & non erit qui exterreat. Canta filia Zion, iubilate Israelitæ, gaude & lætare toto corde filia Ierusalem. Abstulit Dominus in medio tui iudicia contra te (data) exterminavit hostes tuos: rex Israël dominus in medio tui est, & non timebis amplius malum. In die illa dicetur ad Ierusalem, non timebis: & ad Zion, non laxabuntur manus tue. Dominus Deustuus in medio tui fortis est, ut saluet: ipse gaudebit super te in cantico, merore afflitos ob tempus (prolixum) congregauit (ad te) quia fuerunt exte, qui propter eam sustinuerunt opprobrium. Ecce ego reproto omnes qui te afflixerunt in tempore illo, & saluabo, claudam & colligam expullam, ponamque eos in laudem & in nomen, in omni terra confusionis eorum. In tempore illo adducam uos, et eodem tempore congregabo uos: quia ponam uos in nomen & in laudem, in omnibus populis terræ, cum conuertero captiuitatem uestram in oculis uestris, dicit Dominus.

*Præcipuum
in prophetis
promissiones
de Christo*

Zephania predicit populo pœnam quam peccatis suis promeruerant quod Ierusalem & Iuda deuastanda & populus e terra abducendus esset. Verum cum Prophetæ ministri Iesu Christi sint, missi propter uerum Iesse, solent post minas & denunciationem meriti supplicij semper eleemosuニア & uberrime consolari promissionibus de Christo, uerolle, beratore, & regno ipsius æterno, ut prij in captiuitate non desperarent: quia Deus in æternum irasci, & auxilium in Messia promissum reuocare uellet, cum, inquam, præcipuum in prophetis sint promissiones de Christo, quæ uerum & ipsissimum Euangelium sunt, ergo semper etiam Christum annunciant. Ita & Zephania in fine, consolatur Iudeos ne in captiuitate Babylonica desponderent animos & de uerbo Dei ambigerent, uaticinaturq; quod Deus ipsos potentissime sit iterū congregaturus, Christum susurus, eiusq; regnum per totum mundum propagaturus, populumq; suum in summi honoris fastigium prouecturus.

Est autem sensus huius Prophetiae hic. Captiuos uos fieri oportet uelitis nos litis

tis nolitis, sed non propterea desperabitis, tantum expectabitis. Siquidem auxilio meo, cum tempus uenerit, adero uobis nec destituam uos, exurgā que & potentiam meam toti mundo declarabo. Primum enim excitauit Regem Babyloniae ut late occuparet & uastaret misere omnia. Sed uicis- sum a Persis et Medis fractus probeq; diuexatus ac uastatus est. Atq; ita lu- dæi Dei populus per ea bella in mundum longe lateq; sparsum sunt. Eoc; mi- rabiliter nominis diuini gloria dilatata est, ut omnes uel palparent ne dicā intelligerent Deum Hebræorum uerum & unicum Deum esse, donec tē- pus ipsum gratiæ adueniret in quo pater per filium Christum in Euange- lio ubiq; uere agnitus & glorificatus est.

Blanda labia sunt prædicatores Euangelij qui meram in Christo gratiā Blanda labia
prædicant & nobis ueram in Messia liberationem offerunt & donant, per quos fides Christi in corda hominum uenit, ut spiritum sanctum accipiāt Gal. iij, ac proinde Christum publicitus ac palam ut unicum saluatorem et liberatorem confiteantur & inuocent, idq; faciunt unanimiter. Vnam em̄ & eandem doctrinam, unum spiritum, unam fidem, & eandem spem ha- bēt. Credūt in cordibus suis quod Deus Christum a mortuis resuscitarit, & confitentur ore suo quod Deus hunc Iesum fecerit Dominum omnium, & in Christum unixerit. Per hanc fidem iustificantur & saluantur. Vaticinatur præterea de magnitudine & latitudine regni Christi, me- minitque terræ illius uastissimæ Aethiopiæ, ultra Nilum fluuium illum clarum & maximum sitæ, quod ea ad fidem Christi quoq; adducenda, & adoratores habitura sit, qui Deum per Christum unicum propiciatoriū inuocaturi sint, & Deo nostro per Euangeliū ut munus adducendi sint in Zion, templum spirituale. Act. viij. legimus Aethiopem eunuchum Cadaces reginę Aethiopum uenisse Hierosolymam ut ibi uerum Deum adoraret.

Eo ipso tempore, C nempe Christi, cum Euangeliū per totum mun- dum prædicabitur, Non amplius confunderis aut erubesces Ierusalem. Si quidem peccata tua per Euangeliū etiam tum condonabuntur, & spiri- tum sanctum Messiæ opulente accipies, ut in posterum non sis te conspur- catura tam uarijs Idololatrijs, quam ante.

Magniloqui seu superbi sunt inflati ac uana sanctitatis persuasione tur- gli Pharisæi cum complicibus suis, eiusq; farinæ homines, qui fidebant personali suæ sanctitati, operibus legis, sacrificijs, circumcisioni, iejunij, & templo, eaq; præsumptione propriam iusticiam ex operibus erexerunt, iustinuerunt, quam Deus ipse nobis in iusticiam donauit, uidelicet Chri- stum Iesum, qui solus nec alius ullus impletio legis est in iusticiam omni- bus in ipsum credētibus Rom. x. Hos fastuosos ac turgidos iusticiarios in operibus proprijs iusticiam cōstituentes, nec ex mera Dei gratia salutem

DE CONC. CHR I. AD DISC. EM AVM EVNT.

expectantes, DEVS a uero Ierusalem abstulit, ut Christifideles iam sciāt istos homines esse seductores & ab ipsis sibi caueant.

Christianis
quales in hoc
mundo.

Nun c porro audi quomodo regnum Christi non terrenum sed spiritu ale sit. Christifideles enim in terris non turgent magnificentia ac pom pis mundanæ uanitatis, nec magni sunt a mundo, qui tamen coram Deo maximi & in summo sunt honore. Vocat Christifideles populum misericordum & egenum. Non est tanta eorum multitudo quanta impiorum, & plerūq; in terris a mundo contemnuntur & abiiciuntur, sed apud DEUM in maximo honore & precio sunt. Per fidem enim Christi, filii & hæredes Dei sunt, quorum nomina in coelis scripta sunt. Nondum tenuus adest quo gloria eorum manifestetur. Nunc usque ad diem nouissimum, tempus Crucis est, ut Christifideles Domino suo Christo per afflictiones & crucem ac persecutionem conformes fiant, sed die nouissimo regnum Christi in sua gloria manifestabitur. Interim uerbo Dei contendunt & Deo fidunt, qui ipsis ueram & æternam uitam, mera & uera & æterna bona promisit. Vocat autem Christifideles, ut & alij Prophetæ, reliquias. Minima enim pars hominum ad Christum uenit, sicut & ipse dicit. Multi uocati sed pauci electi. Ac uocat eos in Luca gregem parvum in quo Deo tam beneplacitum est, ut ipsis regnum suum dare uult.

Quod autem dicit electas illas reliquias nihil malis molitus, dictum est de Christifidelium pietate, innocentia integritate & simplicitate, quod integri ac simplices sint. Veram enim fidem habent, quæ per charitatem efficax est: Et quanquam non omnibus numeris perfecti sint, nec legem absolute præstent multaque imbecillitate laborent, ut quotidie orandum illis sit, Pater qui es in coelis dimitte nobis debita nostra. Atq; ideo habet etiam per fidem semper remissionem peccatorum. Per fidem enim sunt in regno gratiæ Christi in quo perpetua peccatorum remissio est, perpetuum ad poenitentiam & omnem pietatem exercitium, & reliquæ peccatorum in carne non imputantur credentibus ad condemnationem propter Christum regem illum gratiæ in quem credunt et quem indesinenter inuocant. Sequitur igitur reliquias Israhelis uel Christifideles secure & tuto habituras. Quippe regnum Christi regnum est ueræ securitatis ac pacis, dancet Christum Dominum suum per fidem cordibus apprehenderunt, qui satananam & mundum uicit, quiq; suis & potest & uult in omnibus calamitatibus & periculis præsenti auxilio adesse. Quid igitur metuerent? An non in eo habent uerum pastorem, consolatorem, saluatorem, & liberatorem omnemq; affluentiam omnium bonorum?

Nunc hortatur Zionem, hoc est, Christifideles ad ueram laeticiam per agendam quæ e corde prodit, ac ualde consolatore uaticinatur de salute Christifidelium, quam in Christo habet. Dominus enim Zion, hoc est, Christus aufert a Christianis poenam & auertit hostes ipsorum. Quod

terrenum Ierusalem liberat, hostesq; eius auertit, id figura erat. Quod autem spirituale Ierusalem Christifideles liberat & poenam quam peccatis commisericuerat ab ihs aufert, ac ipse pro peccatis satisfacit, & mundum, mortem & Satanā uincit, eosque hostes a nobis auertit, hæc uera est liberatio & auxilium. Quo maxime & precipue Sophonias et alij Prophetæ respexerūt. Quid potest annunciarī magis consolatorium, quam quod Deus ipse, rex Israhelis sit, & apud nos præsto adsit? Deus enim homo factus est & habitat inter nos. Nos sumus tabernaculum eius, possessio eius, populus eius dilectus. Et ipse semper & in perpetuum erit nobiscum. Non est itaque quod ullum malum aut periculum metuamus. Quis potest lædere eos qui Deum patrem apud se habent ut Dominum & patrem, qui deum filium habent ut regem, reconciliatorem, liberationem et uitam suam, qui Deum spiritum sanctum apud se habent ut consolatorem suum & arrabonem coelestis hæreditatis. Vsurpat enim Propheta magnum illud nomine Ichoua, hoc est, Deus ipse.

An non gloriosum & augustum regnum Christi est? An non hæc longe maxima & indicibilia atq; infinita bona sunt? quæ nobis fidelis Deus noster in Christo per Prophetas promisit. Quid potest is amplius ac maius optare, qui Dominum Deum patrem filium & spiritum sanctum uniuersum illud & summum bonum apud se habet ut ab eo defendatur?

Hinc nunc deinceps Sophonias dicit. Eo tempore, hoc est, in die salutis, cum Christus uenerit, tum Ierusalem, Ecclesiæ lætum adferetur numerum, sicuti Angelus Lucæ ij. ad pastores ait. **NOLI TIMERE NON DISSOLVANTVR MANVS TVÆ**, hoc est, noli despetare, noli defatigari in fide de auxilio diuino. Omnia adhuc optime carent & melius habebunt res uestræ, quam uel optare uel sperare possitis. Quandoquidem Deus ipse unicus & fortis ille saluator in medio tui est. Et ut ab illo omnem felicitatem & auxilium expectes, scito te illi tam charum esse, ut in te lætetur, ueluti indulgens pater de filio tenerrime dilecto, cum eum fouet & curat.

Propheta læticiam Dei qua propter Ecclesiam Christifidelium afficitur non satis prædicare potest, dicens deinceps: Ipse saluabit, gaudebit super te in læticia, hoc est, fidem & paternam uoluntatem suam erga te universam effundet, ut mundus tandem cogatur, uidere ac palpare, sed in primis filij DEI intelligere, quod te DEVIS effictum amet, sicuti Paulus Tit. iiij. scribit.

Ac promittit libertatem Christianam, quod nugas, hoc est, humana mendacia & traditiones sit ablaturus. Sicut & Pharisei legem perperam docebant, humanis que doctrinis adulterabant, uidelicet quod ideo lex prestanda esset, ut ex operibus Legis remissio peccatorum acciperetur & iustitia compararetur, nec ex mera gratia.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EM AVM EVNT.

Ac promittit Ecclesiæ iudeum auxilium per quod hostes eius sint profligati, sed ipsam manuoram. Quapropter ut maxime hæretici mentantur & fallant, tyranni iugulent & interficiant, pseudochristiani deferrant & tradant, Satan immaniter sœuiat, tamen Ecclesiam, regnum Christi, tandem superaturam, hostesq; Christi & postremum hostem Christi & Christianorum, uidelicet mortem abolendum. Ecclesia enim, ut ait Sophonias, fortem saluatorem habet, qui potenter saluare & liberare potest. Et sicuti Mattheus ait, petram cui in ædificata est, contra quam eram portæ inferorum non prævalent. Et quanquam Christifideles, miseri, afflitti & calamitosi homines sint, claudicantes & electi, extrinsecus persecuti bus expoliti, intrinsecus terroribus mortis & inferni concussi & excarnificati, aderit tamen et subueniet illis Messias eosque in summos honores euerget, inque regnum suum congregabit, sicuti Luce xi, ad coenam claudos & mutilos inuitat.

An non hæc magna gloria & honor inæstimabilis, q; de Iudeis promulgatur, ab ijs salutem proficiisci, et de Ecclesia, quod sit ciuitas Dei, quæ Deus ipse fundarit & ædificari, nec aliud esse uerum gaudium, pacem, securitatem, iusticiam, fortitudinem, diuitias, honores, uitam & salutem quam in Ecclesia Catholica. In illo tempore, gratiae & Messiae adducamus nos, hoc est, undique uos ex impijs conuocabo per Euangelium ad regnum Christi, & dispersos Dei filios congregabo, & ueris honoribus afficiam cum captiuitatem uestram conuertero.

Hæc non loquitur Homo sed Deus ipse (cuius uoluntatem et consilia nemo impedire aut remorari potest) Dicit autem se congregaturum suos in regnum Christi & uere eos honoraturum. Nam ut summa ignomina & extreum dedecus est peccatorem & Satanæ captiuum esse, ita contra summa gloria & dignitas est, a peccato & captiuitate Satanæ liberari & per Euangelium Dei filium fieri. Quis hanc gloriam uerbis aut cogitationibus assequi potest, quod adoptionem filiorum ex gratia accipimus, uscum Christo in æternum uiuamus & regnemus?

ANNA.

Habet ne & Aggeus promissiones de Christo:

VRBANVS.

Habet. Nam post captiuitatem Babyloniam uaticinatur, diligenter ugens populum ut templum reedificant, quo cultus Dei restauretur. Nam hoc alterum templū maximus honor manebat, eo quod uerus Dominus Israhelis ipse personaliter in id ueturus erat, uti & Malachias scribit. Hinc et Christum promittit quod tempus aduentus eius appropinquet, dicens.

SIC DIXIT DOMINVS exercituum: ADHVC VNVM MODICVM EST, & ego COMMOVEBO COELVM & terRAM, MARE & ARIDAM. ET COMMOVEBO OMNES gen

GENTES, VENIENT QVE CV ME O QVOD DESIDERABILE est CVNCTIS GENTIBVS: & IMPLEBO DOMVM ISTAM GLORIA , DICIT DOMINVS EXERCITVVM. MAIOR ERIT GLORIA DOMVS ISTIVS POSTERIORIS QVAM PRIORIS, DICIT DOMINVS EXERCITU: & in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum.

Hec Prophetia uaticinatur de priore aduentu Messiae in hunc mundum, quod ipse Hierosolymam in templum uenturus esset, quodcunq; in coelo & terra magna mutatio futura esset. Misit enim DEVS Angelum consilij magni filium suum in carnem ut omnia summatim instauraret per Christum quae in coelis sunt & quae in terra per eundem. Iudaismum abrogari, Iudeos descendere, & gentes Dei populum fieri, breuiter maximas res terrenas oportebat, de quibus & angeli in æternum mirantur. Ac dicit Christus spem esse omnium gentium. Omnes enim homines peccatores nascuntur, & nunquam non peccant. At qui peccat, is opus Diaboli facit, et est Saranae & mortis . Ex quo regno peccati mortis & damnationis nemo liberari & redimi potest aliter quam per Messiam qui solus a Deo missus est, ut opera Diaboli aboleat & regnum eius uastet, scilicet peccatum & mortem, utque ueram uitam adferat. Ac proinde totius mundi spes est, & nullum solatum, auxilium, remissio peccatorum, iusticia, pax, securitas, gaudium, uita & salus est alibi quam in Christo .

Ideoque omnes electi a principio semper anxie & maximo desiderio, Christum expectarunt, cum misero mundo alias nemo subuenire, eumque ex æterna miseria & calamitate liberare & in sempiterna gaudia perdure potuerit & debuerit quam solus Iesus Christus. Cum CHRISTVS ueniret in Mundum in ultima hebdomade Danielis , tum ueniebat uera pax, unicus reconciliator & mediator, qui æternum foedus pacis, inter nos & Deum ferit & stabiluit. Propheta autem repetit uocem hanc, (Dominus Zebaoth) quinquies, ut pusillanimes & ad desperationem proclives Iudæi non defatigarentur & coepit opus ad finem perducerent, & fuisse uenturum Messiam expectarent, cum hanc promissionem omni potens Deus, qui ueritas ipsa est, tam serio & tam sæpe fecisset. Atq; ita habemus consolationem omnium gentium, omnium peccatorum , & in templo , hoc est, in Ecclesia CHRISTI ueram pacem CHRISTVM, qui ipsa nostra pax est, sicuti ad Ephesios cap. ij. Paulus ait.

Cum etiam CHRISTVS omnium gentium solatum sit, sequitur quod in eum credere & sperare debeant, quodque regnum eius inter Iudæos & gentes in toto mundo futurum sit. Ergo certe ab ipso sperabunt & accipient remissionem peccatorum , iusticiam, reconciliationem cum

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Deo, ueram pacem, securitatem, æternum gaudium, uitam & salutem. Si quidem si peccata manerent apud gentes, maneret & mors, Sathanæque Tyrannis & regnum, nec illum solatium aut spes ibi esse posset. Verum cum CHRISTVS spes eorum & solatium sit, nec uitium aut frustrum solatium (DEVS enim ipse hic loquitur) certe summa tristitia, calamitas & miseria, auferetur a gentibus, id quod nihil aliud est quam peccatum, mala conscientia, mors & perpetua damnatio. Igitur omnino eos a morte resurgere necesse est, & una cum Abraham, Isaac et Jacob, in regno Dei perpetuo uiuere.

Scis ex epistola Divi Petri, Prophetas respicere in salutem animarum, ideoque hoc maxime agunt, ut ueram consolationem prædicent, cum de CHRISTO uaticinantur, qui nos e peccatis ad iusticiam & innocentiam, & e morte ad uitam æternam perducat, id quod facit circa contouersiam. Adhæc promeruit nobis etiam consolatorem illum spiritum sanctum, per quem nos sub Cruce consolatur, & sustentat, donec ex hac calamitate & misera uita euocati, accipiamus promissam gloriam, quam hic etiam in terris certo, sed in fide & spe possidemus.

ANNA.

Semper Zachariam prædicasti esse Prophetam plenum præstantissimis consolationibus. Eum igitur nunc audiamus, quomodo nos condonibus suis de Christo consoletur.

VRBANVS.

Est profecto refertus insignibus consolationibus id quod etiam ipsis temporibus necesse erat, quia uaticinatus est cum Iudæi e Babylone redirent & ciuitas cum templo reædificanda esset, eo tempore populus rimidus adhuc, & pusillanimis erat, ac metuebant se non posset tuto esse ab hostibus. Ibí consolatur eos & depingit ipsis CHRISTVM oculos blandum & amabilem, ut bono essent animo. Propediem enim CHRISTVM uenturum, & suis auxilium laturum, regnumque per totum mundum dilataratum. Ideoque Iuda & Hierusalem necesse erat reædificari, ut uerum regem suum susciperent. Et quidem Capite secundo in hunc modum propheta loquitur:

HABIT AB VNT HIEROSOLYMITANI IN VILLIS
MVLTITUDINEM HOMINVM ET IVMENTORVM,
QVI SVNT IN MEDIO BIVS. ET EGO PRO EI, DICIT
DOMINVS, MVRVS IGNEVS PER CIRCVITVM,
Eroq;

DIALOGVS VRBAN. RHEG.
EROQVE GLORIA IN MEDIO EIVS.

148

Hic uaticinatur de spirituali Hierusalem , uidelicet Ecclesia Christi. Quippe corporale Hierusalem suum habuit spacium & muros, sed Spirituale Ierusalem tam latum & capax futurum est, ut nullis moenibus includi possit, quam latus est mundus. Regnum enim CHRISTI est, quod subinde sine intermissione, usque ad diem nouissimum augetur, & fit (sicut DEVS Abrahæ promisit) semen uerorum Abrahamitarum , sicut arena ad littus maris , stellæ in cœlo , & promissa benedictio , inter omnes gentes ueniet, in uastissimum hunc mundum, ut Christus ubiqꝫ uerus Dominus & Deus esse cognoscatur & colatur .

Per iumenta intellige imbecilles , & in fide ac intelligentia scriptura / Per iumenta
rum rudes . Hiper robustiores & firma fide præditos ducuntur & pascuntur qui intelligentia
Christi pascuntur .

Sed mirificus ille murus est, qui totus igneus est. Profecto Ecclesia CHRISTI hoc loco tantum ac tam excellenter consolatoriam promissionem diuini auxilij habet, quam uix alio loco in scripturis possis reperire.

DEVS IPSE ERIT IN CIRCVITV ECCLESIAE CHRISTI MVRVS IGNEVS.

Vides eū hic de Spirituali ciuitate loqui, in qua Deus ipse futurus est, uigil, custos, murus, propugnator. Si itaque ad hunc modum DEVS nobis adfuerit, merito in DOMINO gaudere possimus, quandoquidem ubi DEVS ipse uigilat, defendit & propugnat nos, ibi tuti sumus a mundo & Satana, nec est quod eos metuamus. Quam gloriosum uero DEVS se in hoc Spiritu Hierusalem exhibuerit, satis declarat, sumone benedicta humiliatio CHRISTI IES V, quod homo fieri dignatus est, uerus filius DEI, & missio Spiritus sancti, qui in Ecclesia CHRISTI est, uerus doctor salutiferæ ueritatis, per quam Ecclesia Christi apud ueritatem retinetur, & in ueritate confirmatur, ut DEO contra Sathan adhæreat, cum alias totus mundus, erroribus occæcatus, mendacij differtus, se misere seducat. Sathan, mundus & hæretici, non celi, non dormiunt, sed summo studio in hoc sunt, huc manibus pedibus que contendunt, ut Ecclesiam CHRISTI uastent. Attamen quantumvis imbecillis sit secundum carnem, consistit nihilominus & uictoria potitur contra omnes hostes suos. Tantam suam gloriam Deus in spirituali ciuitate sua Ecclesia declarat.

DE CONC. CHR L AD DISC. EM AVM EVNT:

In sequentibus uestibis dicit, quid defensionis & solatij nos in Christi regno habituri simus, inquiens.

QVI VOS TETIGERIT, TANGET PUPILLAM Oculi mei.

Quomodo, quæso, amaritus & suauius etiam indulgentissimus pater cum suo filio loquereatur? Si Deus tanta cura & diligentia nos respicit, quanta pupillæ oculorum defendi, & custodiri solet, tum nihil iniuriæ nobis in regno Christi inferri potest, nec est quod periculum ullum metuamus.

Paulo post consolatur Zacharias Christianos qui hic Crucem ferunt, & propter imbecilitatem carnis formidant & anxii sunt, sicut illo tempore Iudei erant, dicens: LAUDA & EXVLTA FILIA ZION, QVIA ECCE EGO VENIO, & HABITABO IN MEDIO TVI, DICIT DOMINVS. ET ADIVNGENTVR GENTES MVLTAE AD DOMINVM IN DIEILLA, ERVNT QVB Mihi in POPVLVM, & HABITABO IN MEDIO TVI, scilicet QVE QVOD DOMINVS EXERCITVVM misit ME AD TE. ET ACCIPET DOMINVS IEHVDAM IN HÆRETE. ET ATEM & PARTEM SVAM, IN TERRA SANCTA, SC Dicit ITERVM IERUSALEM. Si LEAT OMNIS CARO ELIGET ITERVM IERUSALEM. CONSPeCTU DOMINI, QVONIAM EXCITatus EST DE habitaculo sanctitatis suæ.

Hoc est, o Sion quantumvis hic in terris affligaris, bono rameri animo esto, mansura siquidem es, ipse enim ego uenio & habito apud te. Annō hoc impletum est cum Deus homo fieret, & adhuc quotidie, ubi Dei orbum suscipitur, ibi habitat Deus, & est uerus Sion, sicuti Christus dicit Ioan: xiiiij. qui me diligit, uerba mea seruat, & pater meus eum diligit & u niemus ad illum, & mansionem apud illum faciemus. Hoc certe spiritus regnum est, in quo Deus habitat apud nos per Euangelium & fidem, quam in nobis Spiritus Sanctus operatur, sicuti Paulus ait Ephesio . iij. quod Christus per fidem in nobis habitet. Et Esaias lxvi. explicat quæ sit habitatio Dei, uidelicet, fidelia, humilia & timore Dei imbuta corda, nec terrena templâ.

Docet etiam Zacharias quod regnum Christi latum ac vastum futurum sit, quod & gentes futuræ sint Christifideles, atque ita per fidem in Christum populus etiam Dei futuræ sint. Hæc omnia quotidie implentur, ut experiamur esse uerissima quæ prædicta sunt, & sunt profecta maxima miracula, sed nemo serio & diligenter, (ut quidem debebamus, si uere Christiani perhiberi uellemus) ea expedire.

Sed quomodo Iuda erit hæreditas Dei, & Ierusalem iterum eligetur?

nim irum cum Deus interstitium maceriae inter Iudeos & gentes demonstratus fuerit, & unum populum per Euangelium e duobus fecerit, tum demum uerum illud Iuda, hoc est, congregatio confitentium Deum, haereditas DEI, & unum Ierusalem, una electa ciuitas, sed non in Canaan tantum, uerum in toto mundo fiet. Proinde sequitur Parenthesis & adhortatio ad totum mundum ubi dicit: SILEat omnis caro. Hinc discimus quod modo hic loquatur de spirituali Iuda & Ierusalem, id quod ad totum mundum pertinet, alioqui iuberet Iudeos tantum silere, si Iudei tantum regnum seu haereditas eius futuri essent. Sensus itaque hic est: DEVS habitabit apud Iudeos & gentes per totum mundum in omnibus locis. Quapropter sileat totus mundus, quisque tantum patiatur DEVUM in se operari, regnare, & potentiam suam exercere, is sapientissime & optimo faciet omnia, nemo apud se ipsum sapiat aut iusticiam suam ostentet, ne alia est cum DEV S uenit & regnat apud homines, cum DEV S uenit, tunc sileat omnis caro & agnoscat se peccatricem atque damnatam, tum Deus eam liberabit: quomodo enim peccata aut calamitatis aliquid haereret ibi ubi Deus ipse rex & dominator est?

Capite tertio AVDI NVNC IEHOSVA SACERDOS MAGNE, TV & SOCI TVI QVI SEDENT ANTE TE, QVIA VIRI PORTENTI SVNT: QVONIAM ECCE ego ADDUCO SERVVM MBVM ZEMAH. QVIA ECCE la PIS, QVEM POSVI ANTE IEHOSVAM, SVPER LAPI DEM VNVM SEPTEM SVNT OCVLI: ECCE EGO A PERIO SCVLPTVRAM EIVS, DICIT DOMINVS EXERCITVVM, & AMOVEbo INIQVITATEM TERRÆ ILLI VS IN DIE VNA. IN DIEILLA DICIT DOMINVS ex ER CIVVM, VOCABIT QVISQVE PROXIMVM SVB TER VITEM & SVBTER FICVM.

In hac Prophecia clare meminit Christi & passionis regisque eius. Primum loquitur Deus cum sacerdote magno Iehoshua qui typus Christi erat, ideoque idem etiam nomen gestat & Iehoshua, siue Iesus (ueluti LXX interpretes hic eum in sua uersione habet) vocetur. Quod cum Sacerdote magno & amicis ipsius tantum loquitur, hoc ipso docet nos, promissiones earum promissionum participes fieri, non aliam ob causam, quam quod in CHRISTVM non credant: promissio enim illa tantum CHRISTI si delium est, qui cum Iehoshua eandem fidem & spiritum habent. Et uocat eos mera miracula seu uiros portendentes. Siquidem nihil mirabilius ueritatem in terris est, quam oīa in terris relinquere, & Christū crucifixū sequi, &

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

ab ea solo remissionem peccatorū & uitam æternā expectare potest. Hoc mirum mūdo est , quod Christifideles mūdum cum omnibus bonis, & hac etiam temporali uita tam nihili facere & contemnere possunt propter Christum, qui & ipse mundi strepitum ac fastum gloriamq; nihil moratus est , & in totum reiecit . Hinc & Christiani in mundo iudicantur stulti. Vide quælo quomodo Cleophas et comes eius principio in Christo offendantur , quamuis essent discipuli . Proinde non temere ait Paulus Christum esse offendiculum Iudæis & stulticiam gentibus i. Cor. i.

Nuncporro promittit DEVS SERVVM SVVM CHRISTUM. Christus sæpe in scripturis seruus DEI appellatur , propter ministerium suum, quod in terris gessit, uidelicet, quod docuit ipse, quod passus est pro peccatoribus, & patri in exequendo mandato ipsius obediens fuit, usq; in mortem, mortem autem Crucis . De quo opere & ministerio propter nos obito, omnes alij serui Dei sunt quidem uaticinati, sed nullus eorū id ministerium aut debuit aut potuit subire & exequi.

Sed uocat Christum Zemah , hoc est, germen , quod ut frons & fratre progerminat ac quotidie altius fit . Hoc nomine CHRISTVS etiam alibi insignitur, ut Ieremiæ xxxij . Esaiæ iiiij . Nam sicut germen subinde crescit, donec naturalem longitudinem & magnitudinem assequatur, ita & CHRISTVS subinde crescit & augetur per Euangelium in cordibus hominum, cum quo longius & latius, eo clarus prædicatur & cognoscitur . Regnum CHRISTI quotidie fit latius & maius, & crescit usque ad diem nouissimum ut omnes electi nascantur, uocentur & iustificantur.

A N N A.

Possunt ne etiam persuaderi Iudæi hūc textum de Christo uaticinari?

VRBANVS.

Sic & Jonathan in Chaldaico hanc Prophetiam interpretatus est , & per seruum hunc Zemah , Christum intellexit. Sic enim habet illius translatio hoc loco : Ecce adduco seruum meum Messiah & manifestabim

ANNA.

Sed quid sunt septem illi oculi in lapide uno?

VRBANVS.

Propheta ante multa de corporali templo & structura dixerat. Vnde cum illa omnia typi tantum essent CHRISTI , & regni eius, hinc Prophetæ subinde miscent Prophetias de spirituali Prophetia uiui temporali Ecclesiæ.

Lapis est Christus sicut & Esaias eum uocat, & Petrus. i. cap. ii. Ecce pono in Syon lapidē electum preciosum in summo ponendū angulo, & Matt. xxi. & psal. cxvij. Sed septē oculi significat cognitionē Christi, eo q; oculis fidei uidet & cognoscit, esse unicus iustificator, & saluator. Regnum Christi cōsistit in fide & cognitione Christi ut Prophete & Apostoli cōstat ter uno

Christus
seruus.

Christus
zemah.

per uno ore docent. Qui Christum cognoscit, is oculos habet egregie per splices, quia illuminatus est ut mysteria Dei uideat quæ mundo abscondita sunt, & super quibus angelis in celis gaudent. Multi autem audiunt auribus tantum Euangelium sed non cognoscunt & uident Christum oculis cordis, uerum illi tantum cognoscunt eum qui ei credunt, ideoq; nō sunt in lapide aures, sed meri oculi ei inaedificantur.

Qui itaq; per spiritum sanctum Euangelium corde apprehenderunt ut in Christum credant & imperuestigabiles diuitias gratiæ eius cognoscant, Septem oculi & alios etiam instituant & adducant, hi sunt septem illi oculi. Certe Apo- qui.
stoli acres & acuti oculi fuerunt, & omnes ij, etiam num, qui Christum re-
discunt cognoscere. Vbi igitur Christus per Euangelium nondum
oculi duxerat in lapide sunt. Soli Christifideles uident & sciunt omnia, quid Deus, Christus, Spiritus, Vita, iusticia, peccatum, infernus, an-
gelus, Diabolus, mundus, præsens & futura uita sit, de quibus omnes hu-
ius seculi sapientes minus sciunt quam cæcus de coloribus.

Quod autem ait se excisum eum lapidem, id de passione Christi di-
ctum est, quia per passionem & crucem suam quasi politus & coelatus est,
ut esset angularis lapis Ecclesiae, & ad gloriam suam quasi formatus & po-
litus est, sicut lapis politur & apparatur ad structuram, sicut & ipse duo-
discipulis dicit, nonne hec Christum oportuit pati & in gloriam suam
introire? & Heb. ij. ait Paulus, Christum per afflictiones perfectum reddi-
tum ut esset princeps salutis nostræ. Instrumenta ad hanc excisionem fue-
runt ij, qui Christum martyrio affecerunt, ut miles ille, qui Christo san-
ctum latus suum perfodit, & alijs, Ioan. xix.

Et hic lapis cum afflictionibus suis est firmum fundamentum noui isti-
us spiritualis templi cui structura tuto innititur. Omnes Christifideles
hunc petram inaedificati sunt habentq; ex passione Christi omnem suam iu-
niciam, robur & uitam.

Et ipse nunc deinceps clare indicat, quid lapidis excisio seu expolitio au-
tum Christi, utilitatibus mundo adferat, dicens. In die una auferentur ini-
quitates terræ. Quasi diceret, in Leuitico sacerdotio multæ fuerunt sa-
crificia pro peccato, sed ea sacrificia sanguine suo nullum peccatum uere ab-
luere potuerunt. Figuræ tantum erant Messiam significantes. Is potest &
debet solus sua excisione & morte, una die, uidelicet die paralœues, tale sa-
crificium pro peccatis totius mundi usq; in æternum.

Hinc & resurrectionem intelligis. Nam si excidi, hoc est, si uita spo-
liari, atq; ita omne peccatum auferre, ac proinde mortem ipsam abolere de-
bet, necesse est ut & ipse resurgat & nos in die nouissimo resuscitet.

Et cum ueritas ipsa, hoc est, Messias nō longe post Babylonicā captiuū

DE CONC. CHRL AD DISC. EM AVM EVNT.

tatem uenturus esset, ut uerum & sufficientissimum sacerdotium & regnum
adornaret: ideo typicum illud sacerdotium Iudeorum & terrenum regnum
tum finem suum habebant, ut semel ueniret uerum & perpetuum regnum
Christi, in quo semper est remissio peccatorum propter sacrificium & re-
conciliationem quæ uno die peracta sunt.

Cum uero peccatum expiatum est, propter quod inter Deū & nos per
petua inimicitia excitata erat, cum ira Dei sedata est, & nos Deo nostro re-
conciliati sumus per mortem Messiæ, tum habemus ueram pacem & se-
curitatem in regno Christi, ne hostes nostros peccatum mortem & Sata-
nam metuamus: Christus siquidem ipse eos nobis deuicit. Id uult Prophe-
tam uerbis sequentibus. In die illa (scilicet Messiæ) uocabit uir amicum sub
ter uineam. His similitudinibus & picturatis uerbis loqui de spirituali pa-
ce Dei in Ecclesia. Et cap. vi. Ecce uir cuius nomen est Zemah, de loco
suo germinabit & ædificabit templum Domini. Ipse, inquam, ædificabit
templum Domini, & ipse portabit magnificentiam, sedebit & dominab-
tur super solium suum, eritq; sacerdos super solium suum, & cōsilium pa-
cis erit inter duo illa.

In hac Prophetia promittitur Christus cum duobus regnis suis, uideli-
cet, cum Regno & Sacerdotio. Prophetæ enim cogebatur duas coronas
capiti Sacerdotis magni imponere, quo significatum est, Messiam futurū
uerum Regem & Sacerdotem in Israhel. Et hæc duo regna, Sacerdotium
& regia potestas, in una persona Christi conuenire oportebit. Soli enim
Sacerdoti magno imposuit coronam, qui illo ipso tempore regnabat. At
mundanæ potestati Zerubabel eam non imposuit. Vocab autem ierum
Messiam Zemah, indicans & causam eius nomen claturæ. Hic enim rex et
Sacerdos in suo regno summa felicitate & fortuna utetur, ut omnia succe-
dant ex uoto & sententia prosperrime. Et Esa. liij. cap. ait uoluntate Do-
mini per manum Messiæ dirigi seu feliciter procedere. Sicut elegans frōs
aut germe principio quidem tenerum & exiguum est, sed subinde altius
atq; altius exurgens excrescit, donec arbor procera, amena et exirvia inde-
fiat, quæ rāmis latissimis luxurians & ambitiosa omnium oculos oblecta-
& ob umbram gratissima sit. Sic & Christus, quantumvis principio pa-
uus & ignotus fuerit, cum nomine eius in terra Israhel duntaxat adiuven-
tum, & apud maximam partem contemptum esset, tam tamen poterit pro-
germinauit & in ea sublimitate excrevit & propagatus est, ut rāmis & frō-
dibus suis totum mundum impleat, sicut & Esa. cap. ix. ait. Ut confirmet il-
lud & corroboret &c. Et Daniel scribit de lapide qui a mōte sine manibus
auellitur, qui tamen magnus fit mons replens totum mundū. Hic Zemah
nullis locis alligatur ubi regiam suam habeat, sicuti David Hierosoly-
mum & spiritum sanctum. Satan cum suo Mundo hoc germe conatur
in ip-

*Corona due
capiti sa-
cerdotis im-
posita.*

in ipsa herba enecare, amputare, euellere, & ne crescat impedire, sed quo magis impedit, eo magis gramen hoc crescit, & ædificat DOMINI templum, hoc est, Ecclesiam Christi preciosis & uiuis lapidibus, de quibus Petrus i. Cap. ii. Sed lōge maius templum est quam istud quod per Iehoschua & Zerubabel Hierosolymis ædificabatur, quod nullus Nebuchadnezer, nec Antiochus, nec Titus in cēdio uastare potest. Est templum spirituale Dei per Euangelium in toto mundo ædificatum, & per ipsum spiritum sanctum consecratum. Hoc templum contra omnes portas infernales in æternum consistet. Sacerdos est æternus, & templum eius æternū esse necesse est. Et hic Sacerdos uera ornamēta habet, Laudem & Decus, quæ per Aarōnis ornamenta significabantur. Et regnat in solio suo, & duobus pariter regnis potitur, uidelicet sempiterno Sacerdotio, & semper regno. Ac nota quod dicit, super solio suo, Quo significat hunc Sacerdotem uerum Sacerdotem & Regem esse, aliosq; typicos sacerdotes & Reges, tantum seruos suisse seu feudatarios, eosq; hoc ministerio suo huic vero regi & Sacerdoti seruissse. At Christus, germen Dauidis, est uerus Rex & Sacerdos, uerus & naturalis Dominus solij illius & regni æterni. Solus in hoc solio regnabit. Hoc æternum solium illius solius est & in æternum manebit. Nec unquam posthac inter duo haec regna, uidelicet spirituale Sacerdotium & regnum, ullum erit dissidium & contentio, ut aliquando ante fuit inter externum Sacerdotium & terrenum regnum. Duæ enim hæ potestates deuerguntur in unam personam, quæ simul ut Sacerdos potest coram patre in celis pro nobis intercedere, & in terris hic ut rex omnipotens gubernare & defendere. Hanc interpretationem confirmat Ionathan Chaldaeus, qui hunc textum Zachariæ in Chaldaeo sic redidit. Ecce uirum, cuius nomen est Moschiah qui uenturus est, ut manifestetur, inclarescat & illustretur. Et ille ipse templum Domini edificabit. Non intelliges templum materiale. Nam sicut Sacerdos spiritualis est, sic & spirituale templum Domino ædificat, in quo ipse solus & sacerdotalē & regiam functionem pariter obit.

Octavo cap. uaticinatur Zacharias quam amplum & gloriosum futurum sit regnum Christi in toto mundo, quod non tantum Iudei fructum ex Messia facturi sint, sed quod & gentes adhaerentiae sint Iudeis, & Christianum Dominum agnitorae & inuocatorae sint. Sic dixit Dominus exercituum: Adhuc (erit) ut ueniant populi & habitatores ciuitatum multarū. Eribut habitatores (urbis) unius ad aliam, dicentes: Eentes eamus, ut obsecremus faciem Domini, & inquiramus Dominum exercituum, uadam etiam ego. Et uenient populi multi & gentes robustæ, ut inquirant Dominum exercituum in Ierusalem, & precentur faciem Domini. Sic dixit Dominus exercituum: in diebus illis (erit) ut apprehendant decem uiri ex omnibus linguis gentium, apprehendant, inquam, simbriam uiri Iehudæ,

*Templū spī
rituale Dei,
Ecclesia.*

DE CONC. CHRI. AD DISC. EM AVM EVNT.

& dicant: Ibimus uobis, quia audiuimus Deum esse uobis. Quamuis haec Prophetia in terreno quoque Hierusalem post captivitatem Babyloniam impleta sit, ita ut ciuitas inclaresceret & alterum templum Augustius & magnificenter exaedificatum ubique decaretur, ut multimagni nominis uiri eo adoratur proficiscerentur, multique ex sparsis hinc in de Iudeis multas gentes ad fidem suam perducerent, & secum ad Deum cultum Hierosolymam adducerent. Multo tamen gloriosius id impletum est temporibus Apostolorum, cum uni Apostolo multae gentes adhaerent, ut Christum Dominum cognoscerent & in eum crederent, atque ita ad spirituale Ierusalem in Ecclesiam Christi uenirent, in uerum & uium illud templum ad colendum Deum uiuum.

Et xi. cap. uaticinatur Zacharias quomodo Christus xxx. argenteis uendendus esset, dicens. Et dixi ad eos: Si bonum est in oculis uestris, afterte mercedem meam: & si non, desistite: appenderuntque mercedem meam triginta argenteos. Et ait Dominus ad me: proijce eam ad figulum, magnificum precium quo appreuiatus sum ab eis, & tuli triginta argenteos, & proiecgi eos in domum Domini ante figulum.

Triginta argentei, precium quo Christus uenditus
Hæc Prophetia impleta est, Matt. xxvij. ubi Christus a prodiore Iuda uenditus est triginta argenteis, quibus Iudei agrum figuli emebant. Hic est ille Figulus cui hi xxx argentei dabantur. Iudas enim Iscarioth propiecit eos in templum, & dein portabantur ad figulum. Dicebant enim principes Sacerdotum. Non licet eos mittere in carbonam, quia precium sanguinis est. Consilio autem initio emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum.

Cap. xii. uaticinatur Propheta quomodo uerus Israel, regnum Christi, sub Cruce in hoc mundo futurum sit propter Euangelij professionem dicens: Onus uerbi Domini super Israel, dicit Dominus qui extendit cœlos & fundat terram, atque format spiritum hominis in medio eius. Ecce ego ponio Ierusalem calicem ebrietatis omnibus populis per circuitum, eritque super Iehudam in obsidione contra Ierusalem. Et erit in die illo, ponam Ierusalem lapidem onerosum omnibus populis, & omnes qui eum subleuare contendent, lacerabuntur: congregabunturque coram omnibus gentes terræ. In die illa dicit Dominus, percutiam omnem equum in stupore, & sessorem eius in amentia: & super domum Iehuda aperiām oculos, & omnem equum populorum percutiam cæcitate. Et dicent duces Iehuda in corde suo: robur est mihi & habitatoribus Ierusalē, in Domino exercituum iur Deo suo. In die illa ponam duces Iehuda quasi focum ignis inter ligna, & quasi lampadem ignis inter manipulum, & deuorabunt ad dextram & ad sinistram omnes populos per circuitum, manebitque Ierusalem adhuc in loco suo, in Ierusalem. Et saluabit Dominus tabernacula Iehuda in principio: propterea non magnificabitur gloria domus David,

& gloria inhabitantis Ierusalem contra Iehudam. In die illa erit Dominus protectio circa habitatorem Ierusalem, eritque qui infirmus fuerit inter eos in die illa quasi Dauid, & domus Dauid erit quasi magnates, & quasi angeli Domini ante eos. Erit quoque in die illa, quæram delere omnes gentes uenientes contra Ierusalem. Et effundam super domum Dauid atque suos per habitatorem Ierusalem spiritum gratiæ & miserationum, & aspicient ad me quem transfixerunt: plangentque super eum quasi planctum (qui est) super unigenitum, & amari erunt super eum, quasi cum quis amarus est super primogenitum.

Hæc Prophetia est consolatio pro Apostolis & Christifidelibus, ne in persecutionibus desperantes fugerent & desisterent. Cap. xi. corpora Iesu Israhælem Iudeos non admodum grato sermone assatus est cum dicebat: Non pascam uos. Sed aliquibus tamen, hoc est, reliquis promittit quod uelit eos seruare, dicens: oves pauperes quæ me obseruabant, cognouerunt Domini uerbum esse.

Hæc reliquæ & afflictæ oves sunt nunc uerus Israhæl, quibus consolatoriae promissiones Dei ualent. Hi sunt qui in mundo uarijs & multis afflictionibus iactantur, nec tamen malis succumbunt nec opprimuntur, sed liberantur ex omnibus malis & sub Cruce etiam fortiores redduntur.

onus significat Prophetiam quæ graue aliquid & onerosum tristecque onus quid.
prædicit, ut est crux & persecutio pijs imminens, quæ carni imbecilli onera & pergrauis est. Et ut Propheta hic eo uiuidius & magis consoletur, mitit auditores ad primum articulum fidei Creationem, Deoque titulum in signem & augustum indit, ut pjs sub Cruce in fide roborati sic cogitent, Certe Deus nobiscum est, potentissimus ille in omni necessitate & periculo liberator, in cuius manu situs est totus orbis. Omnia ille creauit, regit, & souet. Nulla creatura quicquam in nos potest amplius quam cōditor ille omnipotens permiserit.

Ierusalem uocat crapularem calicem, significans Apostolos & primitiū Ecclesiam per Apostolos cōgregatam. Hi erant nullius respectus, ut hostes eorum Iudei & gentes putarent se minimo negotio tam exiguum numerum e medio sublatum, & uix eos futuros haustum unum quem sumerent ituri cubitum. Sed quid facit Deus? Exiguum illum gregem facit in calicem, qui titubare faciat persecutores istos. Cum putant se uno haustu totum ebibituros, tam insani & dementes fiunt, ut titubent, in quem morem ebriorum cadant. Hoc factum est cum Iudei & gentes contra Apostolos eorumque discipulosse opponentes sœuirent, ut tandem conciderent & perirent: quidam ad salutem, qui conuersi per Euangelium ex hostibus amici facti sunt: quidam uero ad perditionem sui propter iniuidiam & maliciam suam contrarios conceptam.

Statim hinc et Ierusalem lapidē oneris uel onustum uocat populis cun-

Cc. ii

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Etis. Ierusalem enim, hoc est, Apostoli & omnes Christifideles non super
primentur, sed persecutores eius cadent, quidam cum gratia ut & ipsi
Christifideles fiant, quidam cum indignatione, ut maneat obdurari &
sibi ipsi maximam perniciem adferant. Quippe ut maxime Christi Eccle-
siam affligant & uastent, & eam ueluti lapidem in utili libenter emendo
eijciant, non possunt tamen eum lapidem tollere, secundum ipsos dum tollere co-
nantur hunc lapidem, comminuant & perdunt.

Quod autem de Cruce loquatur, id sequentia uerba testantur. Omnes
gentes congregabuntur contra eam. Hoc & Christus praedixit discipulis
Ioan. xv. mundus uos odit. Si me persecuti sunt & uos persequentur. Et cap.
xvi. Quisquis interficit uos, uidebitur cultum praestare Deo. Plorabitis
& lamentabimini uos, mundus contra gaudebit. In mundo præssuram ha-
betis. Sed promittit se inde liberaturum eos dicens. Confidite ego uici mun-
dum. In me pacem habebitis, mceror uester uertetur in gaudium. Et Ioan.
x. nemo rapiet oves meas de manu mea, nec peribunt in aeternum. Pater
meus qui dedit mihi, maior omnibus est, & nemo potest rapere de manu
patris mei. Ego & pater unum sumus. Hoc promittit & hic Zacharias:
In die illa, dicit Dominus, percutiam omnem equum in stuporem: Hoc
est, omne robur & potentia quæ contra Ecclesiam Christi insurget, nihil
poterit, sed cōfundentur in ea. Semper sunt in armis, nihil non moliti sunt,
omnes suas uires in eam extenderunt sed frustaneo proflus conatu. Vbi
sunt nunq; hostes eius potentissimi & efferatissimi Nero Domicianus &c.
& gentes, qui tot pios persecuti sunt? Egregie impletum est quod hic Za-
charias dicit, & quotidie adhuc impletur. Sed uide quod Propheta scri-
berat regnum Christi quod sub Cruce iaceat in mundo, non igitur mun-
di regnum est, alioqui in mundo magnifieret, suumque fastum & strepitu,
diuitias, potentiam, haberet, secundum uis & armis hostibus opponeret, sed ani-
mus, arx, propugnaculum & munimentum eius est solus Deus uti sequitur.
Habebo oculos meos super Ierusalē. Id est, Apostolos & qui eos sequuntur
Christifideles ut pater oculis obseruabo, in omnibus necessitatibus eoru-
ader illis. Persecutores eorum excecatos dementabo, ut omnia illorum
consilia contra pios inita futura sint irrita. Mundus exeret omnem sua/
pientiam & potentiam contra miseram Ecclesiam Christi, sed non oppo-
nent se his Christifideles armis corporalibus, uerum Apostoli et doctores
in Cruce se & alios consolabuntur uerbo Dei aut promissionibus in Chri-
sto Iesu Dño nostro. Propter Christū em libenter & alacriter ferent Crux
cem, & contenti erunt eo quod cōsolator spiritus sanctus ipsos per uerbū
confirmat & consolatur. Et hæc consolatio principum Iudah, hoc est, præ-
dicatorum & doctorum erit efficax, ut, ueluti ignis, uerbo Dei sint arturi-
& in circuitu multos deuoraturi, multos persecutores & gentes conuersu-
ri et in regnum Christi perducturi. Et quamuis omnes gentes se Ierusa-
lem opponant, attamen spirituale illud Ierusalem, Ecclesia, manebit ibi,

ubi est, futurae est populosissima. Sed dicit in loco suo, ut significet se nō de corporali Ierusalem loqui, uerum de Ecclesia, quae habitabitur ibi ubi est, aut ubicunq; gentium fuerit eius locus in mundo.

ANN.

Cur discernit Zacharias in proximis uerbis inter Iudah & domū David et Ierusalem, cum unicus sit populus Dei, uidelicet Christifideles?

VRBANVS.

Significare uult in Ecclesia nullum discriminē nec respectum personā rum ualere, sed omnes Christifideles in CCHRISTO idem esse, sicut Paulus Gal. iij. docet. Ante habebat domus David prærogatiuam maximam: erat clarior & nobilior ciuibus Sionis. Erat enim stirps & trivus regia. Erant & ciues Hierosolymitani nobiliores alijs Iudeis, sed nūc aliter futurum est. Omnes nunc erunt similes. Vna enim spiritualis libertas seu redemptio erit, in qua nemo magis & arrogantius alio gloriari poterit sed in Domino tantū. Sequentibus uerbis de David promittit Deus Christifideles fortis futuros in Dño, de qua fortitudine loquitur Paulus Philip. iiiij. Omnia possum in Christo qui me corroborat. Oes p̄ij accipiūt per fidem spūm Christi & habēt Christū in cordibus suis per fidem. Quapropter ut maxime sub cruce laborent, & secundū carnē imbecilles sint, in Dño tñ fortissimi sunt. Vnā habēt fidem, unum spiritū, unum Dñm, ideoq; omne peccatū, mortē, & mundū uincēt, Id quod alioqui totus mundus cū omni sua potentia uiribus & sapientia non potest. Hanc uirtutē autem fortitudinē non habēt ex seipsis sed ex Deo. Ideoq; dicit Zacharias. In die illa (scilicet crucis) Dñs ipse proteget habitatores Ierusalē: oes pios uel in Christū credētes. Quocirca ut maxime ceciderit uel offenderit ex ijs alii quis, attamen erit quasi David. Is iuxta personā externā non erat prægrādi& uasta corporis mole præditus, sed Dei uirtus mirabiliter in eo erat, ut inuictata & uastissima corporis magnitudinē tremendū Goliath uinceret.

Cadere & offendī etiam sanctis in hac uita commune est. Sed hic habēt promissionē Dei, q̄ ppter lapsus statim nō sit eos reiecturus Deus. Quantumvis em̄ infirmi sint, in Dño tñ semper erunt uictoriosissimi Dauides. Certe mirificū robur & uirtus sit oportet, quod unicus homo pugnat contramundū, Satanam, peccatū & mortē, & sic pugnat ut potiatur uictoria. Hoc profecto Dauiditicum quiddam est.

Adhac hi fortis & domus David, erunt quasi domus dei, & sicut Angelus Dñi inter ipsos, hoc est, oes isti inuicti Christiani qualis David fuit qui in ea carnis imbecillitate tñ palmā obtinent, hi in Ecclesia uera domus Dei erunt, & sicut angeli Dñi, (intellige) in quibus Deus habitat, & qui alios deinde pietatem ueram docent, hi ad tātam prouehentur gloriam, ut præcipui & clarissimi nominis inter Christianos & ueluti angeli ac legati Christi futuri sint. Nūc deinceps promittit futurum ut hostes Christi

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAV M EVNT.

& Ecclesiæ in totū deleantur & pereant. Nam qui pios iniuria afficit, iste tangit pupillam oculi Dei. Hic iterum audis quale regnum Christus habet beatum, uidelicet quod semper etiam cogatur esse in excubijs et armis. Habet hostes potentissimos contrase. Necesse est itaque ut aliqua potentia eaque non vulgari prædictum sit, si tātos hostes uincere debet. At id nō sit corporali & carnali modo sed spiritualiter in fide, sicut uerba Prophetæ disterit significat. Tanta tñ est Iudeorū tā obstinata cæcitas, ut Prophetas loquuntur de terreno aliquo regno Christi hic in mundo, quod corporalibus armis & robore usurū & mundanū strepitum & gloriam sit habiturum.

*Pij patientia
secuti.*

Quāuis igitur pij tot hostibus infestentur, nihilo secius tamē extra periculum sunt, & permanebūt, sed p patientiā, ut oīa que inferuntur æquo animo & patienter ferant. Et exprimit Propheta arma illa spiritualia, quibus deus pios in regno Christi induit & munit. Effundā, inquit, super domū David spūm gratiæ & precū. Hoc est, dabo meis spūm sanctū ut eos illuminet uera cognitione Euāgelij, ut sciant me ipsis propiciū esse propter Christū, pecataq; condonē, atq; ideo serenā & pacatā conscientiā habeant. Sup hac, cū afflictionū procellæ ingrūt, carnē uehementer & grauiter urgētes, tu spūs sanctus eos uere docebit orare in nomine Iesu Christi. Et orat ipse p

Piorū arma.

pj inenarrabilibus gemitibus Rom. viij. Hec sunt arma quibus piorū Ecclesia uincit: cū crux adest & malū imminet statim cōfugiunt pij ad nomē Domini inuocantes illud, & accipiunt auxiliū in tempore oportuno. At nos Iudæi & Cataaptistæ, cū persecutiōes imminet, armis & ui carnali hostibus se opponunt, nihilo tamē secius Dei populū se gloriant. Hinc semper tamē misere & grauiter confunduntur. Nunc addit Propheta quid spiritū sanctū pij promeruerit, uidelicet qd id præstiterit passio & mors Christi. Aspicient me, dicit Dñs, quē isti confixerūt. Hic loquitur illa ipsa persona Dei, que hactenus in Propheta est locuta, cōfiteturq; se ipsam cōfigi, hoc est, Crucifigi & uulnerari. Et sequit ex hoc textu Christū uerū Deus & hominem esse quē oportuerit pati & mori propter nos. Sequit etiā hinc resurrectio Christi & om̄i Christifidelium. Ante em̄ pmiserat se daturū spūm suū pij, se hostes piorū deleturū, et pios defensurū ac cōseruaturū. Si itaq; oīs gētes & hostes merito supplicio afficere, et suos in perpetuum seruare debet, necesse est ut a morte resurgat, & suos resuscitat, eternūq; eos regat. Obsecrabis hinc etiā Deū & hoīem unā esse personā. dicit em̄. Mea p̄spicitur quē isti confixerunt. Cōfixio ista accidit Christo secundū humanā naturā, nō secundū diuinitatē per se. Diserte loqui de unica persona. Me, inquit, Nec distrahit diuinitatē ab humanitate. Nam is ipse æternus Dei filius est constitutus, sed secundū humanitatē nō secundū suā immēsam & infinitā diuinitatem, sicut & Paul.i. Corin. ij. ait: Iudæi Dominum gloriae, (hoc est, Dominum Zebaoth, psalmo xxv.) crucifixerunt. Ita Christus per Euangelium prædicat & aspicit quō crucifixus sit. Et die certe nouissimo uidebitur

bitur uera illius humanitas, in qua crucifixus & uulneratus est, & uestigia vulnerum etiam post resurrectionem in corpore seruavit.

Ad hæc Christum etiam luxerunt & planixerunt amici eius & Christi-fideles, sed proprie & præcipue lugetur a pijs, cum passionem & mortem Christi per fidem corde apprehendunt & expendunt, & Christi exemplū imitantur, cum quisq; fert Crucem suam & cum Christo patitur ut mortificet veterem hominem. Cap. xij. uaticinatur de fructibus passionis

Christi, de remissione omnium peccatorum, de spiritu sancto, de Baptis-mo in domo David, Ecclesia, futuro, dices. In die illa erit fons apertus do-mui David & habitatoribus Ierusalem, propter peccatum & immunditiā.

Hunc fontem Messias in regno suo manere faciet, de quo Ioan. vij. Si quis sit, ueniat ad me & bibat. Qui credit in me sicut dicit Scriptura, flu-mina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc autem dixit de spiritu, quæ ac-

Baptismus.

cepturi erant credentes in ipsum. Hic spiritus sanctus opulenter in nos ef-funditur in Baptismo in lauacro regenerationis Tit. iij. Et hic fons sanctus

in domo David semper patet omnibus hominibus ut ueniant & bibant. Ecclesia enim suscipit Iudgos & Gentes in regnum Christi per Baptismū,

qui abluit immundiciam & fordes originalis peccati, per quod tota natura hominis in prima nativitate ut ueneno infecta & conspurcata est. Aufert

etiam peccatum quod ipsi patramus, hoc est, omnia peccata in domo Da-vid in nouo Ierusalem in regno Christi in Baptismo condonantur. In ue-

teri testamento multæ erant lotiones & mundationes, sed ihs nemo a pecca-tis mundari poterat. At hic fons Noui Testamenti sine intermissione ex-

undat mera gratia, sanctificatus per preciosum sanguinem Iesu Christi. Hic submergit & mundat omnium peccatorum fordes & foeditates. Haec om-nia hinc proficiuntur, quod Christus est confixus & crucifixus. Sang-

uis & aqua profluxerunt e latere eius Ioan. xvi. absq; dubio ad ablutionē omnium peccatorum nostrorum.

Et paulo post uaticinatur iterum de passione Christi ueri pastoris di-cens. Excitetur gladius super pastorem meum, & super uirum meū pro-ximum, dicit Dominus exercituum: percute pastorem & dispergentur o-ties, & reducam manum meam super paruulos. Et erit in omni terra dicit Dominus, ut partes duæ in ea extirpentur & deficiant, & tertia residua ma-neat in ea. Et ducam tertiam (partem) in ignem, & conflabo eos sicut con-flatur argentum, probaboq; eos sicut probatur aurum: Ipse populus uoca-bit nomen meum, & ego exaudiām eum: dixi, populus meus est: & ipse di-ces, Dominus Deus meus. Hic gladius erat tum temporis potestas tene-brarum. Pilatus & obdurati Iudæi habebant gladium & potestatem tum in terra. Nihil tamen iniuriæ Christo facere potuissent, nisi Deus per-misisset & præordinasset, sicut ad Pilatum ait, quod eam potestatem e su-pernis haberet.

Christus quo
lugetur

DE CONC. CHR. I. AD DISC. EMAVM SVNT:

Pastor est Christus. Ques sunt Apostoli qui fugiebant cum Christus caperetur & pateretur. Christus ipse hoc uaticinium adducit Matt. xxvi.

Porro Deus uocat Christum, uirum cohærentē ipsi. Christus em̄ uerius & unicus pastor est in Ecclesia, & est etiam apud patrem in æternū, uti Ioan. air: Filius in sinu patris. Nota etiam regnum Christi in terris nullā habere speciem, sed offendiculum apparere, atq; ideo terrenū & mūdanum esse non posse. Ipse Pastor per mundanam potestatem percudit. Ques eius disperguntur & exterrentur. Et discipuli ipsi offendebantur in Christo, uti in Cleopha & comite eius audisti. Existimabant quod alios esset percussurus & Iudæos a Tyranno ide gentium liberaturus, nec dum sciebant in Messia spiritualem liberationem futuram a peccatis & morte.

Paruuli autem ad quos Christus se cōuertit sunt afflīti & miseri Christifideles a mundo contempti, sed eoram Deo filij charissimi.

ANNA.

Quid sunt tres illæ partes, quarum tertia duntaxat manet?

VRBANVS.

Tres mundi
partes.

Duae partes in terra sunt maxima illa multitudo impiorum, qui in Christo offenduntur, inter quos altera pars Crucem ferre una non sufficit, sed desciscit ad mundum eisq; mordicus adhærescit. Altera pars patitur sepe fallas doctrinas a uia ueritatis abduci ut in errore pereant. At tertia pars sunt uere p̄ij qui Euangelio firmiter adhærent, & sunt sicut aurum in igne temptationis & persecutionis probe purgatum & excoctum. Hi sunt iheriti Christiani, qui soli salutem consequuntur. Quia permanent in finem usque, nec se a Christo auocari & abstrahi patiuntur. Fides eorum in tribulatione probatur, per quam nomen Domini sine hypocriti in spiritu & in ueritate inuocant, semperq; glorificat, et exaudiuntur. Deus agnoscit eos pro filijs dilectissimis, & ipsi agnoscunt Deum patrem indulgentissimum. Cum itaq; Prophetæ tot ante temporibus uaticinati sint quod crux & offendiculum in Christo & populo eius essent futura, sed Christo & Ecclesiæ Christi non ob futura nec impeditura quo minus assequantur promissam gloriam, ergo duo illi discipuli offendi morte Christi nō debuissent.

Cap. xiiij. iterum uaticinatur de regno Christi q; dilatandū sit per totū mundum, dicens. Erit Dñs rex super oēm terrā. Et iterum Christus uerus Deus uocat. In die illa erit Dñs unus tantū & erit nōmē eius unus. Hoc de unitate Christianæ fidei dictum est. Ante multi dñ singebantur, sed tēporibus Messiae solus duntaxat uerus unus Deus in Christo inuocabitur. Et erit qui non ascēderint de familijs terræ ad Hierusalem, ut adorent Regem Dominum exercituum, non erit super eos imber. Hoc est, qui se non conferunt in Ecclesiam Christi, & cum omnibus Christifidelibus unanimiter Christum regem gloriæ agnatum adorant, isti erunt populus male dictus, super quem nulla pluuiia spiritualis benedictionis uētura est. Nam qui non sunt in Ecclesia Christi, ij nec uerbum Dei nec fidem, nec sp̄itu

Sanctum, nec remissionem peccatorum habent, pereuntque in peccatis suis, cum extra spirituale hoc Hierusalem nulla sit peccatorum remissio.

Ne quis autem putet Regnum Christi in omnibus terris, mundanum futurum esse, ideo dicit Zacharias quod in spirituali Hierusalem Ecclesiæ Christi festivitas tabernaculorum semper celebranda sit. Hæc est peregrinatio piorum quod in terris ut peregrini et hospites futuri sunt qui certam æternam patriam coelestem expectant: Sicuti Iudæi in tabernaculis non semper sed octo duntaxat dies manebant, hinc mox redeentes domum.

ANNA.

Quid Malachias de Christo & regno eius uaticinetur paucis per currente quandoquidem iam satis diu tibi molesta fui, & multū in explicandis prophetijs laboris exhausisti.

VRBANVS.

Primo capite uaticinatur de sancto & augusto regno Christi per totum mundum, q̄ futurum sit ut Christus ubiq̄ per totum orbem uerus Dominus & deus esse agnoscatur & diuino honore palam colatur, & omnes eum Deum esse confiteātur, quo significat quod in posterum regnum gratiae non tantum inter Iudæos sed in toto mundo inter gentes quoq̄ futurū sit. Vnde intelligitur terrenum Iudeorum regnum & typicum sacerdotiū temporibus Messiaē finem habere oportuisse, aliudq̄ regnum & sacerdotium in cipere oportuisse, quæ spiritualia sint. Proinde Cleophas & comes eius temporalē liberationē frustra exspectabant, quam Messias faceret. Uaticinatur enim Malachias, de spirituali regno & Sacerdotio dicens: oblationem mundā non acceptabo de manu uestra. Quoniam ab ortu solis & usq̄ ad occasum eius, magnum est nomen meum in gentibus, & in omnī loco incensum offertur nomini meo, atq̄ oblatio munda: quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum.

Hic ultimus Prophetarū Malachias, (quē Ionathā Chaldeus & Rabbi Aben Esra putant esse Esram) uaticinatur q̄ nomē Dei futurum sit magnum, hoc est, q̄ nomen Dei glorificandū & prædicandū sit in toto mundo. Hoc impletum est cum Euangeliū per totū orbē promulgatū in clares. cere fructumq̄ ferret. Per Euangeliū em̄ Messias orbi innotuit, & gratia Dei quā nobis in Christo promisit & obtulit, omni creaturæ palam denū data est. Olim Deus iuxta suū uerbū in Iuda notus erat, & nomē eius magnum in Israhel, uerum cum Apostoli & posteri eius Euangeliū gratię dei per totū orbem dilataſſent, aliud nunc carmē canitur, expalmo cxiij. Ab Apostoli solis usq̄ ad occasum laudabile nomen Domini. Vbi enim Euangeliū Apostolice & sincere docetur, hoc est, ubi poenitentia & remissio peccatorum in nomine Iesu Christi annunciat̄, ibi fiunt corda humilia ta & contrita, quæ sua peccata & Dei opulentam misericordiam in Christo agnoscunt & prædicant: Veterem hominem mortificare subinde student, & per fidem offerunt D E O corpora sua in hostiam uiuam, sanctam & Deo acceptam qui spiritualis eorum cultus est. Rom. xij. Tribula-

Apostolice
doctrina
fructus.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EM AVM EVNT.

tionem ferunt patienter propter Dominum, & gratias agunt Deo pro omni benedictione in Christo: orant, inuocant Dominum in omni necessitate, & piam innocentemq; uitam exigunt. Hæc omnia sunt meræ hostie per quas inter gentes nomen Dei gloriosum & celebre sit, uidelicet pura fides in Christum, sujpsius abnegatio & consecratio in uoluntatem Dei, prædicatio Euangeli, & incomprehensibilium ditiuarum Christi, quas nobis donat, confessio & glorificatio nominis Iesu Christi, oratio exinde & gratiarumactio pro summo thesauro Euangeli, pro salutifera morte & uictoriosissima resurrectione Christi, alijq; omnibus beneficijs Dei per Christum partis. Sic intelligit hanc Prophetiam Thargum quoq; dicens. Nomen meum sanctificatur per manus uestras, & uestra oratio sicut munda hostia coram me.

Si itaque Christum fieri oportuit gloriosum inter gentes in toto mundo, & gentium Dominum, quem adorarent & uerum & unicum Deum agnoscerent, qui ex omni necessitate ipsos liberaret, atque ita regnum eius ubiq; esset, ergo necesse fuit ut a mortuis resurgeret, & omnium genium rationem haberet, eas per Euangelium illuminaret, inq; regnum suum suscipere, eas desenderet, foueret & seruaret.

Capite tertio copulat Malachias Dominum & seruum, uidelicet Ioannem Baptistam & Christum, annuncians Ioannem ante Christum uenturum & uiam paraturum, et Christum euestigio sequiturum post præcursorum Ioannem, dicens. Ecce ego mitio Angelum meum, & repurgabit uiuam ante me, uenientq; repente ad templum suum Dominus quem uos quæritis, & angelus foederis quem uos desideratis, ecce uenit, dicit Dominus exercituum. Et quis sustinere potest diem aduentus eius? & quis stare poterit cum ille apparuerit? est enim quasi ignis qui repurgat, & quasi Bo-rith (herba) fullonum. Sedebit sicut conflator & repurgator argenti, & emundabit filios Leui, conflabitq; eos sicut aurum & sicut argenum & erunt Domino offerentes oblationem in iusticia. Et grata erit Domino oblatio Iehuda & Ierusalem, sicut in diebus antiquis

Ioannes Bap-tista. Hanc Prophetiam Christus ipse Matt. xi. explicat, uocās Ioannem Baptistam eum angelum, mireq; & uehementer eum depredicatum omnibus Prophetis præstantiorem facit. Non enim Christum procul adhuc absensem annunciauit, sed digito eum ostendens, dixit. Ecce ille agnus Dei qui tollit peccata mundi. Baptizabat baptismo poenitentiae in deserto, & cōcio nabant populo de eo qui post ipsum ueniebat, uidelicet de Christo Iesu, ut in ipsum crederent Matt. iij. dicens: Poenitentiam agite. Appropinquare gnum coelorum. Ego baptizo uos aqua ad poenitentiam, sed qui post me uenit, fortior me est, cuius non sum idoneus ut portem calciamēta. Is est qui uos baptizabit spiritu sancto & igni, cuius uentilabrum in manu eius, & repurgabit aream suam & congregabit triticum suum in horreum, paleat atque exuret igni inextinguibili.

[Nota]

Nota quod Malachias dicit: Dominatorem, hoc est, Christum uenturum ad templum pithom, id est, statim, insperato. Nam cum ad Ioānem docecentem populus cateruatim & agminatim confluenteret, ex improviso adest Christus ipse, iubet se baptizari, et incipit docere, cōfert se in templum suū Hierosolymis.

Et Malachias ait: Quem quæritis. Christus enim erat in Lege & omnibus Prophētis, ut uerus liberator Israhelis promissus, ideoq; magno & anxio cordis desiderio illum expectabant omnes pīj. Vocat & Christū Malachias angelum testamenti seu foederis, Missus est enim a patre angelus magni nūncij, ut mediator esset noui Testamenti aut æterni gratiæ foederis, quod per preciosam mortem & sanguinem Christi initum & confirmatum est. Si hic angelus missus non esset nec inter Deum patrem & nos hoc gratiæ foedus ferisset, nosq; reconciliasset, & peccata nostra ipse expiasset, tum in peccatis nostris, in morte, in dei ira in æternum manuisse mus & perīssemus. Verum cum Christus ipse uenerit & hoc testamentum seu foedus tantis impendīs fecerit & confirmarit, habemus nos qui in Christum credimus in Christo angelo hoc Noui Testamenti remissionē peccatorum, æternam iusticiam & reconciliationem cum Deo, uitam & salutem.

Qui primus hoc testamentum promisit est Deus ipsa ueritas: qui confirmauit & approbauit est dei naturalis filius, liberator noster, in quo patri beneplacitum est: Qui nos hoc foedus docet intelligere & ei credere quod testimonium nobis dat quod firmum & ratum id pactum maneat, quodc; nos Dei filii simus, is est spiritus sanctus. Ecce hæc sunt imperue stigabiles diuitiæ Christi a Paulo ubiq; tam magnifice decantantæ. Hinc non temere ait Propheta: Escher athen hephezim, hoc est, quem anxie, cū pide & summo animi desiderio expetitis. Scis enim Hophetz in lingua sancta significare singulari quodā desiderio ac cupiditate alicuius rei tene timus, ut cum rem aliquam maximo studio, uolūtate, cupiditate et ardore expetimus. Sic ueri Israhelitæ ex animo & summa cupiditate expectauerunt Christi aduentum, cum scirent nos apud Deum per meritum Christi solius omnem foelicitatem consecuturos, uidelicet plenam liberationem ab omnibus malis. Sciebant, id quod Nouum Testamentum ubiq; testatur, neminem proprijs uiribus legem præstare posse citra spiritum & uirtutē Messiae, neminem etiam nisi per Christum iusticiam & salutem consequi posse. Ob id expectabant illum ut unicum reconciliatorem & liberatorem, & uerum unicūq; impletorem, uel, uti Paulus ait, impletionem legis, omnemque suam spem in illum collocabant. Nam ubi Dei misericordiam & liberationem expetunt aut prædicant, ibi & Christum expectant & glorificant, qui solus nec alius ullus mundo DEI misericordiam impetravit & promeruit, ueramque & æternam liberationem attulit.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

Hinc Augustinus eximus ille Ecclesiæ Doctor super psalmū lxxxix. præclare & pie ait: Propter ipsum fidele Testamentum, in ipso mediatum est Testamentum, ipse mediator testamenti, ipse signator testamenti, ipse deiussor testamenti, ipse testis testamenti, ipse hæreditas testamenti, ipse cohæres testamenti.

ANNA.

Vtrius aduentus meminit hic Malachias, qui tam grauis & intolerabilis futurus est: VRBANVS.

Prior aduentus Christi. Prioris, qui quamvis ueris Israhelitis & filijs promissionis unicōsulatio & summæ uoluptati optatissimusq; fuerit, (ut in Simeone, Luca ii, & Anna Prophetissa hisq; similibus uidere est) alij tamen incredulis Iudæis, Pharisæis, Sadducæis, alijsque seductoribus horrendus aduentus fuit, unde nullum gaudium nec utilitatem percipiebant, sed in Christo offendebantur, nec coram eo consistere poterant. Omnis eorum doctrina magna specie uulgi perstringebat quidē oculos, sed nihil nisi errores erat horrendissimi, hypocrisis & deceptio. Cum Christus ueniret, uera luxmūdi, & ueritas, per quam gratia & ueritas exorta est, Ioan. i, cum seductorū errores manifestati sunt, omnisq; eorum simulatio, fraudes, imposturæ hypocrisisq; palam facta ipsiq; confusi sunt. Arguebat enim & accusabat eorum doctrinam & uitam palam. Et qui ante doctissimi & sanctissimi in Iudaismo iudicati erant, eos sic confudebat, ut omnibus pateret, ipsos ueros cæcorum duces & pueros putos impostores fuisse.

Nam cum Euangelium pure & apostolice docetur, tum præ paroperti ueritate nullus error nec hypocrisis consistere potest. Imo tam purum defecatum uerbum est, ut etiam sancti per id accusentur, cum nemo in carne a peccato immunis sit. Breuiter, Christus ob id natus est, Ioan. xviii, & ob eam causam in mundum uenit, ut ueritati testimonium daret: & qui ex ueritate est, is audit uocem eius.

Satan mera mendacia & hypocrises in mundo seuerat & sparserat, sed Christus ideo uenit ut mendacia confunderet, & ueritatem doceret. Hinc prior eius aduentus, propter acrem & ingratam mundo doctrinam & accusationem hanc, est quasi ignis qui omnem scoriam & inquinamenta auro repurgat, mirificamq; mali a bono separationem facit. Cum docet se parat aurum & argentum, hoc est, bonos a cupro & sordibus, hoc est, ab induratis Hypocritis. Nam qui ex Deo erat, is audiebat uerbum Christi, relictis omnibus erroribus & abiecta omni hypocrisi, factusq; est Christi, fidelis seu uerus Israhelita, in quo dolus non erat. Per crucem etiam purgabantur & probabantur sicut aurum in igne. Hæc crux comes est uerbi, & cum uerbo uenit.

Et in priore hoc aduentu Christus habet ueros Leuitas & spirituales sacerdotes cōsacratos & mundatos. His sunt, ueluti Petrus docet i, cap. ii, oī māes

mnes in Christum credentes, & maxime qui Euangeliū bona fide docent, per quod iusticia fidei in cor peruenit. Hi offerunt uere accepta sacrificia in iusticia, hoc est, in fide Christi, quæ uera iusticia est coram Deo. Rom. iiij. iiiij. Gal. iij. Offerunt in fide seipso, humile & pœnitens cor, laudem & gratiarum actionem pro redēptione in Christo. Et doctores quōd populum per Euangelium a tenebris infidelitatis ad lucem, & a potentia Satanae ad Deum conuertunt, toties offerunt Deo oblationem acceptā bilem, sicut Paulus testatur Ro. xv. cum gentes ad fidem Christi conuerteret, ibi hūc laborem suum uocat oblationem gentium, acceptabilem, sanctificatam per spiritum sanctum.

Hic manifeste etiam uidemus regnum Christi regnum spirituale esse, et sub cruce delitescere. Omnes enim qui in eo regno sunt, sunt sacerdotes sacrificia offerentes. Est itaq; regnum sacerdotale quod hic in terris per crucem probatur, sicut rex Christus eius exemplum dedit. Non audis hic fieri mentionē terreni alicuius dominationis, maiestatis & pompæ, sed audiē deregno constante spiritu & fide.

Iudah & Ierusalem, hoc est, Ecclesia Christi sacrificat Domino tempore tribus Messiae sacrificium acceptum, qualia erant sacrificia quondam Abrahæ, Isaaci, Iacob, quæ sacrificia offerebantur longo ante tempore quam Moses legē & ceremonias a Deo accepisset & Iudeos docuisset.

ANNA.

Quomodo erant Deo quondam accepta sacrificia?

VRBANVS.

Per fidem in Christum. Patriarchæ enim expectabant firma fide pro missam benedictionem & gratiā Dei in Messia, ex hac fide sacrificabant, ut ita colebant Deū gratias agentes pio & Christiano pectore pro tanta gratia quā promiserat, sicut Paulus testat̄ Heb. xi. Quod impossibile sit Deo placere sine fide. Ibidem recenset pios illos patriarchas & patres, docebat̄ ipsos et eorū opera per fidē deo placuisse, loquiturq; de fide in Christo, quæ est certa & indubitata persuasio & fiducia de gratia Dei in Christo. Nulla igit̄ alia uera fides est q̄ fides in Christū. Hāc electi ante nativitatem Christi tā habuerunt q̄ nos, & tam fuerunt Christiani q̄ Apostoli & nos. Vnicū duntaxat est Euangeliū, & unica duntaxat fides saluās. Nemo salutem consequitur nisi Christifidelis, hoc est, nisi in Christum credat.

Capite iiiij. uaticinatur Malachias de posteriore aduentu Christi ad iudiciū, & quis sit status futurus rerū in die nouissimo, quę piorū quę impiorum sors & exitus, dicens. Quoniā ecce dies uenit ardens sicut clibanus, & erunt oēs sup̄bi, atq; omnis qui facit impietatē, stipula, & inflammabit eos dies Dñi futura, dicit Dñs exercituū, quę nō relinquet eis radicē & rātū. Et oriet uobis timentibus nomē meū Sol iusticig, & sanitas in pennis

Sacrificia
quō Deo quō
dam accepia,

Fides.

Dd

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAVM EVNT.

eius, & exhibitis atque pinguescetis sicut uituli pascuales. Et pessundabitis
 impios, qui erunt puluis subter plantas pedum uestrorum, in die qua ego fa-
 cio, dicit Dominus exercituum. Recordemini legis Mosi serui mei, quam demanda-
 ui ei in Horeb ad orem Israel, ceremonias & iudicia. Ecce ego mitti uobis
 Eliam Prophetam, ante quem ueniat dies Domini magna & terribilis. Eredu-
 cet cor patrum in filios, & cor filiorum in patres suos: ne forte ueniam, &
 percutiam terram anathemate. Dies de qua hic Malachias loquitur est
 magnus ille dies Domini Iesu Christi sicuti eum Paulus nuncupat in Thes. v.
 Philip. i. in Corin. i. In quo Christus in sua maiestate cum exercitu cœlesti
 ueniet iudicaturus uiuos & mortuos, & sicuti Petrus iij. cap. iiij. docet, igne
 ueniet & mundum iudicabit. Tunc impij, qui Euangelio non crediderunt
 et in peccatis suis permanerunt, futuri sunt ut strame. Et ignis post iudicium
 damnationis habitum, impios circumdatos a terra & a facie Domini in ignem sem-
 piternum in abyssum infernum secum auferet, qui ignis Satanus, angelus eius &
 incredulis paratus est, sicut & psal. xcvi. ait, Ignis ante eum (Christum) procedet
 & inflamabit in circuitu inimicos eius. Ideo tam certo futurum est, quia illa
 que de Christo scripta sunt, facta sunt, ut quod natus est, mortuus est, resueta
 tur est, quod ad dexteram Dei collocatus est, quod Iudeos et gentes in ouile suum
 congregauit. Hinc dicit: Dominus exercituum uel Deus omnipotens dixit, Is cer-
 te mentiri & fallere non potest. Et quanquam impij in terris deum & popu-
 lum Dei contemnant, & fastu atque insolentia turgidi pios uel colloqui in-
 dignos duxerint, atque etiam grauissimis iniurijs affecerint, nec aliter uitam
 exegerint quam si ipsorum prius fuisset mundus, & perpetuo uoluptatibus
 & mundanis gaudijs indulgere uoluerint, attamen in die Domini sic confun-
 deniur, sicut oia eorum euanelcent, ut nihil sit reliquum illis super futurum. Orem opes
 temporales, uoluptates ac gaudia atque uita ipsorum auferentur ab ipsis, prete-
 rea etiam æterna bona, quae hic neglexerunt & contemperunt, nunquam uide-
 bunt. Breuiter reficiunt & exterminabuntur a terra in mortem æternam. Hoc
 significat Malachias ubi dicit quod Dominus Deus neque radice neque germen tene-
 frondes sit illis reliquerit, hoc est, cum corpore tum anima in æternum in tene-
 bras infernales præcipitos damnavit, ut neque temporalium neque æternorum
 honorum quicquam a Deo expectare aut unquam ipsi frui possint. Sicut cum arborum
 in totum abolere et perdere uolumus, tum non ramum aliquot inde auellimus,
 nec usque ad truncum amputat, sed & radix eius effodiunt, ne unquam suppululla
 re possit. Sed longe alia erit piorum fortuna, qui nomine Dei timuerunt,
 quicquam crediderunt post hanc temporalē uitam meliorem uenturam, & Christum
 in die nouissimo iudicium seuerum & exercitatum & unicuique redditum iuxta id
 quod fecit. Ideoque in hac uita timet Deum ut iustum iudicem, qui ratione de qualibet
 etiam uerbo ocioso in extremo iudicio exacturus sit: & diligunt eum ut si-
 dum patrem, a quo optima quaeque sibi promittunt & sperant, non aliter quam si
 illi: cum per patientiam in bonis operibus hic quæsierint uitam æternam quam illis
 Deus in Christo promisit, ideoque accipient gloriam & honorum & immor-

*Impiorum per
dilatio, quanta.*

talitatem Rom. ij. Hoc uult Malachias ubi dicit: Timentibus Deū orietur
 sol iusticiæ. Sol iusticiæ est Christus Iesus: is illuminat nos uera cognitiōe
 dei & nostri ipsius, is solus radijs fidei nos iustos facit. Solus em̄ est almus
 & nitidissimus Sol omnis innocentiaq; iusticiæ, in quo nulla macula ne
 que nubes nec nebula peccati est. Solus ille accēdit & calfacit frigida cor-
 da nostra radio spūs sui, aridumque & torridum solū nostrum foecundat,
 ut fructus iusticiæ ipsi feramus. Quippe citra ipsum nihil boni operari pos-
 sumus. Ioan. xv. Cū hic Sol in sua pfecta claritate exortus fuerit, tū adseret
 nobis clarū & optatū illum diē salutiferæ æternitatis, lucebitque nobis in
 sempiternum nec unquā nobis occidet. Sub pennis huius solis est sa-
 nitas siue salus: Hebrea uox est hic Marpe a uoce Ropho, quæ significat sa-
 nare, mederi. Nota igit. Nos periculosislissime & letaliter ægrotamus. Pec-
 catū em̄ cū corpus tuum animam letali ueneno nobis infecit & perdidit. A Christus ue-
 rū plena est peccatis. Corpus itidem plenum peccatis & mortalitate, ut ^{rus medicus}
 gernū nobis moriendū fuisset, si Deus nobiscū in iudicium intrare uellet:
 sed vulneratae & letaliter ægrotanti naturæ medicū dedit Christū, qui na-
 turā hominis ab omni morbo liberaret, corpus & animā sanitati restitu-
 ret. Qui hūc medicū accersit, credēs in eū, is a peccatis & omnibus malis,
 que peccatū secū in mundū intulit, leuabit & prorsus liberabit tā corpore
 q; anima. Anima ab iniquinamentis peccati, malarum cogitationū et cupi-
 ditatū mundabit. Corpus a mortalitate uel corruptibilitate liberabit. Siq;
 dem hic Medicus Deus ipse est, qui ob hanc solā causam suscepit humanā
 in se naturā ut eā in nobis prorsus mundaret, innocentē, immortalem, &
 saluam faceret. Hinc dicit Propheta sub pēnis eius sanitas uel salus. Nā
 qui sub pennis huius solis confugit, & sanitatem apud eū querit aut salutē,
 is saluat. Picturata uerba sunt, sed nihil aliud sibi uolunt q; quod Euan-
 geliste & Apostoli disertis et apertis uerbis dicunt: Qui credit in Christū
 saluabit uel habet uitā æternā. Si in Christū credens uitā æternā habet,
 habet certe uerā & æternā sanitatem. Nā q; in peccatis manet is manet in Ion-
 ge sūm periculosislissimo morbo & morit̄ mortē æternā. Ira em̄ Dei manet
 super eū. Ioan. iiij. Verum qui Christū ut uerū medicū fide suscipit is æter-
 nā sanitatem consequit̄ corporis & animæ. Certe comparat seipsum Medi-
 co, Matt. ix. significans se ad homines uenisse, sicuti Medicus ad male ha-
 bentes: suamq; hanc artem etiam in terris temporibus peregrinationis po-
 tenter declarauit & exercuit, cum animas a peccatis & corpora nō tantum
 ab oīs generis morbis sanauit & restituit, uerū etiā a mortuis resuscitauit.

ANN.

Quid uult Malachias quod dicit. Egrediemini salietis & ingrediemini
 sicut uiculus saginatus. VRBANVS.

Picturata locutio est de pīs qui uerbum Dei, præstatiſſima pascua ha-
 bent, Hi in die Dñi bene habebunt. Tū em̄ ab omnibus malis a peccatis a-

Dd ij

DE CONC. CHR. I. AD DISC. EM AVM. EVNT.

cupiditatibus malis, a morte, a persecutione, metu, anxietate, & afflictione
prorsus immunes & uacui erunt. Hinc Paulus diem extremū uocat diē
demptionis. Et Christus Luc. xxi. hortatur pios ut tollant capita sua appro-
pinquante die illo, eo q̄ & redemptio illorū appropinquet: Tū & postre-
mus hostis piorum, uidelicet, mors amara abolebitur, & mortalitas uita
Christi deglutierur. Tum libertatem & facultatem habebunt ut semp finit
cum Christo circa impedimentum corporis, qd nunc socors & defes & im-
becille est, sed die nouissimo erit immortale, elegans, simile claritati solis,
forte robustum uegetum, subtile, habile, spirituale & agile, æterna sanita
te prædictum. Nam & corpore & anima saluantur, sicuti Symbolum fidei
nostræ nos docet. Credo resurrectionem carnis, quā cum anima glorifica-
ri & æternū uiuere oportet. Hic in terris pijs impiorum pedibus prote-
runtur & proculcantur, misere affliguntur, peripsemata sunt, omniū iniurijs
& ludibrijs expositi sunt, ac iudicantur esse deterrimi hoīes ac x. & quarta.
Siquidem usq; ad diē nouissimū, tēpus Crucis est omnibus electis. Ver-
ubi Christus Sol iusticæ e coelis descenderit, suos ab imp̄js, palcas arid
tico se gregaturus, tū fieri rerū oīm mutatio, tum totius mundi strepitus &
magnificientia, gloria & cōfidentia oīs cōcidet & euaneat, tū imp̄j & gla-
sua deturbati & perpetua ignominia affecti scabellū pedum nostroꝝ fient,
tum cōculabuntur, proterentur, & uiiores scodioresc̄ q̄ luum platearū
in perpetuum iudicabuntur. Nam qui hic cū Christo patitur, is in futura
uita cum eo glorificabitur & regnabit. At qui hic Euāgelio non credit,
nec Christo capiti nostro in cruce conformis fit, is in nouissimo iudicio ad
horrendos & æternos dolores, calamitates, miserias & mortem cum oībus
Diabolis damnabitur. Idc̄ faciet Dominus Zebaoth siue exercituū.
Is eum diem adducet cū mundus securissime uixerit: & suis, hoc est, Chri-
stifidelibus regnum gloriæ dabit, quod ipsis per Prophetas & Euāgeli
stas ubiq; promisit. In sequentibus hortat̄ populū ut reuocent̄ sibi in
memoriam Legē Moli, quasi dicat: Tēpus Messie non iam procul absit,
mox aderit, uidete & uigilate, ne diem uisitationis uestræ negligatis, ne
offendamini in illo, cū uenerit. Moses prædictit Deu. viij. q̄ Deus excita-
turus uobis sit Prophetā de fratribus uestris sicut Mosen, hoc est, qui mihi
uerus sit homo sicut Moses, is ex mādato Dei docebit. Qui doctrinā eius
audire uoluerit, eū Deus supplicio afficiet. Dicit em̄ Moses, q̄ Deus hoc
ab ipso requisitus sit, hoc est, q̄ in Euāgelio Messie credere regularint,
illi in die nouissimo rationē Deo reddituri sint, et pppter incredulitatē suā
iuxta indignationē iudicabunt̄. Si Iudæi huic admonitioni paruissent,
et Christū in Mose diligētius quæsiuissent, si personā et ministeriū eius p-
bius cognoscere didicissent, cū Moses tā diligenter de Christo scribat, tu-
diē uisitationis ipsius nō tā impie & perdite negligissent, sed Christū ful-
cepissent & maiorē aestimascent q̄ Mosen. Verz cū Christus uenire, Mo-
ses seruus dūtaxat in domo dei erat, Verz ubi Dñs ipse Christus ueniret,

seruo cedēdū fuit, & audiēdū uerbū qđ Christus loq̄baſ ex mādato patris.
 Habebat et iusticia fidei testimoniuſ ſuū in lege Moſi & Prophetis, uer-
 rū cū doceret a Christo & Apoſtolis, dicētibus pœnitētiā agite & credite
 Euangeliō, Iudæi eorum doctrinā cōtemnebāt uolētes iuſtificari per Mo-
 ſen & legem eius, ueroq̄ mediatore & ſaluatorē Christo non ad id uete-
 bantur, reficiētes precioſum illum lapidem angularem, nec uti eo ad ſtru-
 cturam uertinebant. Ideo abominabiles facti ſunt & miſerrime perierunt
 cum ſtructura ſua. Et ne dies prioris aduentus Christi illos latere poſſet,
 ſiguum notabile illis prefigit, quo diſcere potuiffent, tempus Melliæ iam
 in foribus eſſe, promittens illis ante diē illum magnum, præcursorē Chri-
 ſti Joannem Baptiſtam, eumq̄ uocat Heliā, quia Christum præcessu-
 tus, eiq̄ uia paraturus erat in ſpiritu et uirtute Heliæ, ſicut Angelus Dei,
 Lucæ i. hanc Prophetiam de Elia, de Ioanne interpretatur. Et Christus ip-
 ſe hanc Prophetiam Matt. xi. applicat Ioanni Baptiſta ſuo, dicens, Ipſe ſci-
 liet Ioānes eſt ille Elia qui uenturus erat, hoc eſt, de quo Malachias po-
 ſtremus Prophetarum uaticinatus eſt. Qui aures habet ad audiēdū audiat.
 Sed cor eorum excæcatum erat, aures eorum obturatae ut nihil intelligere
 uertinerent. Vocat aut̄ diem prioris aduentus illius horribilem propter
 Iudæorum defectionem & excæcationem. Ante enim erant populus dile-
 cens, hæreditas Dei, uerū ubi Dei ſiliū uerū Melliā e medio tolleret & Bar-
 rabam maleficū illi præferrent innocētemq̄ ſanguinem deſe & ſilijs ſuis
 uindicandum optarent, tum reiecti & excæcati ſuum, regnum Dei ab ijs
 ablatū eſt, ciuitatē, templum & totā eā terrā amiserūt, & tā ſpūali q̄ corpo-
 rali captiuitate affligunt ad hunc uſq̄ diē: gentesq̄ in filios adoptati ſunt.
 Hoc eſt illud Herē ſeu Anathema quo terra pcuſſa eſt. Qui uero Ioāni
 principio crediderūt & Christū iuſtificatorē ſuū eſſe duixerūt, relictio Mo-
 ſe, q̄ effugerunt anathema, ut fuerūt Apoſtoli & ij q̄ ex Iudæis Christo &
 Apoſtolis crediderūt. Hi in p̄phetis uocant reliquie. Significat iſi Ma-
 lachias (q̄ uetus Testamētu cōcludit) Moſen cū ſua lege & Prophetas cō-
 ſenties teſtimoniū Christo perhibere, q̄ ſolus ſit uerus liberator Israhelis,
 quali dicit: Moſes ad p̄finitū tēpus in domo Dñi ſeruiuit, figuris ſuis, ex-
 terno ſacrificio, ſacrificijs, cīrcūſiōne, et apertis etiā p̄miſſiōibus de Chri-
 ſto uaticinatus eſt, oēm doctrinā ſuā ad Christū retulit. Hic eſt ſemen A-
 brae & qđ oēs gentes bñdicunt. Hic eſt uerus pōtifex, uerū ſacrificiū ppi-
 ciatoriū Deo nos recōcilians, uerus Melchizedek, ſerpēs in deferto, pro-
 pheta ille magnus, quē Moſes iubet audire oēs q̄ dei indignationē nolint
 incurrire, eſt filius Dauidis, cui deus eternū regnū p̄miferat: Videte itaq̄
 cū uenerit, ne ſeruū p̄ Dño, figurās & umbras, p̄ ueritātē & luce amplecta-
 mini. Vere em̄ ille ipſe eſt de q̄ lex & Prophetę oēs uno ore uaticinan̄. Si
 hunc non uſceperebitis, tum nec Moſi nec Prophetis creditis, & anathema
 teuos percutiet Deus. Cauetr, dixi uobis.
 Optimo & fideli Deo noſtro ſit laus & gloria in perpetuum pro dono

prior aduen
tus cur hor
ribilis.

DE CONC. CHRI. AD DISC. EMAV M E VNT.

Prophetæ, per Dñm nostrum Iesum Nazarenū, uerū & unicū Mellia, qui
in lege & Prophetis promissus & in plenitudine temporis, uidelicet ante ⁷⁰⁰
annos missus est a Deo in mundū, omniaq; plene & ad unguē prestiti q;
ad reparationē & redemptionē absolutam g̃nis humani necessaria erant,
qui nunc sedet ad dexterā Dei, p̃otis rex in secula.

Habes nunc, uxor charissima, fere præcipua uaticinia de Christo Iesu
ex oībus Prophetis qua potui diligentia collecta & explicata. Vnde nunc
scire potes quid Christus die Paschæ ab Hierosolymis ad Emaū usq; duo
bus istis discipulis concionatus sit. ANNA. Cum Emaus differab
Hierosolymis lx. stadijs t̄m, uidetur quod Christus nō uniuersas has Pro
phetias adduxerit, quas per aliquot hebdomadas mihi tu explicasti.
VRBA. Certe Lucas ait Christū factō initio a Moze & omnibus pro
phetis interpretatum illis fuisse in oībus scripturis que de ipso erant. Hinc
colligi potest egregiā beneq; longā concionē fuisse, qua comprobauit &
confirmauit sibi per crucē ingrediendū in gloriā suam fuisse. Credibile t̄n
est Christum præcipua uaticinia de passione, resurrectione, ascensione, &
regno æternæ glorie discipulis interpretatum esse, ut discerent bonamu'
luntatem Dei patris esse ut dilectus ipsius filius Iesu Christus uerū Israe
lem redimeret, non auro aut argento, nō mūdana potentia & magnificen
tia, sed in infirmitate crucis sanguine suo preciosissimo, ab omnibus hosti
bus, a mundo scelerato & maliciose, a peccatis uenenatis, a morte horren
da, & ab hoste nostro perpetuo et trūculentissimo, quo cum nobis bellum
est ~~et~~ ^{et} Satana eiusq; membris omnibus. Multus fui in cōstantia
scripturis eam ob causam ut cōcionē Christi, quantū attinet ad testimonia
Prophetarū, magis assequerer & planius explicare, id qd & ante tibi dixi.

Sed quid uidetur tibi? nonne paradisus ipsissima est et summa in terris
uoluptas pio pectori, saluifica mysteria Christi in Prophetis fide querere
& discere? C sicut & fortes Christi milites Thessalonicēles factitarunt dū
id plurimū faciat ad confirmandā ac stabiliēdam fidem nostram Christia
nam, cui Deus Dominus noster tam solidum iecit fundamētum ab initio
mundi per seruos suos Prophetas sanctos, qui uetusissima in terris doctrina, que sem
res sunt, & Euāgeliū Iesu Christi, uetusissima in terris doctrina, que sem
per a Satana & membris eius, hereticis, uehementer est oppugnata quidē,
sed perpetuo eluctata, tādem uictoriā obtinuit & triumphauit. Quippe
Dei uerbum manet in æternum. ANNA. Hæc paschalis concio ca
rior & antiquior mihi est totius mūdi opibus & magnificentia. Imo quid
sunt centies mille mundi cum uanitate diuinarum potentiae & glorie, ad
tantas Dei promissiōes quas in Christo habemus, quā merum nihil? Gra
tias ago deo patri fidissimo q; ad diē illū optatissimū mihi uiuere contigit,
ut tam apostolicam cōcionem audire potuerim. Ac spero post hac res me
as melius habituras, meq; non exiguum hinc fructum percepisse, ut diē
illum paschæ lātissimum spirituali lāticia quotidie celebrem in Christo:

Hoc namq; Euangeliū in Prophetis tot ante seculis promissum & tempore extremo palam per totū mundū prædicatū, nō excludit me. Omnis enim qui in Christū credit & nomen eius inuocat, saluus erit. Hic nō meū meritum, sed infinitū meritū Iesu Christi, ab omnibus Prophetis & Euangelistis decantatū, ad iusticiā & salutē necessarium depreddicat. Misericors & æternus Deus pater Dñi nostri Iesu Christi & noster, sit laudandus in secula seculorū propter saluifica mysteria sacrosancti Euangeliū Christi le su, quæ nobis indignis tam misericorditer aperit & tam opulēte donauit.

VRBAN VS. Nunc scis quid D. Paulus uelit, ubi ait Iesum Christum quæ sapientiā nostrā a Deo datam, iusticiā nostram, sanctificationē & redēptionē: & quæ uera spes & uera cōsolatio & uerū auxiliū Israhelis sit.

ANNA. Scio & credo. Deus adaugeat mihi fidem. Acte rogo optimo & misericordissime pater cœlestis per Iesum Christū unicū reconciliatōrē nostrū, ut digneris saluificum Euangeliū ineffabilis gratiæ tuæ in Christo unigenito filio tuo promissum & donatum, etiam liberis nostris charissimis, quos dedisti nobis, ad dilatandum regnum Christi & ad gloriam sanctissimi nominis tui, per spiritum sanctum tuū reuelare, ut & ipsi

inernā spūs doctrinā, Christi filij tui cōcionē intelligat & credat, in q; e fide Christi & spe Euangeliū ac ueri Israhelis per spūm tuū perseuerent.

Totius mundi opes nihil sunt ad hanc fidem Christianā. Opto liberis meis dilectis nō aliud bonū, nō alias dotes, nō alias opes ac thesaurū, non aliam hæreditatem quā uerā & constantē fidē huius concionis: quā si habent tū abunde diuites sunt hic & post hāc uitā, ut maxime etiā in his terribilis mendicatim panis per totam uitā ipsis querendus eslet. Per fidē em in Christū habemus Deū patrē, Deū filiū, Deū spiritū sanctū, uerū & unum Deum per inestimabile beneficium et meritum Christi qui propter nos hominem factus est, ut nos filij Dei redderemur, & ut Deus, pater noster indulgeret. Quid deesse nobis potest cum te unicum uerum & uiuum Deum habemus patrem per Christū Dñm nostrū, qui est propria nostra iusticia uita & salus? **VRBAN VS.** In hac fide seruet me & te & liberos nostros misericors Deus. Tum nihil est periculi. Tū præclare nobiscum agitur. Tum uerū spūs gaudium habemus, & singulis diebus auctoribus celebramus letū paschæ festum, donec ex hac fluxa & caduca uita in celeste regnū Christi Dñi nostri & ueri Dei, quod ab initio mūdi nobis preparatum est, perueniamus, una cū dilectis liberis nostris. De quo nihil dubito. Deus cōfirmet fidē & spē nostrā, ad gloriā sancti noīs sui ppetuā.

ANNA. Amen. **VRBANVS.** Sed quotidie, præmissa ante gratiarum actione & preicatione ardenti, quæ hactenus satis longo tempore de Euangeliō Iesu Christi diximus serio apud te expades & in corde tandem, Deus mihi gratia sua adesse dignet et prijs oībus. **VRBA.** Amē, amē, FINIS DIALOGI 78. 2. 10. 10.

SVM
BONUM
COGNITIO
EVANGE
LII DE
IESV
CHRI
STO.

